www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

PROPERTY OF THE
University of Michigan Libraries
1817
ARTES SCIENTIA VERITAS

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

# THUCYDIDIS

DE

# BELLO PELOPONNESIACO

www.libtool.com.cn

[redacted] OCTO.

UNIVERSITY

UM 150

CAUTION --- Pl
Th

M EDITOS

PPO.

MENDAVIT

AHL.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXVI.

www.libtool.com.cn

888
T6
P83
v. 1

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

www.libtool.com.cn

# Praefatio

## Ioannis Matthiae Stahlii.

Cum breviores Popponis in Thucydidis librum primum et secundum commentarios tertium ego edere aggrederer, dubitabam utrum in scripturarum discrepantia eorum tantum codicum rationem haberem quibus in editione Tauchnitziana usus eram an Popponis institutum in hac re servarem. Postremo tamen veritus ne mea opera nimis sui dissimilis haec editio evaderet, tantummodo codicis musei Britannici lectiones addere decrevi et pro Popponis de librorum mss. stirpibus et familiis eorumque auctoritate iudicio, quod Bekkeri eorum aestimationi posthabendum esse nunc nemo est qui nesciat, meam de eorum pretio et affinitatibus sententiam substituere, praesertim cum ad paucos libros *omnis* verborum Thucydidis memoria revocari nequeat et etiam in deterioribus libris nonnunquam vera scriptoris manus in melioribus oblitterata compareat. Ceteroqui in universum quidem eandem viam mihi ineundam esse putavi quam antea in reliquorum voluminum editione altera secutus eram, sed in rescribendis veris vocabulorum formis etiam longius quam antea feci progressus sum, velut *αἰεί*, *μεῖξαι*, *ἀθρόος*, *ἀθροίζω*, *ἀνύτω*, alia ubique Thucydidi reddidi, et cum multis locis Quaestiones grammaticae ad Thucydidem pertinentes a me ante hos tredecim annos conscriptae allegandae essent, eaedem autem partim augendae partim etiam emendandae esse viderentur, simul cum hac tertia

www.libtool.com.cn

δικανικῶν νοημάτων μεστοὺς γενομένους καὶ ἱκανῶς ἐμφορηθέντας, ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θουκυδίδου τελετῶν ἐντὸς καταστῆναι· πολὺς γὰρ ὁ ἀνὴρ τέχναις καὶ κάλλει λόγων καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων καὶ στρατηγικαῖς συμβουλαῖς καὶ πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν. ἀναγκαῖον δὲ πρῶτον εἰπεῖν

§ 1. ἀνὴρ Pal. et Guelf.; ὁ ἀνὴρ Casaub. et Bekk. στρατηγικαῖς Bekk. ex coniect. Grauerti; στρατηγίαις καὶ Pal. et Suid. vit. Th., στρατηγίᾳ καὶ Guelf.

sententia, qui ex rerum verborumque consensu p. 22 sq. coniecit hunc Marcellinum eundem esse qui scholia in Hermogenis status (apud Walz. Rhet. Gr. IV) scripsisset. Eum quem nos Marcellini nomen prae se ferentem habemus libellum ex diversis atque a compluribus viris conscriptis postea vero leviter iunctis partibus constare vel ei qui semel hanc vitam perlegerit atque perversam eius descriptionem, turbatam saepe seriem narrationis, repetitiones earundem rerum aliquotiens et aliis modis institutas, sententiarum (§ 26 et 46, item § 32 et 55) repugnantiam animadverterit, non potest dubium videri. Docuerunt hoc complures (vid. Fabric. Bibl. Gr. II p. 721), et tres partes huius vitae distinxerunt, quarum altera a § 45, tertia a § 54 inciperet. Cf. Grauert. ad Marcell. Vit. Thuc. Obs. crit. in Mus. Rhen. I. Sed sunt qui adeo quattuor partes statuant. Cf. adn. § 35. Libellum ieiunum, locis communibus et verborum lusibus temere exornatum, omnino perperam compositum esse demonstrat Roscher. de Vit. Thuc. p. 82 sq. Cf. Ritt. l. d. p. 15 sqq., qui praecipue hoc vitio libellum putat premi quod auctor eius aut aperte falsa aut admodum incerta veris paucis admiscuerit et docta caligine circumdederit. Scriptorem primae partis sive § 1—45 vult esse Didymum Chalcenterum, id quod nobis locis § 3. 14. 31 sq. satis videtur refelli. Usus quidem est scriptor huius partis Didymo auctore, sed in iis tantum particulis ubi de Th. genere et sepulcro et coniecturis eo pertinentibus sermo est, et qui ibi nominantur gravissimi rerum auctores: Hellanicus, Pherecydes, Herodotus Cratippus, Timaeus, Philochorus, Demetrius Phalereus, Hermippus, Polemo, Zopyrus, eorum sententias non ex ipsorum libris scriptor cognovit, sed apud Didymum invenit. Cum autem nullum sit indicium vitam Th. Didymum conscripsisse, maxime probabilis est Sauppii in Act. soc. Gr. II p. 432 suspicio sumpta esse ea quae Didymi sunt ex eius ad Pind. Nem. II 19 commentario. Cf. R. Schoell. in Herm. XIII p. 442 sq.

§ 1. τῶν Δημοσθένους cet. Ex hoc initio hunc libellum ex maiore rhetoris alicuius commentario in quo paulo ante de Demosthene explicatum esset excerptum esse iure coniecerunt homines docti. — μύστας ... τελετῶν Est idem translatus horum vocabulorum usus qui apud Latinos reperitur in formula initiari studiis et similibus. In coniunctis μύστας et μεστούς lusum verborum quaerit Roscher. l. d. — λοιπόν Ritter uncis inclusit, cum aut hoc aut ὥρα possit videri redundare. Sed, ut saepius apud posteriores, deinde valet. — ἐντὸς καταστῆναι, induci.

www.libtool.com.cn


τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ γένος καὶ τὸν βίον· πρὸ γὰρ τῶν λόγων ταῦτα ἐξεταστέον τοῖς φρονοῦσι καλῶς.
2 Θουκυδίδης τοίνυν ὁ συγγραφεὺς Ὀλόρου μὲν προῆλθε πατρός, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντος ἀπὸ Ὀλόρου τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως, καὶ μητρὸς Ἡγησιπύλης, ἀπόγονος δὲ τῶν εὐδοκιμωτάτων στρατηγῶν, λέγω δὴ τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα. ᾠκείωτο γὰρ ἐκ παλαιοῦ τῷ γένει πρὸς Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν, τῷ δὲ Μιλτιάδῃ πρὸς Αἰακὸν τὸν Διός.
3 οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν. καὶ τούτοις Δίδυμος μαρτυρεῖ, Φερεκύδην ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν φάσκων οὕτως λέγειν· „Φιλαίας δὲ ὁ Αἴαντος οἰκεῖ ἐν Ἀθήναις. ἐκ τούτου δὲ γίγνεται Δάικλος, τοῦ δὲ Ἐπίδυκος, τοῦ δὲ Ἀκέστωρ, τοῦ δὲ Ἀγήνωρ, τοῦ δὲ Ὄλιος, τοῦ δὲ Λύκης, τοῦ δὲ Τύφων, τοῦ δὲ Λάιος, τοῦ δὲ Ἀγαμήστωρ, τοῦ

§ 2. *γὰρ* Pal. Guelf., *δὲ* vulgo.
§ 3. *Τόφων* Pal. Guelf. *Ἰοφῶν* coniecerunt.

§ 2. *Ὀλόρου*. Cf. adn. 16. — *Ὀλόρου τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως*. Vid. 11. — *Ἡγησιπύλης*. Cf. adn. 15. — *τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα* = *Μιλτιάδου καὶ Κίμωνος*. Cf. 18 et Kuehn. Gr. max. § 403 d. Pro *λέγω δή* Krueg. conicit *λέγω δέ*. — *ᾠκείωτο . . . πρὸς Μιλτιάδην*. Consentiunt Plut. Cim. 4, incert. script. vit. § 1. Suid. schol. Pind. Nem. II 19. Doxop. II p. 424 Rhet. Walz. Cf. § 15 et Röscher p. 89 sq. — *πρὸς Αἰακόν*. Ita de Miltiade Herodot. VI 35. — *αὐχεῖ τὸ γένος*. Verbum *αὐχεῖν* cum accus. coniunxerunt etiam Dio Chrysost. et Aristid.; sed hic accusativus est relationis.

§ 3. *Φερεκύδην*. Pherecydae duo, Syrius et Lerius sive Atheniensis, fuerunt. Hic significatur alter, *λογογράφος*, Herodoti aequalis, de quo praeter alios vid. Rosch. l. d. p. 279 sqq. et Muell. Hist. litter. Gr. I p. 475. — *ἐν τῇ πρώτῃ*. Apud Sturz. in Pherecyd. fragm. p. 84 ed. 2. Muell. Hist. Gr. fragm. p. 73. — *Φιλαίας*. „Aliis est *Φιλαῖος* [*Φίλαιος*]. apud Tzetzem *Φίλιος*. . . . Hic cum aliis aliquot inter veteres, tum et Pausaniae in Atticis, non Aiacis, sed Eurysacis filius, Aiacis nepos dicitur. Herodotus tamen VI 35 Aiacis filium facit. [Cf. ibi Wessel.] Plutarcho in Solone [c. 10] et Philaeus et Eurysaces Aiacis filii dicuntur.“ Huds. Cf. interpr. Paus. I 35, 2. — *Δάικλος*. „Fors. *Αἶκλος*.“ Casaub. Simile tamen nomen est *Δαϊκλῆς*. Cf. Steph. Thes. Hoc recepit Ritt. — *Ἐπίδυκος*. Nomen non Graecum, pro quo *Ἐπίδικος* coniecit Grau. p. 175, *Ἐπίλυκος* Goell. — *Ὄλιος*. „Suspectum; fortasse *Ὀδίος*.“ Westerm. Minus probabilis est Ritteri coniectura *Οἰλεύς*. — *Λύκης*. „Fort. fuit *Λυγκεύς*.“ Ritt. — *τοῦ δὲ Τίσανδρος*. Voemelius Exerc. chronol. de aetate Solonis et Croesi p. 16 stemma Miltiadis hoc exhibet:

www.libtool.com.cn

δὲ Τίσανδρος [ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις*], τοῦ δὲ Μιλτιάδης, τοῦ δὲ Ἱπποκλείδης, ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη, *τοῦ δὲ Μιλτιάδης, ὃς ᾤκισε Χερρόνησον." μαρτυρεῖ τούτοις καὶ Ἑλλά- 4
νικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσωπίδι. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι τις· τί αὐτῷ πρὸς Θουκυδίδην; ἔστι γὰρ

Male ᾤκησε codd.




„Apud Marcell.," inquit p. 17, „quisque sensit lacunas, quas alii aliter explendas censuerunt. Cf. Clavier. I p. 392 sq. Larcher. ad Herodot. VI 35. [Nonnulli primum Miltiadem aut non recordati aut huc non referentes τοῦ δὲ Μιλτιάδης eiici voluerunt.] Nos scribendum esse censemus: τοῦ δὲ Τίσανδρος, τοῦ δὲ Μιλτιάδης, τοῦ δὲ Τίσανδρος, τοῦ δὲ Ἱπποκλείδης, ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη, καὶ [Ritt. τοῦ δὲ] Κύψελος, τοῦ δὲ Μιλτιάδης. Eiecimus quae nata erant ex ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια, quod iam viderunt Rutgersius in Var. Lect. p. 30 et Corsinius ad Ol. LIII 3. Sed etiam addenda nonnulla esse nobis persuasit temporis ratio et Herodoti traditio, qui diserte et plus semel nominat Hippoclidem filium Tisandri [VI 127 sqq.] et Miltiadem conditorem [Chersonesi] filium Cypseli [VI 36]. Quare addidimus post prius τοῦ δὲ Μιλτιάδης omissa vocabula τοῦ δὲ Τίσανδρος, quae propter repetitum nomen excidisse videntur, ut excidit καὶ Κύψελος ante repetitum τοῦ δὲ Μιλτ."

§ 4. Ἑλλάνικος. Est Hellanicus Lesbius sive Mytilenaeus, λογογράφος, de quo vid. Thuc. I 97 et ibi adn. — Ἀσωπίδι

www.libtool.com.cn


5 οὕτως τούτου συγγενής. Θρᾷκες [καὶ] Δόλογκοι ἐπολέμουν πρὸς Ἀψινθίους, ὄντας γείτονας· ταλαιπωρούμενοι δὲ τῷ πολέμῳ καὶ τί κακὸν οὐ πάσχοντες ἐκ τοῦ μεῖον ἔχειν ἀεὶ τῶν πολεμίων καταφεύγουσιν ἐπὶ τὰ τοῦ θεοῦ χρηστήρια, εἰδότες ὅτι μόνος θεὸς ἐξ ἀμηχάνων εὑρίσκει πόρους. θεοῦ γὰρ ἰσχὺς καὶ κατ' Αἰσχύλον ὑπερτέρα· πολλάκις δ' ἐν κακοῖσι τὸν ἀμήχανον κἀκ χαλεπᾶς δύας ὕπερθ' ὀμμάτων κρημναμενᾶν νεφελᾶν ὀρθοῖ.
6 καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν τῶν ἐλπίδων· ἐχρήσθησαν γὰρ κράτιστον ἕξειν ἡγεμόνα τοῦτον ὃς ἂν αὐτοὺς ἀλωμένους ἐπὶ ξενίαν καλέσῃ. τότε καὶ Κροῖσος εἶχε Λυδίαν καὶ τὰς Ἀθήνας ἡ Πεισιστρατιδῶν τυραννίς. ἐπανιόντες οὖν ἀπὸ τοῦ χρηστηρίου περιέτυχον τῷ Μιλτιάδῃ πρὸ τῶν ὅρων καθεζο-

§ 5. Δόλογκοι Pal. Guelf., Δόλοπες vulgo.
τὸν ἀμήχανον Pal. Guelf., vulgo τὰν ἀμ. ut etiam in Mediceo Aesch.
καὶ χαλεπᾶς Pal. Guelf., deinde ὑπέρ τε iidem, tum κρημναμέναν νεφέλαν Pal., κρημναμέναν νεφελῶν Guelf. Cf. Aesch. Sept. 210.
§ 6. καὶ οὐκ Guelf.

vulgo. Ἀσωπίδι iure scriptum mavult Sturz. in Hellan. Fragm. p. 52. Cf. Muell. Hist. fragm. p. 48.
§ 5. Δόλογκοι. Δόλοπες vulgo. „Herodotus hanc historiam refert, sed ita ut Marcellinum alios auctores esse secutum appareat. Quin et Θρᾷκες οἱ Δόλογκοι rescrib[i malo], cum Δόλογκοι teste Stephano ἔθνος Θρᾴκης, Δόλοπες ἔθνος Θεσσαλῶν." Huds. „Add. Wessel. ad Herodot. p. 452 [VI 34], qui docet Δόλογκοι reponendum esse. Idem confirmat schol. ined. in Aristid. ap. Valcken. ibid." Beck. Καὶ Δόλογκοι nunc ex mss. est receptum, sed καί, si Δόλογκοι legitur, sententiae contrarium est. — τί κακὸν οὐ, i. e. nullum non. — καταφεύγουσι ... χρηστήρια. „Ἐς Δελφοὺς ἔπεμψαν τοὺς βασιλέας περὶ τοῦ πολέμου χρησομένους. Herodot. VI 34." Huds. — μόνος θεός. Sine articulo, quem Pal. auctoritate delevit Bekk., dixit, quia non, ut ante, de solo Apolline cogitat, sed infinite intellegi vult. — κατ' Αἰσχύλον. In Prom. 59 et Sept. ad. Theb. 210, ubi metri causa πολλάκι legitur.
§ 6. ἐχρήσθησαν. Attende personalem quem dicunt huius passivi usum pro usitatis ἐχρήσθη αὐτοὺς ... ἕξειν. Deinde malumus τότε δέ. — πρὸ τῶν ὅρων ... τῆς Ἀττικῆς. „Procul dubio legendum πρὸ τῶν θυρῶν καθεζομένῳ τῆς αὐτοῦ οἰκίας· nam Herodotus disertim refert eum sedisse ἐν τοῖσι προθύροισι τοῖσι ἑωυτοῦ." Rutgers. Recepit Bekk. Sed audacior est correctio. „Neque adeo videtur absurda lectio vulg., cum a fini-

www.libtool.com.cn

μένῳ τῆς Ἀττικῆς, ἀχθομένῳ μὲν τῇ τυραννίδι,
ζητοῦντι δὲ δικαίαν τῆς Ἀττικῆς ἔξοδον· ταῦτα
γὰρ ᾠκονόμησεν ὁ χρησμὸς αὐτοῖς. ὁρῶν οὖν 7
αὐτοὺς πλανητῶν ἔχοντας στολήν, συνεὶς τί δύ-
ναται πλάνη, καλεῖ τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ξενίαν, ὑπη-
ρετῶν τῷ χρησμῷ λανθάνων. οἱ δ' ἥσθησαν τὸν
ἡγεμόνα τὸν ἀπὸ τῶν ξενίων εἰληφότες, καὶ πάντα
αὐτῷ διηγησάμενοι στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν αὐτῶν.
οἱ μὲν οὖν τὸν θεόν φασιν ἐρωτήσαντα ἐξελ-
θεῖν, οἱ δὲ οὐκ ἄνευ γνώμης τοῦ τυράννου τὴν
ἔξοδον πεποιηκέναι, ἀλλὰ τῷ κρατοῦντι τὴν πρόσ-
κλησιν τῶν Θρᾳκῶν διηγησάμενον ἀπελθεῖν· ὃς
καὶ προσδοὺς δύναμιν ἀπέπεμψεν, ἡσθεὶς ὅτι μέγα
δυνάμενος ἀνὴρ ἔξεισι τῶν Ἀθηνῶν. οὗτος οὖν 8
ἡγούμενος ἐπλήρωσε τὰ μεμαντευμένα καὶ μετὰ
τὴν νίκην γίγνεται καὶ Χερρονήσου οἰκιστής. ἀπο- 9
θανόντος δὲ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, διαδέχεται τὴν ἐν
Χερρονήσῳ ἀρχὴν Στησαγόρας ὁ ** ἀδελφὸς ὁμο-
μήτριος. ἀποθανόντος δὲ καὶ τούτου διαδέχεται 10

§ 7. ὃς Casaub. et Bekk., vulgo et Pal. οἷς.
§ 9. ὁ ** ἀδελφὸς Pal. Guelf., vulgo ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ.

bus Attices non longe Miltiadis afuerit villa *ἐν Λακιάδαις* sita." Valck. ad Herodot. VI 35, ab Herodoto diversum esse auctorem quem Marcell. in his narrandis sequatur addens.

§ 7. *πλανητῶν ... στολήν.* Ἐσθῆτα οὐκ ἐγχωρίην ἔχοντας καὶ αἰχμὰς cet. Herodot. — *οἱ μὲν οὖν* cet. Ita Herodotus quoque rem narrat.

§ 9. *τοῦ παιδός.* Ἄπαιδος coniecit Casaub. propter Herod. VI 38.

§ 10. *ὁ ἀδελφὸς ὁμομήτριος.* „Lapsus est Marcellinus et cum eo Aristophanis interpres, qui hunc Stesagoram Miltiadis Cypseli fratrem uterinum faciunt, cum fuerit fratris eius uterini filius. Cypseli enim uxor, mater Miltiadis, . . . Cypselo mortuo nubit Stesagorae sive Tisagorae, ut eum vocat Aristidis schol. . . . Stesagoras ex ea Cimonem suscepit, qui ob stultitiam κοάλεμος dictus fuit. Hunc patrem Miltiadis tertii et Cimonis eius filii avum fuisse constat. Nam Cimoni duo filii fuere, Stesagoras et Miltiades, ut liquet ex Herodot. VI 38 et 39. Hic Miltiades ad Marathonem vicit, . . . . [eique] liberi fuere tres, Metiochus et Elpinice e muliere ignota, quam Atticam fuisse Marcellinus ait, ex Hegesipyle, Olori Thraciae regis filia, Cimon dux clarissimus. Vid. Rutgers. in Var. Lect. p. 37 et 44." Huds. In verbis vulgatis aliqua depravata esse verisimile est; nam et αὐτοῦ post ἀδ. vulgo collocatum a Pal. abest in eodemque lacuna est ante ἀδ. et articulus ante ὁμο-

www.libtool.com.cn


*τὴν ἀρχὴν Μιλτιάδης, ὁμώνυμος μὲν τῷ πρώτῳ οἰκιστῇ, ἀδελφὸς δὲ Στησαγόρου ὁμομήτριος καὶ*
11 *ὁμοπάτριος. οὗτος οὖν, ὄντων αὐτῷ παίδων ἐξ Ἀττικῆς γυναικός, ὅμως ἐπιθυμῶν δυναστείας λαμβάνει Θρᾳκῶν βασιλέως Ὀλόρου θυγατέρα Ἡγησιπύλην*
12 *πρὸς γάμον· ἐξ οὗ καὶ αὐτῆς γίνεται παιδίον. κατελθόντων δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα Περσῶν, συσκευασάμενος τὰ αὑτοῦ εἰς τὰς Ἀθήνας πέμπει καὶ τὰ πολλὰ τοῦ γένους ἀποστέλλει. ἡ δὲ ναῦς ἁλίσκεται, ἐν ᾗ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχ οἱ ἐκ τῆς γυναικὸς τῆς Θρᾳκικῆς· ἀφίενται δ' ὑπὸ βασιλέως, εἴ γε μὴ Ἡρόδοτος ψεύδεται. Μιλτιάδης δ' εἰς*
13 *τὴν Ἀττικὴν ἐκ Θρᾴκης διαφυγὼν σώζεται. οὐκ ἀπέδρα δὲ καὶ τὴν τῶν ⟨ἐχθρῶν⟩ συκοφαντίαν· ἐγκλήματα γὰρ αὐτῷ ⟨ἐπέφερον⟩ διεξιόντες τὴν τυραννίδα. ἀποφεύγει δὲ ⟨καὶ τούτους καὶ⟩ στρατηγὸς τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου γίγνεται.*
14 *ἀπὸ τούτου οὖν . . . κατάγεσθαί φησι τὸ Θουκυδίδου γένος, καὶ μέγιστον τεκμήριον νομίζουσι τὴν πολλὴν περιουσίαν καὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης κτή-*

§ 13. ***ἐχθρῶν*** et ***ἐπέφερον*** et ***καὶ τούτους καὶ*** in Pal. et Guelf. omissa e Suida in v. *Μιλτιάδης* interposuit Casaub. „Praeter necessitatem adiecit *αὐτοῦ* post *διεξιόντες* et *τὴν ἐν Χερρονήσῳ* post *τυραννίδα*.“ Westerm. Pro *στρατηγὸς* Pal. male *κατηγορτος*, Guelf. *κατήγορος*.

§ 14. Post *οὖν* lacuna in Pal. Guelf. „Quam nomine proprio explendam esse docet quod iidem habent *φησί*, pro quo olim scribebatur *φασί*.“ Westerm. *Δίδυμος* probabiliter interposuit Ritt.

*μήτριος* adiectivum iterandus fuit. *Ὁ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ὁμομητρίου* ad sententiam bene Hofman.

§ 12. ***ἡ δὲ ναῦς ἁλίσκεται.*** Cf. Herodot. VI 41. — ***εἴ γε . . . ψεύδεται.*** „Ea Marcellinus tribuit Herodoto quae ille non dixit. Vid. Wessel. et Valck. ad Herod. p. 456.“ Bekk. Cf. Ritt. p. 17.

§ 14. ***μέγιστον τεκμήριον . . .*** Non posse hoc grave argumentum existimari docet Rutgers. Quid quod infra § 19 sq. divitiae Thucydidis a coniuge repetuntur? Et cum ea regio subacta demum Thaso insula Ol. 79, 3 (a. Ch. 462) Atheniensium facta sit, non possunt possessiones Thraciae ex Miltiadis hereditate ad Th. familiam transisse. Accedit quod Miltiadis bona in Chersoneso Thracia erant et Persarum expugnationibus amissa sunt. Cf. adn. § 20. — ***τὰ ἐπὶ . . . χρυσᾶ.*** *Καὶ ἐν Σκαπτησύλῃ* nos legendum coniecimus, *καὶ τὸ ἐν Σκαπτησύλῃ*

www.libtool.com.cn

ματα καὶ ⟨ἐν Σκαπτη⟩σύλῃ μέταλλα χρυσᾶ. δοκεῖ 15
οὖν τισιν . . . εἶναι τοῦ Μιλτιάδου ἢ θυγατριδοῦς.
παρέσχε δ' ἡμῖν τὴν ἄλλως αὐτὸς ζήτησιν, μηδε-
μίαν μνήμην περὶ τοῦ γένους πεποιημένος. μὴ 16
ἀγνοῶμεν δὲ τοῦτο, ὅτι ⟨Ὄλορος, οὐκ⟩ Ὄρολος ὁ
πατὴρ αὐτῷ ἐστι, τῆς μὲν πρώτης συλλαβῆς τὸ ρ
ἐχούσης, τῆς δὲ δευτέρας τὸ λ. αὕτη γὰρ ἡ γραφή,
ὡς καὶ Διδύμῳ δοκεῖ, ἡμάρτηται. ὅτι γὰρ Ὀλορός

§ 16. ὅτι γὰρ Ὀρολός ἐστιν codd.

Bekker. Cf. Thuc. IV 105 et ibi adn. atque de Scaptesula urbe infra adn. § 19.

§ 15. **δοκεῖ οὖν . . . θυγατριδοῦς.** Post τισίν pronomen ἀδελφιδοῦς interponit Casaub., υἱδοῦς Piers. ad Moer. p. 379. Neutrum verum esse respondit Goell. Cf. Krueg. de Vit. Thuc. p. 4 et Wuttk. de Th. scriptore p. 25, qui lacuna sublata ἢ in ὁ mutandum censuit p. 28. A Miltiade enim Marathonio ex Hegesipyle praeter Cimonem Hegesipylen minorem procreatam atque ex ea et Oloro Thracum regis nepote partum esse Thucydidem suspicantur Od. Mueller. Hist. litter. Gr. II p. 341 et Roscher. l. d. p. 89 sq. Sed notum non erat nisi patris nomen ex ipsius indicio IV 104, 4 et sepulcro, matris nomen secundum proavam ab iis videtur fictum esse qui etiam maternum Th. genus a Miltiade ducebant. Alii Hegesipylen Miltiadis uxorem post mortem mariti Halimusio cuidam nupsisse et ex his natum esse Olorum Thucydidis patrem coniecerunt. Cum Th. e pago Halimunte fuerit, Cimon e Laciadio, utique constat Th. non per agnationem a Miltiade descendisse. Nobis verisimillimum videtur matrem Olori patris Th. fuisse Cimonis sororem ipsumque Th. per eam Miltiadis pronepotem. — **τὴν ἄλλως.** Vulgo τηνάλλως, quod quaere in lex.

§ 16. **Ὄρολος.** „Quae hic de nomine patris Thucydidis scribit Marcellinus non potuerunt adducere Stephanum in adnot. ad Thucyd. ut ei ac Didymo potius assentiri vellet quam plerisque aliis vetustis scriptoribus, qui patrem Thucydidis Ὄλορον vocant, non Ὄρολον. Ita Thucydides ipse IV 104, 4, Dionysius Hal. de Art. rhetor. c. 6 in princip., Pausanias Attic. c. 23, Plutarchus in Cim. princip., Aristides t. III p. 200 edit. Cant., Themistius Orat. IV p. 60 ed Hard., Agathias l. II p. 62, Photius Biblioth. Cod. X, ubi male editum est [ut metri causa in Tzetzae versibus quibusdam in cod. Pal.] Ὄλουρε pro Ὄλορε, Suidas in Θουκυδίδης et ὀργᾶν, qui etiam in Ὄλορος ad patrem Thucydidis respicere potuit, et scholiastes Dionis Chrysostomi in scholiis Morelli ad Dionem p. 106. . . . Hoc quoque scrupulum iniecit quod Marcellinus regem Thracum cuius nomen patri Thucydidis impositum fuit [§ 2 et 11] Ὄλορον appellat et quod Herodotus VI 39 et 41 Ὄλορον regem Thracum memorat.“ HUDS. „Verum nomen esse Ὄλορος docet etiam inscriptio Athenis nuper reperta. Vid. Walz. ad. Paus. I 23, 9.“ Westerm. Apud ipsum Marcel-

www.libtool.com.cn


ἐστιν ἡ στήλη δηλοῖ ἡ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ κειμένη, ἔνθα κεχάρακται

*ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ ΟΛΟΡΟΥ ΑΛΙΜΟΥΣΙΟΣ.*

17 πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος. εὑρίσκεται δηλονότι τοῦ Μιλτιάδου γένους ὄντως· ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται. καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως μαρτυρεῖ· ἔνθα καὶ

*Ὀρόλου Ἀλιμούσιος* Pal. (*H* igitur in *ΑΛΙΜ.* non scriptum erat).
§ 17. *Μελιρίσι* vulgo et Pal. Guelf.
*ὄντος* Pal.

linum ob haec testimonia et §§ 2. 55 et Anon. § 10 verba depravata et hic *Ὄλορος, οὐκ Ὄρολος*, paulo post *Ὄλορος* et in columnae titulo *Ὀλόρου* legendum esse probabiliter coniecit Grauert., cui assentitur Saupp. l. l. p. 429 sq. — *ἡμάρτηται.* Cf. adn. ad Thuc. II 65, 11. — *Ἁλιμούσιος.* I. e. ex Halimunte demo seu pago tribus Leontidis ortus, de quo cf. Leak. de Pag. Att. p. 48 interpr. Westerm. In re consentiunt § 55 Anon. § 10. Plut. Cim. 4.

§ 17. „*Μελιτίσι* omnino scribendum. Pausanias in Attic. c. 23 *Θουκυδίδου μνῆμά ἐστιν οὐ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων.*“ Huds. Cf. Plut. Cim. 4 et Anon. 10, de ipsa autem hac porta Leak. Topogr. Athen. p. 181 et 383 interpr. Germ. Wachsmuth. de Urb. Ath. p. 343. — *Κοίλῃ.* De loco dubitat Krueg. Vit. Thuc. p. 69, cum Herodotus Cimonem sepultum dicat *πρὸ τοῦ ἄστεος πέρην τῆς διὰ Κοίλης καλεομένης ὁδοῦ* VI 103; sed in ipsa Coele Cimonia monumenta, ut hic, collocantur § 55. Anon. 10. De Coele vid. Leak. l. d. p. 182 et 461. Wachsm. l. l. — *Κιμώνια.* Sic iterum § 32, contra apud Plut. *Κιμώνεια.* — *Ἡροδότου.* „Grau. negat auctorem adeo socordi animo esse potuisse ut, cum statim subiecturus esset *ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται*, Herodotum peregrinum fuisse non recordaretur. Coraes ad Plut. Cim. 4 emendat *Ἡρώδου*, qui stirpem ad genus Cimonis referebat.“ Goell. Hoc recepit Ritt., quia Herodes Atticus a tali vanitate minime alienus fuerit. *Ὀλόρου* Saupp. l. l. p. 430. Nisi forte Marcellinus cognationem quandam inter Herodotum Miltiadisque familiam interfuisse opinatus est. Cf. Larcher. ad Herodot. p. XCI. Heys. Quaest. Herodot. p. 80. Baehr. ad Herodot. t. IV p. 389. — *ὄντως.* Malo *ὤν* (Grauertus *ὄντως ὤν*) vel, quae Heysii l. d. et Schaeferi ad Plut. V p. 141 coniectura est, *εὑρίσκονται ... ὄντες.* — *Πολέμων.* „Hunc Polemonis librum *περὶ ἀκροπόλεως* citat Athenaeus l. XI et XIII, ut et Strabo l. IX et Harpocration in *Νεμέας χαράδρα* ... Vixit Ptolemaei Epiphanis temporibus atque librum inscripsit teste Strabone [p. 396] *περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει.*“ Huds. partim hic partim ad § 28. Est Polemo Periegetes, qui inter alia opera periegetica *περὶ τῆς Ἀθήνησιν*

www.libtool.com.cn

⟨Τιμό⟩θεον υ⟨ἱὸν⟩ αὐτῷ γεγενῆσθαι προσιστορεῖ.
ὁ δὲ Ἕρμιππος καὶ ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν αὐτὸν 18
λέγει τῶν τυράννων ἕλκειν τὸ γένος· διὸ καὶ διαφθο-
νεῖν αὐτόν φησιν ἐν τῇ συγγραφῇ τοῖς περὶ Ἁρμό-
διον καὶ Ἀριστογείτονα, λέγοντα ὡς οὐκ ἐγένοντο
τυραννοφόνοι· οὐ γὰρ ἐφόνευσαν τὸν τύραννον,
ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν τοῦ τυράννου Ἵππαρχον. ἠγά- 19
γετο δὲ γυναῖκα ἀπὸ Σκαπτῆς ὕλης τῆς Θρᾴκης πλου-

ἀκροπόλεως scripsit. Muell. Fragm. hist. Gr. III p. 108 sqq. — καὶ ... θεονυ ... αὐτῷ. „Καὶ Τιμόθεον υἱὸν αὐτῷ γεγενῆσθαι cum Casaub. et Steph. legendum censeo. Filium enim Thucydidi fuisse qui Timotheus appellaretur constat ex Suida in v. Θουκυδίδης.“ Huds.

§ 18. Ἕρμιππος. „Fors[it]an ... Hermippus βιογράφος, cuius saepius meminit Diogenes Laertius et quem, ut puto, laudat Iosephus contra Apionem I 22 hisce verbis: πολλοὶ δὲ καὶ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασι, καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἕρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής.“ Huds. Fuit Smyrnaeus, Callimachi discipulus, qui Ptolemaei Euergetae tempore vixit. Vid. Krueg. Vit. Thuc. p. 4 et Muell. Fragm. hist. III p. 35 sqq. — ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν ... τὸ γένος. „Hanc Hermippi opinionem firmat schol. Thuc. ad I 20, 2.“ Huds. Hermippum sequitur Grau. p. 24. At Roscher Thucydidem ex Pisistratidis genus ducere credi non posse, cum Pisistratus e pago Philaidarum, gente Nelidarum, Thucydides e pago Halimunte, gente Philaidarum ortus atque pagus a gente Philaidarum diligenter discernendus sit, docet p. 91. Et quomodo Th. a Pisistratidis genus ducere poterat, cum sublata eorum dominatione tota gens ex Athenis in perpetuum relegata esset. Hanc opinionem inde ortam esse ex insequentibus verbis cognoscitur quod Th. VI 54—60 exposuit Hipparchum ab Harmodio et Aristogitone necatum imperium non tenuisse eosque necem perpetravisse non reipublicae causa, sed ad ulciscendam privatam iniuriam. Cum igitur contra communem opinionem de illorum laude detraheret, peculiari quadam de causa Pisistratidis favere videbatur. — διαφθονεῖν. Hoc rarius verbum in Steph. Thes. ed. rec. exemplis satis munitum est.

§ 19. Σκαπτῆς ὕλης. „Σκαπτησύλης malit Ae. Port. [et edidit Bekk.]; nam Σκαπτησύλη dicitur Stephano περὶ πόλεων, et Latinis, ut Festo et Lucretio, Scaptensula et Scaptesula. Marcellino tamen bis [§ 25 et 47, ubi cum dativus sit Σκαπτῇ ὕλῃ, ob omissum σ de scriptura dubitari non potest, etsi flexionis Σκαπτησύλῃ vestigia non obscura in cod. Pal. servata sunt § 14] divisis plane vocibus scribitur, adeo ut verisimile non sit totiens librarii calamum aberrasse, quod extra omnem controversiam ponit Plutarchus in Cim. 4 et de Exsilio 14.“ Huds., qui praeterea Herodot. VI 46. Lucret. VI 810 confert. Add. Lob. ad Phryn. p. 604 sq. et Lachm. ad. Lucr. VI 810. Fuisse autem Scaptesulam πόλιν Θρᾴκης μικρὰν ἀντικρὺ Θάσου docet Steph. Byz. A Festo urbem in Macedonia collocari, sed eum facile cum Graecis conciliari

www.libtool.com.cn


σίαν σφόδρα καὶ μέταλλα κεκτημένην ἐν τῇ Θρᾴκῃ. 20 τοῦτον δὲ τὸν πλοῦτον λαμβάνων οὐκ εἰς τρυφὴν ἀνήλισκεν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τὸν πόλεμον αἰσθηθεὶς κινεῖσθαι μέλλοντα, προελόμενος συγγράψαι αὐτὸν παρεῖχε πολλὰ τοῖς Ἀθηναίων στρατιώταις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίων καὶ πολλοῖς ἄλλοις, ἵνα ἀπαγγέλλοιεν αὐτῷ βουλομένῳ συγγράφειν τὰ γινόμενα κατὰ καιρὸν καὶ λεγόμενα ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ. 21 ζητητέον δὲ διὰ τί καὶ Λακεδαιμονίοις παρεῖχε καὶ ἄλλοις, ἐξὸν Ἀθηναίοις διδόναι μόνοις καὶ παρ' ἐκείνων μανθάνειν. καὶ λέγομεν ὅτι οὐκ ἀσκόπως καὶ τοῖς ἄλλοις παρεῖχε· σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων συγγράψαι, εἰκὸς δὲ ἦν Ἀθηναίους πρὸς τὸ χρήσιμον ἑαυτῶν ἀπαγγέλλοντας ψεύδεσθαι καὶ λέγειν πολλάκις ὡς ἡμεῖς ἐνικήσαμεν, οὐ νικήσαντες. διὸ πᾶσι παρεῖχεν, ἐκ τῆς τῶν πολλῶν συμφωνίας θηρώμενος τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν·

§ 20. γενόμενα Pal.
§ 21. Pro altero πολλῶν „Pal. πλειόνων, quamvis Bekkero tacite πολλῶν exhibente." Ritt. Tacent de hac diversitate Westerm. et alii.

posse, quoniam Macedoniae fines postea amplificati sint, adnotat Huds. ad § 25. Uxor autem Thucydidis inde orta filia coloni Atheniensis nonnullis videtur fuisse. Sed nihil tribuendum huic narratiunculae, quam effictam esse vel inde patet quod alii Th. divitias a patre eius repetebant. Cf. Doxopat. in Walzii Rhet. Gr. II p. 424. Veri simillimum est metalla a Thasiis Atheniensibus permissa publici quidem dominii facta esse, sed possessionem eorum et perpetuum usum (cf. IV 105, 1) ita privatis concessum ut pro iis exercendis vectigalia reipublicae solverent (cf. adn. IV 105, 1), qua in re cum consentaneum sit plurimum valuisse Cimonis auctoritatem, quippe qui illa bello cepisset (cf. Plut. Cim. 14), eius gratia amplissimam possessionem accepisse Th. patrem ei cognatum facile est ad credendum.

§ 20. τοῦτον ... λαμβάνων. At supra 14 Thucydidem haec metalla iam a maioribus accepisse dixit. Cf. de hac quaestione Krueg. de Vit. Thuc. p. 42. Boeckh. Oec. civ. Athen. I p. 424. — αἰσθηθείς. Deterior flexio, quae legitur etiam Iob. 40, 23 sicut αἰσθηθήσομαι Ies. 33, 11. De re cf. Thuc. I 1 et 22.

§ 21. τὴν ἀλήθειαν ... συγγράψαι. Cf. § 22. 48. Veritatis Thucydidem esse studiosissimum testantur etiam Dion. Hal. p. 824. Aphthon. in Progymn. al.

www.libtool.com.cn

τὸ γὰρ ἀσαφὲς ἐξελέγχεται τῇ τῶν πολλῶν συνᾳ-
δούσῃ συμφωνίᾳ. ἤκουσε δὲ διδασκάλων Ἀναξα- 22
γόρου μὲν ἐν φιλοσόφοις, ὅθεν, φησὶν Ἄντυλλος,
καὶ ἄθεος ἠρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας
ἐμφορηθείς, Ἀντιφῶντος δὲ ῥήτορος, δεινοῦ τὴν
ῥητορικὴν ἀνδρός, οὗ καὶ μέμνηται ἐν τῇ ὀγδόῃ
ὡς αἰτίου τῆς καταλύσεως τῆς δημοκρατίας καὶ
τῆς τῶν τετρακοσίων καταστάσεως. ὅτι δὲ μετὰ
τὸν θάνατον τιμωρούμενοι τὸν Ἀντιφῶντα οἱ Ἀθη-
ναῖοι ἔρριψαν ἔξω τῆς πόλεως τὸ σῶμα σεσιώπη-

§ 22. *Ἀναξαγόρου.* „Thucydidis ut discipuli Anaxagorae nemo, ut credo, alius meminit.“ Huds. In dubium vocat Krueg. de Vit. Thuc. p. 37 sq. „De quo ut Marcellini exstat auctoritas, ita verisimilis ducitur coniectura ab exemplo Periclis, qui ab Anaxagora item repletus rerum divinarum humanarumque cognitione eandem ad dicendi usum exercitationemque transtulit. Atqui Thucydides ita se ad Periclis imitationem composuisse videtur ut . . . eius eloquentiae formam effigiemque per totum historiae opus expressam posteritati servaret.“ Wyttenb. Praefat. ad Anal. Gr. Cum Pericle Thucydidi consuetudinem intercessisse et fuisse eos condiscipulos testatur etiam schol. Aristid. p. 121. Cf. Philostr. Vit. Soph. I 9, ubi tamen Gorgias Thucydidis iam senescentis sicut Periclis magister male vocatur. Verumtamen satis perspicuum est nihil de ea re memoriae proditum, sed coniecturam factam esse perinde atque de Th. Antiphontis discipulo. Ab Anaxagorae enim doctrina Th. rationem repetebant ad naturales rerum causas, non ad deorum voluntatem omnia revocantis, qua de causa ἄθεος esse videbatur. Cognovisse Th. Anaxagorae doctrinam, etsi eius discipulus non fuit, utique probabile est. — *Ἄντυλλος.* „Ex enarratore [h. e. ex schol. Thuc.] ad III 95. IV 19. 28 conicio Antyllum hunc, quem rhetorem appellat Suidas, scholia quaedam conscripsisse aut criticam exercuisse in Thucydidem.“ Huds. Cf. 36. 55. — *ἄθεος . . . ἐνομίσθη.* Hanc opinionem de eo conceptam falsam esse demonstrat Roscher l. d. p. 225 sq. Cf. II 52, 3. 53, 4. III 82, 6. V 70. VII 77, 4. — *Ἀντιφῶντος.* Antiphontis discipulum fuisse Th. postquam Caecilius Calactinus, qui rhetor Dionysii Halicarnassensis tempore vigebat, inde suspicatus est quod ille a Th. laudatus esset (Pseudo-Plut. Vit. Antiph. 7), multi tanquam rem certam et exploratam pronuntiantes memoriae prodiderunt. (Anonym. vit. Antiph. 8. Hermogen. περὶ ἰδ. II 11, 7. 12, 5. schol. in Hermog. in Rhet. Walz. V p. 7. VII p. 26. Tryphon ibid. VIII p. 750. Anonym. vit. Th. 2. Suid. s. v. Θουκυδ. schol. Thuc. VIII 68, 1). Amicos eos appellat Aristid. II p. 176. Sane necessitudinem quandam inter eos intercessisse haud improbabile est. Cf. Blass. Eloqu. Atticae I p. 85. 201. II p. 432. — *ἐν τῇ ὀγδόῃ.* Vid. VIII 68. — *σεσιώπηκεν . . . χαριζόμενος.* Rem quam Antiphontis gratia celavisse hic inani suspicione Th. incusatur vere factam esse ex Antiphontis iudicio a Caecilio memoriae prodito (Pseudo-Plut. l. l. 24) constat.

www.libtool.com.cn



κεν, ὡς διδασκάλῳ χαριζόμενος· λέγεται γὰρ ὡς ἔρριψαν αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς αἰτίου
23 τῆς μεταβολῆς τῆς δημοκρατίας. οὐκ ἐπολιτεύσατο δ' ὁ συγγραφεὺς γενόμενος ἐν ἡλικίᾳ οὐδὲ προσῆλθε τῷ βήματι, ἐστρατήγησε δὲ ἀρχέκακον ἀρχὴν παραλαβών· ἀπὸ γὰρ ταύτης φυγαδεύεται. πεμφθεὶς γὰρ ἐπ' Ἀμφίπολιν, Βρασίδου φθάσαντος καὶ προλαβόντος αὐτὴν ἔσχεν αἰτίαν, καίτοι μὴ πάντα καταστὰς ἀνόνητος Ἀθηναίοις· τῆς μὲν γὰρ ἁμαρτάνει, Ἠιόνα δὲ τὴν ἐπὶ Στρυμόνι λαμβάνει. ἀλλὰ καὶ οὕτως τὸ πρῶτον ἀτύχημα εἰς ἁμάρτημα
24 μεταλαβόντες φυγαδεύουσιν αὐτόν. γενόμενος δ' ἐν Αἰγίνῃ μετὰ τὴν φυγήν, ὡς ἂν πλουτῶν, ἐδά-
25 νεισε τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων. ἀλλὰ κἀκεῖθεν

Nam quae diversa de eius exitu ibidem 12 sqq. memorantur ad alios eiusdem nominis viros referenda sunt. Cf. Blass. l. l. I p. 82.

§23. *οὐκ ἐπολιτεύσατο ... βήματι.* Impugnare studet Ritt. p. 21. Cf. Cic. Orat. II 13, 56 ne hunc (Thucydidem) quidem, quanquam est in re publica versatus, ex numero accepimus eorum qui causas dictitarunt. — *ἀρχέκακον ἀρχήν*, imperium malorum initium. Lusum verborum notavit Roscher. *Ἀρχέκακος* est vocabulum Homericum. De similibus sententiis cf. interpr. Thuc. II 12, 3. — *πεμφθεὶς γάρ* cet. Vid. Thuc. IV 104 sqq. „*Μεταπεμφθείς* potius scribere debebat.“ Did. Ita paulo post *λαμβάνει* dictum pro vero *σώζει, περιποιεῖ*, incuria scriptoris. Krueger *Ἀμφίπολιν* pro *τοῖς ἐπὶ Θρᾴκης* vult nominatam esse; sed id propter ea quae sequuntur non est credibile. *Τὸ πρῶτον* autem neglegentius dictum pro *τὸ πρότερον, τὸ πρόσθεν.* — *ἀτύχημα ... μεταλαβόντες.* Neglegentiae tamen crimine in Amphipoli tuenda Thucydidem liberari non posse post Grotium (Hist. Gr. VI c. 53) complures contenderunt, contra quos cf. adn. IV 105, 1. — *φυγαδεύουσιν αὐτόν.* Cf. V 2, 65 *καὶ ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν.* Proditionis est accusatus (vid. 55 et Anon. 3) atque aut supplicio se subtraxit fuga aut potius, quod Cicero de Or. l. d. Plinius H. N. VII 30, 111, Marcellinus hic et 46 atque vit. scriptor incert. 7 testantur, ipsa exsilii poena est affectus.

§. 24. *γενόμενος δ' ἐν ... χρημάτων.* Haec credi vix possunt, cum et Aegina per totum bellum Pelop. ab Atheniensibus occupata fuerit (cf. Thuc. II 27 al.) et qui rem praeter Marcellinum commemoravit, ignotus vitae scriptor § 7, statim adiungat illi narrationi in qua Thucydidem contendit ostracismo in exsilium eiectum esse, id quod ad Melesiae filium pertinere intellegemus. Cf. Wuttk. de Thuc. II p. 78 sq., qui de Aegina Kruegero parum recte obloquitur p. 82 sq.; nam quando haec insula a Pelopon-

www.libtool.com.cn

μετῆλθε, καὶ διατρίβων ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ ὑπὸ πλα-
τάνῳ ἔγραφε· μὴ γὰρ δὴ πειθώμεθα Τιμαίῳ λέγοντι
ὡς φυγὼν ᾤκησεν ἐν Ἰταλίᾳ. ἔγραφε δ' οὐδ' οὕτως 26
μνησικακῶν τοῖς Ἀθηναίοις, ἀλλὰ φιλαλήθης ὢν
καὶ τὰ ἤθη μέτριος, εἴ γε οὔτε Κλέων παρ' αὐτῷ
οὔτε Βρασίδας ὁ τῆς συμφορᾶς αἴτιος ἀπέλαυσε
λοιδορίας, ὡς ἂν τοῦ συγγραφέως ὀργιζομένου.
καίτοι οἱ πολλοὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσι συνέθεσαν 27
τὰς ἱστορίας, ἥκιστα μελῆσαν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας.
Ἡρόδοτος μὲν γὰρ ὑπεροφθεὶς ὑπὸ Κορινθίων
ἀποδρᾶναί φησιν αὐτοὺς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμα-
χίαν· Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης Τιμολέοντα ὑπερ-

nesiis recuperata sit satis constat e Xen. Hist. Gr. II 2, 9. — **κλουτῶν**. Cf. 14 et 19.

§ 25. **ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ**. Cf. 46 et ibi adn. 47 et de ipsa urbe adn. 19. Aliquando certe Thucydidem postea in Thracia vixisse etiam ex IV 103, 5 nonnulli colligunt, quanquam certo inde non intellegitur. — **ὑπὸ πλατάνῳ**. Inutilis est Hirschwaelderi in Annal. phil. a. 1883 p. 32 coniectura ὑπὸ Παγγαίῳ. Nam frustra est tales fabellas ad rationem velle revocare. — **ἔγραφε**. Cf. adn. 46. — **Τιμαίῳ**. Est Timaeus Siculus Tauromenita. Nam is Timaeus et nominatur § 27 et ceteris, de quibus cf. Suid., longe clarior et in historia res Siculas atque Italicas diligentissime persecutus est. — **ἐν Ἰταλίᾳ**. Ibi vel certe in Sicilia eum aliquando tempore exsilii fuisse etiam Grau. studuit probare. Cf. § 33. Wuttk. l. d. p. 80 sq. Rosch. l. d. p. 111. Certe Syracusanorum agri et urbis tam explicatam ac perspicuam descriptionem exhibet ut haec ipse oculis perlustrasse videatur, nec facile fieri poterat ut munimenta quae ad oppugnandam et defendendam urbem ab utraque parte exstructa erant et post solutam obsidionem Atheniensium fugam et caedem tam clara in luce posita oculis nostris subiceret, nisi iis rebus ipse adfuisset. Si autem Siciliam adiit, in Italia quoque eum fuisse facile credi potest. Licet igitur hic quoque Timaeus de Thucydide Milesiae filio dixerit, qua de re cf. adn. § 33, tamen etiam de historico res haud improbabilis est. Circa Peloponnesum eum versatum esse scribit schol. V 26. Cf. ibid. adn.

§ 26. **ἔγραφε δ' οὐδ' . . . Ἀθηναίοις**. „Aliter censet Dionysius Hal., cui [p. 744 et 920] Thucydides videtur iniquior patriae ob irrogatam exsilii multam. [Cf. Anon. 4.] Verum ille in plerisque plus iusto acrior Thucydidis censor.“ Huds. Dionysius non solum argumenta non protulit, sed sibi ipse repugnat, cum p. 824 sq. omni invidia et adulatione Thucydidem abstinuisse dicat. **Φιλαθήναιον** adeo eum videri dicit schol. I 20. Cf. Rosch. p. 232. — **οὔτε Κλέων . . . οὔτε Βρασίδας**. Cf. Plut. de Malign. Herodoti 8. Contrarium de Cleone male infra § 46 affirmatur. Cf. Rosch. p. 230 sq. *Οὔτε* autem scripsit, non *μήτε*, quia *εἴ γε* particulae hic causae notionem habent.

§ 27. **ἀποδρᾶναι . . . ναυμαχίαν**. Herodot. VIII 94. Vid.

www.libtool.com.cn

ἐπῄνεσε τοῦ μετρίου, καθότι Ἀνδρόμαχον τὸν αὐτοῦ πατέρα οὐ κατέλυσε τῆς μοναρχίας· Φίλιστος δὲ τῷ νέῳ Διονυσίῳ τοῖς λόγοις πολεμεῖ· Ξενοφῶν δὲ Μένωνι λοιδορεῖται τῷ Πλάτωνος ἑταίρῳ διὰ τὸν πρὸς Πλάτωνα ζῆλον. ὁ δὲ μέτριος καὶ ἐπιεικής, τῆς ἀληθείας ἥττων.
28 μὴ ἀγνοῶμεν δὲ ὅτι ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί· οὗτός τε ὁ Ὀλόρου παῖς καὶ δεύτερος δημαγωγός, Μιλησίου, ὃς καὶ Περικλεῖ διεπολιτεύσατο· τρίτος δὲ γένει Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, φάσκων αὐτὸν εἶναι πατρὸς Μένωνος· τέταρτος ἄλλος Θουκυδίδης ποιητής, τὸν δῆμον Ἀχερδούσιος, οὗ μέμνηται Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι,
29 λέγων εἶναι πατρὸς Ἀρίστωνος· συνεχρόνισε δ', ὥς φησι Πραξιφάνης ἐν τῷ περὶ ἱστορίας, Πλάτωνι

Plut. de Malign. Herod. 39. — *Τιμολέοντα ὑπερεπήνεσε.* *Τίμαιος ἠβουλήθη μείζω ποιεῖν Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν* dicit Suidas s. v. *Τίμαιος*. Cf. Plutarch. Timol. 36. — *τῆς μοναρχίας.* Tauromenii urbis ab eo instauratae. — *Φίλιστος.* Dionysii iunioris familiarissimus et exercitui eius praefectus, de quo cf. Plut. Dion. 11. Muell. Fragm. hist. Gr. I p. XLV sqq. — *πολεμεῖ* depravatum esse ex iis quae antea dicta sunt liquet. *Συμπολεμεῖ* pro eo coniecit Grau. — *Ξενοφῶν δὲ Μένωνι.* Vid. Xenoph. Anab. II 6, 21. Diog. Laert. II 50. Suid. s. v. *Μένων*.

§ 28. *Θουκυδίδαι πολλοί.* „*Τέσσαρες δέ εἰσι Θουκυδίδαι Ἀθηναῖοι* [?], *ὁ ἱστοριογράφος καὶ ὁ Γαργήττιος, καὶ ὁ Θετταλὸς καὶ ὁ Μιλησίου υἱός.*" Schol. Aristoph. Acharn. 703 et Vesp. 941. Quintus est Thucydides orator, aequalis Demosthenis (vid. orat. c. Theocr. 36 sqq.). — *Μιλησίου.* Cf. Plat. Men. 94c. Lach. 179a. Plut. Pericl. 8 et 11. adn. I 117, 2. — *διεπολιτεύσατο*, i. e. *ἀντεπολιτεύσατο.* — *Φαρσάλιος.* Cf. VIII 92, 8. Idem est qui a scholiasta Aristoph. dicitur *Θετταλός*. — *Πολέμων.* Cf. adn. § 17. — *τέταρτος . . . Ἀχερδούσιος.* Hunc fortasse non differre ab eo qui a schol. Aristoph. l. d. *Γαργήττιος* vocetur suspicatur Huds. Sed Acherdus erat pagus tribus Hippothontidis, Gargettus Aegeidis. Idem esse videtur qui est in Inscr. Att. I n. 131. 273. — *Ἀνδροτίων.* Incertae quidem aetatis scriptor rerum Atticarum a cognomini oratore, Demosthenis aequali, discernendus, sed quem post Olymp. XCVI vixisse ex Philochori fragm. 150 colligitur. Cf. Muell. Fragm. hist. Gr. I p. LXXXIII sq.

§ 29. *συνεχρόνισε.* Proxima utrum de Olori filio an de poëta intellegenda essent dubitatum est. At si de hoc essent accipienda, § 30 *ἄδοξος ἦν* et rel. ad Olori filium non recte spectarent, quod videtur fieri debere. — *Πραξιφάνης.* „Peripateticorum sectam secutus et doctrinam grammaticam amplexus est,

www.libtool.com.cn

*τῷ κωμικῷ, Ἀγάθωνι τραγικῷ, Νικηράτῳ ἐποποιῷ καὶ Χοιρίλῳ καὶ Μελανιππίδῃ. καὶ ἐπεὶ μὲν ἔζη* 30
*Ἀρχέλαος, ἄδοξος ἦν ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ὡς ⟨ὁ⟩ αὐτὸς Πραξιφάνης δηλοῖ, ὕστερον δὲ δαιμονίως ἐθαυμάσθη. οἱ μὲν οὖν αὐτὸν ἐκεῖ λέγουσιν ἀποθα-* 31

§ 29. *Χοιριδίῳ* vulgo et in Pal. Guelf. Cf. adn.

Theophrasti auditor circa Olymp. CXIV (ante Chr. 322), deinde ipse praeceptor et aliorum et Epicuri philosophi.“ Ritt. p. 18 sq. Idem eos qui deinde nominantur scriptores propterea maxime memoratos putat quia in aula Macedonica omnes aliquando versati essent, quam opinionem iterum tanquam novam Wilamowitzius in Herm. XII p. 358 sqq. ita proposuit ut Praxiphanem statueret memorasse Th. una cum illis apud Archelaum regem artium et litterarum amantissimum degisse. Sed contra recte monuit O. Gilbertus in Philol. XXXVIII p. 245 sqq. non solum verbum *συνεχρόνισε* nihil aliud significare quam eodem tempore illos viros vixisse, sed etiam credi non posse Th., qui auctore eodem Praxiphane dum viveret Archelaus ignobilis fuisset, cum clarissimis eius temporis poëtis ab eodem rege ad se accitum esse; eximiam enim famam invitandi causam fuisse. — *περὶ ἱστορίας*. Causis parum firmis confisus Hirzel. in Herm. XIII p. 46 sqq. suspicatus est hunc fuisse dialogum in quo de necessitudine quae inter poësim et historiam intercederet sermo fuisset. Cf. Gilb. l. l. p. 266 sqq. — *Πλάτωνι τῷ κωμικῷ*. De hoc vid. Bernhard. Hist. litt. Gr. II 2 p. 593, de Agathone p. 58 sq. Muell. Hist. litter. Gr. II p. 182 sq. Niceratum epicum non novimus. — *Χοιρίλῳ*. Est Choerilus Samius, natus circa a. 479, de quo poëta epico vid. Bernh. l. l. II 1 p. 347 sq. Muell. Hist. litter. Gr. II p. 295 sqq. — *Μελανιππίδῃ*. De Melanippide utroque, poetis lyricis, vid. Kuster ad Suid. Hic minor intellegitur, qui medio saeculo quinto a. Chr. floruit. Cf. Bernh. l. l. p. 620 sq. Muell. l. d. p. 284.

§ 30. *Ἀρχέλαος*. Rex Macedoniae, in cuius aula vixerunt Euripides, Agatho, Choerilus. Cf. de eo Thuc. II 100. „Visconț. Iconogr. Gr. I 230 deletum vult nomen Archelai, ut sensus sit Thucydidem dum viveret scriptorem non inclaruisse. Hunc sequuntur Letronn. [apud. Did. I p. LXVII], scriptor in Ephem. Gotting. 1822 p. 1046, Grau. in Mus. Rhen. I p. 190 et Ritschl. de Agath. Vit. p. 2, qui in praecedentibus scriptum vult *ἐν τῷ περὶ Ἀρχελάου ἱστορίας*.“ Goell. Eandem opinionem denuo protulit Wilam. l. l. Marcellinum ratus male intellexisse Praxiphanem, qui Archelaum ita commemoravisset ut Th. cum viris reliquis ab eo nominatis in eius aula versatum esse diceret. Sed haec permutatio talis est qualem ne stolidissimo quidem homini iure imputaveris. Contra Gilb. l. l. p. 248 causam potius afferri putat cur Th. non in Archelai aula fuerit, quasi vero omnes qui in litteris gloriam aliquam adepti essent apud Archelaum versati sint. Cum hic locus prorsus solutus sit e rerum contextu in quo apud Praxiphanem fuit, cur vivo Archelao Th. ignobilem fuisse hic dixerit decernere non audemus. Praestat enim se nescientem fateri quam hariolari.

§ 31. *οἱ μὲν . . . φυγὰς ὤν*. Cf. Plut. Cim. 4 *καὶ τελευτῆσαι μὲν ἐν τῇ Σκαπτῇ ὕλῃ . . . λέ-*

www.libtool.com.cn


*νεῖν ἔνθα καὶ διέτριβε φυγὰς ὤν, καὶ φέρουσι μαρτύριον τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς· ἴκριον γὰρ ἐπὶ τοῦ τάφου κεῖσθαι, τοῦ κενοταφίου*

*γεται φονευθεὶς ἐκεῖ. μνῆμα δ' αὐτοῦ τῶν λειψάνων εἰς τὴν Ἀττικὴν κομισθέντων ἐν τοῖς Κιμωνείοις δείκνυται.* In Thracia mortuus esse dicitur 45. 55. Nihil decernit Anon. 10. Cf. etiam adn. § 33. — *ἴκριον.* „Varias significationes huius vocabuli habent veteres lexicographi, Eustathius ad Homerum compluribus locis [velut ι 64 et γ 353], scholiastes Apollon. Rhod. I Argonaut. v. 566 et scholiastes Aristoph. Nub. 266 . . . Lipsius in not. ad lib. I de Cruce c. 4 [in his monumentis] putat tabulam sive lignum navale fuisse.“ Huds. Significare nonnunquam idem quod *ἱστόν*, i. e. malum, dicit Eustath. altero loco supra allato, partem tamen mali esse vult schol. Apoll. l. l. Cum *ἴκριον* in universum sit quodvis lignum erectum (cf. Anecd. Bachm. I p. 261. Suid. s. v.), quid hoc loco speciatim significet pro certo non videtur explorari posse. Attamen hoc non satis causae est cur illud fictum cum Wilamow. l. l. p. 350 sqq. putemus. Nam coniecturae de Th. morte prolatae ex ipso *ἰκρίῳ* partim factae sunt. Primum enim dubitabant utrum Th. in exilio vitam finivisset an in patriam restitutus. Atque hanc quidem discrepantiam natam esse manifestum est ex diversa interpretatione ipsius Th. verborum V 26, 5 *ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν.* Nam qui viginti annos eo tempore praeterisse putabant quo haec Th. scriberet illum in exilio mortuum esse statuebant, qui vero viginti annos usque ad id tempus numerabant quo ex exilio rediisset necessario revocatum eum esse existimabant. Altera autem opinionum differentia ex ipso *ἰκρίῳ* orta est. Qui enim genus mortis eo indicari putabant consentiebant quidem illud calamitosae mortis signum esse, sed utrum sepulcrum eo insignitum pro vacuo habendum esset an pro vero haberi posset controversum erat; alterum qui malebant violenta morte eum perisse existimabant. Qui igitur vacuum sepulcrum significari putabant hi nimirum, ut hoc loco fit, exulem eum mortem obisse et extra patriam humatum esse censebant (cf. Marc. 55); qui vero violentam mortem statuebant, prout verba V 26, 5 interpretabantur, aut in exilio eum interfectum et Athenis sepultum (Plut. Cim. 4) aut, quae fuit Zopyri et Didymi sententia, post reditum (in reditu Paus. I 23, 11) occisum et Athenis humatum esse credebant. Alii vero *ἰκρίῳ* nihil de genere mortis indicari arbitrati Athenis Th. sepultum esse volebant fato sive morbo (Anonym. 9) mortuum, idque, prout V 26, 5 accipiebant, aut in exilio (Marc. 55. Anon. 10; cf. Marc. 45) aut post exilium Athenis (Anon. 10). Cum igitur veterum de Th. morte opiniones maximam partem *ἰκρίῳ* nitantur, illud exstitisse necesse est. An credamus fictum id esse ut inde alia fingerentur? Et si fictum esset, quomodo fidem habere potuisset, cum etiam Plutarchi aetate, ut ex loco supra allato apparet, Th. sepulcrum inter monumenta Cimonia conspiceretur? De similibus sepulcrorum symbolis cf. Anthol. Pal. epigr. sepulcr. 423—428. Ad Michaëlis in Diar. archaeol. a. 1872 p. 145. — *τοῦ κενοταφίου . . . εἶναι.* Cum cenotaphia eorum potissimum fuerint qui naufragio perissent (cf. Anth. Pal. l. l. 272—275. 495—497. Eustath. ad ι p. 1614), suspicantur

www.libtool.com.cn

*δὲ τοῦτο γνώρισμα εἶναι ἐπιχώριον καὶ νόμιμον Ἀττικὸν τῶν ἐπὶ τοιαύτῃ δυστυχίᾳ τετελευτηκότων καὶ μὴ ἐν Ἀθήναις ταφέντων. Δίδυμος δ' ἐν Ἀθή-* 32
*ναις ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν· τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι πλὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν μετὰ τὴν ἧτταν*

est *ἴκριον* proprie mortis naufragorum signum fuisse, sed translatum etiam esse ad aliud genus mortis similiter calamitosum. Cf. Grauert. l. l. p. 184. Michaël. l. l. adn. 40. Sed res incerta est, quoniam, ut vidimus, fuerunt qui nihil inde de mortis genere concludendum esse statuerent. — *ἐπὶ τοιαύτῃ δυστυχίᾳ*, scil. *φυγῇ*.

§ 32. *Δίδυμος*. Cf. adn. § 3. — *ἐν Ἀθήναις* hoc loco rerum cohaerentiae repugnat. Nam quod Zopyrus testificari dicitur Th. Athenis mortuum esse non solum contrarium est opinioni in qua infra eundem fuisse comperimus Th. in Thracia obisse, sed ne proximo quidem argumento satis accommodatum est. Ita enim illud comprobatur ut devictis Atheniensibus exules revocatos esse adversariorum opinioni obiciatur. Sed revocatis exulibus nihil aliud efficitur quam simul Th. revocatum neque in exilio mortuum esse; de loco ubi mortuus esset nihil inde concludi poterat. Quid enim impediebat quin Athenas reversus rursus in Thraciam sive ad praedia inspicienda sive alia qualibet de causa se referret ibique supremum diem obiret? Itaque si *ἐν Ἀθήναις* omiseris, recte procedent omnia. Neque tamen ideo omittendum esse censemus. Quanquam enim in hoc sententiarum conexu ab ipso Didymo scriptum esse nequit, tamen a magistelli alienae doctrinae copiam in brevius contrahentis incuria haud alienum videtur auctoris sui sententiae non eam tantum partem initio proponere ad quam posterior explicatio conveniat, sed totam expromere et tanquam praeoccupare. Ponendum vero erat quod hoc loco nimium est infra post vituperationem Zopyri. Nam hoc inter Didymi et Zopyri opiniones interest quod revocatum Th. ille Athenis, hic in Thracia violenta morte perisse putabat. Sed ille hebetis ingenii homo nihil antiquius habuit quam ut primo quolibet loco quid Didymus sentiret eloqueretur. Nullam probabilitatem habet Ritteri commentum, qui l. l. p. 12 *τοῦτο δέ φησι Ζ. ληρεῖν* pro sententia interposita acceptum ad solum *βιαίῳ θανάτῳ ἀποθανεῖν* spectare voluit, quia nisi *φησὶν ἀποθανεῖν* expungitur, quod probabile non est, *τοῦτο* ad sola *βιαίῳ θανάτῳ* referri vix potest. Similiter tamen Class. in praefat. — *βιαίῳ θανάτῳ*. Hoc ex *ἰκρίῳ* Didymus et Zopyrus coniecerunt. — *Ζώπυρον*. „Idem, puto, est hic Zopyrus cum illo [Ptolemaei Philadelphi aequali], cuius meminit Plutarchus in Paral. min. c. 36. Vid. Voss. de Histor. Gr. l. III.“ Huds. „Cf. Meier de Bon. damnat. p. 228.“ G. Dind. Add. Ritt. l. l. — *τοὺς γὰρ . . . μνήμασι* est argumentatio Zopyri. — *πλὴν τῶν Πεισ.* Similiter atque in Patroclidis populiscito (Andoc. I 73) pro exceptione videtur constitutum esse ut rerum ante actarum venia ad eiectos tyrannos ne pertineret. — *μετὰ τὴν ἧτταν . . . Σικελίᾳ*. *Τὴν ἐν Σικελίᾳ* uncis notavit Krueg. Utique haec falsa

www.libtool.com.cn

*τὴν ἐν Σικελίᾳ· ἥκοντα οὖν αὐτὸν ἀποθανεῖν βίᾳ, καὶ τεθῆναι ἐν τοῖς Κιμωνίοις μνήμασι. καὶ καταγινώσκειν εὐήθειαν ἔφη τῶν νομιζόντων αὐτὸν ἐκτὸς μὲν τετελευτηκέναι, ἐπὶ γῆς δὲ τῆς Ἀττικῆς τεθάφθαι. ἢ γὰρ οὐκ ἂν ἐτέθη ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασιν ἢ κλέβδην τεθεὶς οὐκ ἂν ἔτυχεν οὔτε στήλης οὔτε ἐπιγράμματος, ἢ τῷ τάφῳ προσκειμένη τοῦ συγγραφέως μηνύει τοὔνομα. ἀλλὰ δῆλον ὅτι κάθοδος ἐδόθη τοῖς φεύγουσιν, ὡς καὶ Φιλόχορος λέγει*

§ 32. *ἢ γὰρ . . . μνήμασιν ἢ κλέβδην τεθείς* Bekker de coniectura. Vulgo *εἰ γὰρ . . . μνήμασι συλλήβδην τεθείς*. Pro *κλέβδην* tamen fortasse praestat *κρύβδην*. Thucydides simile in re *κρύφα* dixit I 138. Deinde Guelf. *μηνύει τοῦ συγγραφέων*.

esse inde quod Th. non solum de ea re plane tacuit, sed etiam V 26, 5 viginti annos exsulem se fuisse dicit certissimum est. Verba autem a Krueg. deleta si omittimus, clades quae hic dicitur nulla alia esse potest quam ea quam in fine belli urbe oppugnata et dedita Athensienses acceperunt, modo vigesimum annum a Th. non plenum numeratum esse statuamus. Cum enim Amphipolis sub finem anni 424 a. Ch. capta sit, quae causa fuit exilii Th., eius reditus in a. 404 incidit. Cuius anni vere cum ex pace cum Lysandro facta exulibus reditus concessus sit (Xen. Hist. Gr. II 2, 23), ex ea condicione Th. redisse censendus est. Nam quod Paus. I 23, 11 Th. Oenobii cuiusdam rogatione revocatum esse memoravit, hoc non ita intellegendum est quasi ad unum Th. haec rogatio pertinuerit, sed ut populiscitum quo ex pacis condicione exulibus reditus concessus est ab Oenobio rogatum esse statuamus. Nihilominus *τὴν ἐν Σ.* non cum Kruegero delendum esse putamus, sed socordi epitomatoris inscitiae hoc additamentum tribuimus, praesertim cum idem in hac parte alia neglegenter et inscite reddiderit. Cf. quae de tota re fusius disputata sunt in Mus. Rhen. XXXIX p. 458 sqq. Fide caret causa revocationis quam affert Plin. H. N. VII 31, 11 Thucydidem imperatorem Athenienses in exilium egere, rerum conditorem revocavere, eloquentiam mirati cuius virtutem damnaverant. — *ἥκοντα*, post reditum. — *Κιμωνίοις μνήμασι.* Cf. 17. — *καὶ καταγινώσκειν κ. τ. λ.* Exposito Zopyri argumento usque ad § 34 suis verbis pergentem Didymum Marcellinus inducit, id quod inserto *ἔφη* significatum est, ita ut a verbis *ἢ γὰρ οὐκ ἂν ἐτέθη* transitus in orationem rectam fiat. Nam ipsum Marcellinum ex sua rerum notitia Philochorum Demetrium Zopyrum Cratippum Timaeum testes citare prorsus incredibile est. — *ἐκτὸς μὲν τετελευτηκέναι.* Haec manca sunt. Nam quae sequitur causa non ad omnes extra patriam mortuos pertinet, sed ad eos qui proditionis damnati erant, quos in Attica sepelire non licebat (cf. Thuc. I 138, 6. Lyc. in Leocr. 113. 115. Xen. Hist. Gr. I 7, 22. Marc. 55). Itaque hoc quoque loco epitomantis socordiam atque incuriam agnoscimus. Plenum erat *ἐκτὸς μὲν ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντα τετελευτηκέναι.* — *μνήμασι.* Cf. § 17. — *Φιλό-*

www.libtool.com.cn

καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς ἄρχουσιν. ἐγὼ δὲ Ζώπυρον 33
ληρεῖν νομίζω λέγοντα τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ τετελευτη-
κέναι, κἂν ἀληθεύειν νομίζῃ Κράτιππος αὐτόν. τὸ
σφάλλονται γὰρ οἱ λέγοντες μὴ Θουκυδίδου εἶναι
10 τὴν ὀγδόην, ἀλλ' ἑτέρου συγγραφέως. τελευτήσας
δὲ Ἀθήνησιν ἐτάφη πλησίον τῶν Μελιτίδων πυλῶν

§ 10. Vulgo et Pal. δ' ἐν Ἀθήνησιν; non prorsus quidem

§ 7. *ὡς Σύβαριν.* Contra leges Attici sermonis ὡς positum est pro meliore ἐς. „Alterum ὡς delendum censet Bergkius de rel. com. Att. p. 55.“ Westerm. At si prius ὡς putatur coniunctio, non recte Σύβαριν legitur pro ἐς Σύβαριν. — *ἐξοστρακίζεται ἔτη δέκα.* Immo φεύγει ἔτη εἴκοσι προδοσίας κριθείς. Cf. Marc. 23 et ibi adn. Rosch. l. d. p. 99. — *ἐν Αἰγίνῃ.* At cf. adn. ad Marc. 24. — *κἀκεῖ ... συντάξασθαι.* At vid. Marc. 46 et ibi adn. — *ἅπαντας ... ἀναστάτους ἐποίησε.* Impudenter verbis exaggeravit a Marcell. 24 dicta. Ceterum cf. ibi adn.

§ 8. *μετὰ τὴν ἱστορίαν ... τὸ προοίμιον.* „Idem etiam a Dion. Hal. et quibusdam aliis factum est.“ Huds. At de Thucydide demonstrari non potest. Cf. adn. I 1, 1. — *τῆς Δήλου καθάρσεως* I 8. — *περὶ τὸ ἕβδομον ἔτος.* Sexti anni hieme. Vid. III 104. Cf. Clariss. p. 29. — *Εὐθύνου.* „Εὐθυδήμου Dodwell. in Annalib. Thucyd. ann. VI belli Pelop. In Thuc. VII 69 idem nomen corruptum erat in Εὔδημος.“ Huds. Εὐθύδημον legit etiam Clint. Fast. Hell. ad a. 426 ex Diod. XII 58, 1 et Athen. V. p. 218b, ubi Εὔθυνον vocari a schol. Lucian. Tim. 30 adnotat Krueg. Cf. etiam Rank. de Aristophan. vit. p. CCCXLVII. „Ephem. litt. Hal. 1838 p. 358 et Act. soc. Gr. II p. 435.“ Westerm. — *ἐς τὴν ... πολέμου.* I 18.

§ 9. *ἀπέθανε νόσῳ.* Aliter Marc. 32, ubi cf. adn. — *σφάλλονται ... ἑτέρου συγ-*

www.libtool.com.cn

*ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς ὃ προσαγορεύεται Κοίλη, εἴτε αὐτὸς ἐπανελθὼν Ἀθήναζε ἐκ τῆς φυγῆς τοῦ ὁρισθέντος χρόνου πληρωθέντος καὶ τελευτήσας ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι, εἴτε μετακομισθέντων αὐτοῦ τῶν ὀστέων ἀπὸ Θρᾴκης ἐκεῖ καταστρέψαντος τὸν βίον· λέγεται γὰρ ἐπ' ἀμφότερα. καὶ στήλη τις ἀνέστηκεν ἐν τῇ Κοίλῃ τοῦτο ἔχουσα τὸ ἐπίγραμμα·*

*ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ ΟΛΟΡΟΥ ΑΛΙΜΟΥΣΙΟΣ*
*ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ.*

contra leges sermonis (cf. Matth. Gr. § 258), sed sine praepositione *Ἀθήνησι* etiam § 6.

*Ἁλιμ.* libri. Cf. ad. § 16.

*γραφέως.* Cf. Marc. 43 et ibi adn.

§ 10. *Μελιτίδων πυλῶν ... Κοίλη.* Cf. Marc. 17 et ibi adn. — *εἴτε ... αὐτὸς ... πατρίδι.* Cf. Marc. 32. — *εἴτε μετακομισθέντων ... βίον.* Cf. Marc. 31 et ibi adn. — *ὀστέων.* Forma soluta in genetivo pluralis videtur ferenda. Tragici certe ita dicere non dubitant (Soph. Trach. 769. Eur. Med. 1200 al.). In vulgari dialecto etiam alii casus vocis *ὀστοῦν* interdum non contrahuntur. — *ἐπ' ἀμφότερα.* Cf. adn. ad Thuc. I 83, 3. — *στήλη.* Cf. Marc. 16. 55.

www.libtool.com.cn

# Thucydidis historiae emendandae et illustrandae fontes et subsidia.

## De codicibus Thucydidis collatis.

Thucydidis libri mss. adhuc collati hi sunt.

### I) Ante editionem Dukeri inspecti.

1) Basileensis sive Camerarianus in hoc exemplo Bas. (apud Bekk. G.)
2) Codex vetus Henr. Stephani — — — cod. Steph.
3) Arundelianus — — — Ar. (apud Bekk. L.)
4) Collegii Corporis Christi Oxon. — — — Chr. ( — — O.)
5) Baroccianus, qui contiones tantum habet, — — — Bar. ( — — M.)
6) Clarendonianus — — — Cl. ( — — N.)
7) Graevianus — — — Gr. ( — — K.)

Ex his 1 et 2 a Camerario et Henr. Stephano, 3—7 ab Hudsone aut in usum Hudsonis inspecti sunt, sed 7 Dukerus multo diligentius excussit. Clarendoniani libros VI—VIII Arnoldus iterum contulit, totus in Popponis usum denuo comparatus est a Bloomfieldio.

### II) A Dukeri aetate usque ad editionem Gailii collati.

8) Regius Parisinus in hoc exemplo Reg. (apud Bekk. g.)
9) Casselanus — — — Cass. ( — — H.)
10) Danicus s. Hafniensis — — — Dan. ( — — P.)
11) Augustanus — — — Aug. ( — — F.)
12) Mosquensis — — — Mosq. ( — — Q.)
13) Vindobonensis — — — Vind. ( — — I.)

Ex his 8. 9. 10 a Dukero aut in usum Dukeri, 11 et 12 ad librum a Gottlebero editum, 13 ad Alterianum sive exempla Vindobonensia comparati sunt. Augustanum denuo consuluit Bekker, Casselanum et Mosquensem Hofmannus. De Reg. cf. infra III.

### III) A Gailio collati.

14) Parisinus A., qui finitur lib. I cap. 40, in hoc exemplo A. (apud Bekk. a.)
15) — B. — — — B. ( — — b.)
16) — C. — — — C. ( — — c.)
17) — D. — — — D. ( — — d.)
18) — E. — — — E. ( — — e.)
19) — F. — — — F. ( — — f.)
— G., qui a Reg. (cf. supra II) non differt, — — — G. ( — — g.)

www.libtool.com.cn

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 20) | Parisinus H., qui finitur l. VII c. 49, | in hoc exemplo | H. | (apud Bekk. h.) |
| 21) | — I. | — — — | I. | ( — — i.) |
| 22) | — K. | — — — | K. | ( — — k.) |

### IV) A Bekkero collati.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 23) | Italus nunc Parisinae bibliothecae illatus (cf. R. Prinz. in Annal. phil. a. 1869 p. 759) | in hoc exemplo | It. | (apud Bekk. A.) |
| 24) | Vaticanus | — — — | Vat. | ( — — B.) |
| 25) | Laurentianus | — — — | Laur. | ( — — C.) |
| 26) | Marcianus | — — — | Marc. | ( — — D.) |
| 27) | Palatinus | — — — | Pal. | ( — — E.) |

Vaticanum in Classeni usum denuo contulit Petersenus, eiusdem l. I et II Schoeneus. Marciani solum l. VII Bekk. contulit, in Th. editione Laurentiano usus est I 15—II 103. VIII 1—31, eiusdem lectionum supplementa, sed solito minus accurata dedit in Relat. menstr. acad. Berol. a. 1855 p. 470—480. Praeterea eiusdem codicis l. III et IV collatus est in usum Arnoldi, l. I et II scripturas denuo cum cura excerpsit Schoen. De 26 cf. etiam infra VI. Palatinus iam ante pro nobis a Frommelio inspectus erat, post Bekkerum eum denuo contulit Morstadtius.

### V) In Popponis usum comparati.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 28) | Lugdunensis | in hoc exemplo | Lugd. | |
| 29) | Monacensis m. | — — — | m. | (apud Bekk. G.) |
| 30) | — b. | — — — | b. | |
| 31) | Cantabrigiensis | — — — | Cant. | (T.) |

Ex his 29 iterum collatus est a Bekkero. Codicis 30 recentissimi exiguam tantum partem (I 1—77) in Popponis usum inspexit Goeller. Ex Cantabrigiensi integro excerpta ad eundem misit Bloomfieldius, eiusdem librum IV totum consuluit Arnoldus, apud quem vocatur T.

### VI) Ab Arnoldo comparati.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 32) | Venetus V. | in hoc exemplo | Ven. |
| 33) | — W. | — — — | W. |
| 34) | — X, qui non videtur differre a Marciano Bekkeri, | — — — | X. |
| 34) | — Y. | — — — | Y. |
| 35) | — Z. | — — — | Z. |
| 36) | Taurinensis | — — — | Taurin. |
| 37) | Parmensis | — — — | Parm. |
| 38) | Bodleianus 47 | — — — | 47. |
| 39) | — 48 | — — — | 48. |
| 40) | Severnianus α′ | — — — | α′. |
| 41) | — β′ | — — — | β′. |

Ex his singulorum praeter Ven. V et X exiguae partes vel pauci loci sunt comparati. Veneti scripturae exempla quaedam iam olim dederat Zanettius. Exigui pretii est scripturae discrepantia adnotata in marg. ed. Steph., in marg. Flor. Vinar., a Tusano et Victorio. Vix commemoratione dignus est Monacensis s. paucissima capita Thucydidis continens a Goellero in Popponis usum consulta.

www.libtool.com.cn 

VII) a Iulio Eggelingio collatus

42) codex musei Britannici M., quem Stahlius editioni Tauchnitzianae adhibuit.

Eiusdem cod. l. VIII contulit Herwerdenus. Vide eius stud. Thuc. p. VI sqq.

Codices Thucydideos quanquam omnes ex uno eodemque tanquam fonte manasse vitiorum et additamentorum communio ostendit[1]), tamen non ea est eorum ratio ut omnes eorum diversitates ad paucorum librorum unde reliqui derivati sint discrepantiam revocare possimus. Nam Parisinus quidem H. ex Vaticano et Cantabrigiensis ex Casselano videtur descriptus esse, sed ex reliquis nullus est cuius originem eodem modo indagare liceat. Attamen Bekkero assentiendum est vetustate et bonitate ceteris praestare Italum Vaticanum Laurentianum Palatinum Augustanum. Ab his vetustate quidem vix superatur codex musei Britannici, sed contaminatam quandam memoriam praebet partim cum bonis partim cum deterioribus libris consentientem. Sed ne deteriores quidem libri solis vitiis ab optimis differunt; inveniuntur loci ubi veram scripturam in optimis libris corruptam unus vel complures eorum praebeant. Cf. sd. I 12, 2. 36, 3. 74, 1. 75, 1. 99, 1. 133. 136, 4. 137, 3. III 12, 3. IV 19, 2. V 70. 102. VI 34, 4. 50, 4. 78, 1. VII 29, 5. 68, 1. VIII 66, 3. 82, 1. 92, 9. Atque inter ipsos optimos libros nullus est qui ab interpolationibus vacuus sit. Praestantissimum omnium Vaticanum esse Bekker existimavit, cuius iudicium, quamvis recentiore tempore a compluribus impugnatum sit, etiam nunc comprobandum esse putamus[2]). Hic autem liber non totus ex uno eodemque fonte derivatus est. Nam cum usque ad VI 94[3]) cum reliquis libris optimae

---

1) Quae nostris codicibus omnibus subest operis Thucydidei memoria, eam ex uno eodemque exemplo tanquam fonte fluxisse etiam inde videtur apparere quod Dionysius Halicarnassensis, qui antiquissimus verborum Th. est testis, aliquot locis scriptoris orationem aliter conformatam legit atque in nostris libris mss. invenitur. Nam, quod plurimi ignorare solent, quae apud eum afferuntur ipsa Thucydidis verba plerumque quidem ab eius librariis correcta sunt ex libris Thucydideis iisque non optimis, sed interdum ex eius circumlocutione vel vituperatione verborum Thucydidis quid ipse legerit certo cognosci potest. Cf. igitur sd. I 120, 2. adn. I 144, 2. III 82, 3. 6. IV 78, 2. sd. V 86. adn. VIII 64, 5.

2) Qui de Vaticani auctoritate detrahere student non debebant locos afferre quibus huius scripturae etiam in aliis libris (scil. praeter ipsum et Paris. H.) inveniuntur, nec sufficiebat ostendisse aliquot locis eum interpolatum esse, sed necesse erat demonstrare magis et frequentius quam reliquos bonos libros eum correcturis aut calami vitiis infectum esse. Nam Vaticani auctoritas ex horum fide metienda est. Rem minime absolvit qui nuper data opera satis obiter et imprudenter de ea disputavit Eggertus — de Vat. cod. Thucydidei auctoritate (dissert. Berol. a. 1882). Qui multis locis Vaticano fidem non denegavisset, si editorum sententias omnes satis cognovisset et diligenter examinasset aut ipse scriptoris verba subtilius interpretari didicisset.

3) Probabiliter Wilamowitzius in Curis Thuc. (ind. lect. Goetting. 1885) p. 3—8 suspicatus est hinc incepisse decimum librum eius recensionis in qua opus Thucydideum in tredecim libros divisum erat (cf. Marc. 58 schol. IV 135, 2) et ipsam postremam codicis Vaticani partem ex eiusmodi exemplo repetitam esse.

 www.libtool.com.cn

notae ita consentiat ut ad eandem cum illis quam nunc dicere solent recensionem pertineat, in reliqua parte multis locis ita ab iisdem dissentit ut ex diverso exemplo hic eum descriptum esse manifestum sit. Atque in hac parte etiam pluris aestimandus est quam in anteriore, cum nonnullis quidem locis manifesto interpolatus sit, sed multo pluribus veram scripturam solus (nam Parisinus H. totus ab eo pendet) servaverit[1]). Praeter Vaticanum imprimis ratio habenda est libri Laurentiani. Is enim quanquam ex eodem atque reliqui archetypo primam originem duxit, tamen propriam quandam verborum Thucydidis memoriam praebet partim vitiatam atque interpolatam partim veram ac rectam. Hoc autem modo cum usque ad VI 94 a Vaticano perinde atque a reliquis libris optimae notae differat, inde ab hoc loco pariter quidem reliquis discrepat, sed ita ut cum his aequo fere intervallo a Vaticano distet. Laurentiani simillimus est Monacensis m., quanquam ex eo descriptus esse nequit (cf. sd. I 39, 3. VIII 27, 3. 66, 3. 86, 9, quibus locis hic plura verba quam ille habet). Itaque in constituendis Th. verbis non unus liber pro fundamento esse debet, sed potior quaedam Vaticani, praesertim in extrema parte, ratio ita est habenda ut eius scripturae cum reliquorum librorum, imprimis Laurentiani, lectionibus conferantur et ita recipiantur si reliquarum nulla meliorem aut subtiliorem sententiam praebeat.

## De libris editis, interpretationibus, aliis scriptis Thucydidem illustrantibus.

### I) Exempla edita adhuc utilia.

#### *A. Aetas prima sive veteres editiones non alium nisi criticum usum habentes.*

Prima Thucydidis historiae exempla typis impressa sunt Aldina primum a. 1502 emissa. Sequuntur Florentina a. 1506 et 1526. Deinde a Camerario curata est editio Basileensis sive Hervagiana a. 1540 cum schol. Graec. et adn. Camer., quam excepit Henr. Stephani prior a. 1564, cui primae addita est interpretatio Latina Laur. Vallae a. 1452 facta. Omittimus solarum contionum editiones, velut Vascosanam.

#### *B. Aetas secunda ab Henr. Stephani ed. 2 usque ad Dukerum.*

Aetas secunda incipit a Stephani editione secunda a. 1588 curata, a qua orta est vulgata, quam usque ad Bekkerum editores secuti sunt, et complectitur praeterea Wechelianam a. 1594, cui interpretationem suam Latinam addidit Aemilius Portus, et Hudsonianam a. 1696.

#### *C. Aetas tertia a Dukero ad Bekkerum.*

*Θουκυδίδου . . . βιβλία ὀκτώ. Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri octo cum adnotationibus integris Henr. Stephani et Ioh. Hudsoni. Recensuit et notas suas addidit Ioseph. Wasse. Editionem curavit suasque animadversiones adiecit Car. Andr. Dukerus . . . Amstelaedami* 1731. fol. Haec editio repetita est Glasguae 1758 sq. et minus commode Biponti 1788 sq. VI vol. 8.

---

1) Maxime memorabile est quod VIII 64, 5, cum genuinam scripturam Dionysius servaverit, interpolatam reliqui libri mss. praebeant, Vat. partim genuinam partim interpolatam habet.

www.libtool.com.cn



*Θουκυδίδου ... βιβλία ὀκτώ. Thucydidis Olori filii de bello Pelop. libri octo. Ad editionem Car. Andr. Dukeri cum omnibus auctariis recussi. Accesserunt variae lectiones duorum codicum, animadversiones Ioh. Christoph. Gottleberi ... Coeptum opus perfecit, suas notas adiecit ... Car. Lud. Bauerus. Lipsiae* vol. I 1790, vol. II cur. Beck. 1804. 4.

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo Graece ad editionem Dukeri expressi. Viennae* 1785. II vol. 8. (Hic liber, praeterquam quod codicis Vind. scripturae discrepantia eo continetur, nullius est pretii).

Inter hanc editionem et eam quae deinde sequitur prodiit Elmsleiana Edinb. 1804. VI vol. 8.

*Θουκυδίδου τοῦ Ὀλόρου περὶ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου βιβλία ὀκτώ· μεταφρασθέντα, σχολιασθέντα τε καὶ ἐκδοθέντα τύποις παρὰ Νεοφύτου Δούκα ... εἰς τόμους δέκα. Ἐν Βιέννῃ.* 1805. 8.

*Histoire Grecque de Thucydide, accompagnée de la version Latine, de variantes des treize* (immo *de dix*) *manuscripts de la bibliothèque impériale, d'observations historiques, littéraires et critiques ... par. J. B. Gail. ... Paris* 1807. X vol. 8.

*Thucydidis historia Gr. et Lat., cum scholiis Graecis et virorum doctorum animadv. ad edit. Gottleberi et Baueri. Acc. commentarius T. F. Benedicti et observ. criticae E. F. Popponis. Lond.* 1819. IV vol. 8.

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo. Ad optimorum codicum fidem ... recensuit, summariis et notis illustravit ... Christoph. Frid. Ferd. Haackius ... Lipsiae* 1820. II vol. 8. (Hic liber altera eiusdem Haackii editione, de qua vid. infra, et Graecis a Bekkero emendatis maxima ex parte inutilis est factus.)

Praetermisimus exempla quibus Graeca aut sola aut paene sola continentur, Bredenkampii (Brem. 1791. II vol. 8), Seebodii (Lips. 1814. II vol. 8), Schaeferi (Lips. 1815. II vol. 16).

### *D. Aetas quarta a Bekkeri editione prima incipiens.*

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo ex recensione Immanuelis Bekkeri. Accedunt scholia Graeca et Dukeri Wassiique annotationes. Berolini* 1821. III vol. 8. (Oxonii IV vol. cum interpr. Lat.)

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo. De arte huius scriptoris historica exposuit; eius vitas a veteribus grammaticis conscriptas addidit; codicum rationem atque auctoritatem examinavit; Graeca ex iis emendavit; scripturae diversitates omnes, commentarios rerum geographicarum, scholia Graeca et adnotationes cum Dukeri omnes atque aliorum selectas tum suas, denique indices rerum et verborum locupletissimos subiecit Ern. Frid. Poppo. Lipsiae* 1821—1840. P. I vol. I. II prolegomena. P. II vol. I—IV contextus verborum cum scholiis et scripturae discrepantiis. P. III vol. I—IV commentarii. P. IV supplementa et indices.

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo. Ad optimorum librorum fidem ... recensuit ... et adnotatione perpetua illustravit Franc. Goeller.* Ed. I *Lips.* 1826. Ed. II 1836. II vol. 8.

*The history of the Peloponnesian war by Thucydides. A new recension of the text, though almost always coinciding with one or other of the texts of Bekker, Goeller and Poppo ... accompanied with notes ... by S. T. Bloomfield. Lond.* 1830. III vols. 8.

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo ad optimorum librorum fidem editi cum varietate lectionis et editorum adnotationibus. Pars*

www.libtool.com.cn

*I contextum verborum . . ., varietatem lectionis, summaria Haackiana et Dukeri indices rerum et verborum adauctos complectens. Curante Rob. Ad. Morstadtio. Francof. a. M.* 1830—1834. II vol. *Pars II vitas Thucydidis a vett. gramm. conscriptas, adnotationes Dukeri integras, aliorum selectas . . . Dukeri indicem notarum locupletissime auctum complectens. Vol. I curante Georgio Gervino.* 1830. *Vol. II curantibus G. Gervino et C. F. Hertlein.* 1835. 8.

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo. Recognovit et cum brevi annotatione . . . in usum iuvenum studiosorum accurate edidit Christoph. Frid. Ferd. Haacke. Lips.* 1831. 8.

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo. Iterum recensuit Immanuel Bekker. Edit. stereotyp. Berol.* 1832. 1846. 1868. 8.

**Θουκυδίδης.** *The history of the Peloponnesian war by Thucydides. The text according to Bekker's edition, with some alterations. Illustrated by maps . . . with notes . . . by Thomas Arnold Oxford.* 1830—1835. III vols. 8. Hic liber prodiit deinde aliquotiens. Septima editio emissa est a. 1868.

**Θουκυδίδου . . . βιβλία ὀκτώ.** *Histoire de la guerre du Peloponnèse, par Thucydide. Traduction française, par Ambr. Firmin Didot. Avec des observations, par M. de Brassy et Ambr. Firmin Didot. Paris* 1833. IV vol. 8.

**Θουκυδίδης.** *Thucydidis historia belli Pelop. cum nova translatione Latina F. Haasii* (rectius cum Aem. Porti translatione emendata a F. Haasio). *Accedunt Marcellini vita, scholia Graeca emendatius expressa et indices nominum et rerum. Paris* 1840. 4.

**Θουκυδίδης.** *Thucydidis de bello Pelop. libri octo. E codicibus recognovit, annotatione instruxit, scholia Graeca adiecit Karolus Hofmanus Hassus.* Vol. I *Mosquae* 1840, vol. II 1843. 8.

**Θουκυδίδης.** *The history of the Peloponnesian war, by Thucydides. A new recension of the text, with a carefully amended punctuation, and copious notes, critical, philological, and explanatory . . . by the rev. S. T. Bloomfield. Lond.* 1842. II vol. 8.

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo. Ad optimorum librorum fidem editos explanavit Ern. Frid. Poppo.* Vol. I 1843, vol. II 1846, vol. III 1848, vol. IV 1851. *In bibliotheca scriptorum Graecorum Gothana.* 8. Vol. I ed. II *Lipsiae* 1866. Vol. I sect. I ed. III cur. I. M. Stahl. 1885, vol. II ed. II idem 1875, vol. III sect. I 1879, sect. II 1880, vol. IV sect. I 1882, sect. II 1883.

**Θουκυδίδου συγγραφή.** *Mit erklärenden Bemerkungen herausgegeben von K. W. Krueger. Berlin* 1846. II vol. sive IV fasc. 8. Altera editio emissa est a. 1855—61, tertiae editionis fasc. I a. 1860.

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo. Recensuit et explicavit Frider. Henr. Bothe. Lips.* 1848. II vol. 8.

*Thucydidis de bello Pelop. libri octo ed. Boehme Lips.* 1851. Ed. II 1875. II vol. 8.

*Thukydides. Für den Schulgebrauch erklärt von Dr. Gottfr. Böhme. Leipz.* 1856. II vol. 8. Ed. III 1871—75. Vol. I fasc. 1 ed. V *(besorgt von Widmann)* 1882.

*Thukydides erklärt von Classen. Berlin* 1862—76. VIII vol. 8. Vol. I II ed. III 1879. vol. III—VII ed. II 1875—84.

*Thucydidis I by Shilleto. Cambridge* 1872. I vol. 8.

*Thucydidis historia belli Pel. ed. I. M. Stahl. Lips.* 1873 et 1874. II vol. 8.

www.libtool.com.cn 

*Thucydidis libri I et II ex rec. Bekkeri in usum scholarum ed. Schoene. Berolini* 1874. I vol. 8.

*Θουκυδίδου ξυγγραφή. Recogn. et brevi annotatione instruxit Henricus van Herwerden. Traiecti ad Rh.* 1877—82. V vol. 8.

*The fourth book of Th. edited with notes by Graves. London* 1883. I vol. 8.

*Scholiis in codicibus Thucydideis servatis nuper accesserunt brevissima scholia Patmensia, quae Sakkelion edidit* (*Revue de philol.* I p. 184—188).

II) Interpretationes.

Ex his praeter eas quae iam supra nominatae sunt earum tantum mentionem facimus quae aut adnotationibus sunt instructae aut ceteris praestantiores. Hae sunt Germanica Heilmanni (*Thucydides Geschichte des Pelop. Krieges aus dem Griech. übersetzt und mit kritischen Anmerkungen erläutert von Dr. Joh. Dav. Heilmann. Lemg.* 1760, cuius secundae et tertiae editionibus, quae ibid. 1808 et 1824 prodierunt, Bredovii adnotationes, correctiones, supplementa addita sunt), praeter quam etiam Reiskii conversio orationum (*Deutsche Uebersetzung der Reden aus dem Thukydides . . . gefertigt von D. Joh. Jac. Reisken. Leipz.* 1761) propter adnotationes criticas interpretis commemoranda est; deinde hae recentiores: *Thuc. übersetzt und mit Anmerk. von Hieron. Müller.* VII vol. *Prenzl.* 1829 et 1830. 12, *Gesch. des pelop. Kr. Griech. u. Deutsch. mit krit. und erklär. Anmerk.* (God. Boehmii), II vol. *Lips.* 1854 apud Engelm., *übersetzt von J. F. C. Campe*, II vol. *Stuttg.* 1856—1858, 16, *übers. von Wahrmund* IX vol. *Stuttg.* 1865. Ed. II 1883. Accedunt Gallica Levesquii (*Histoire de Thucydide, fils d'Olorus, traduite du Grec par Pierre Charles Levesque. Paris* 1795. IV vol. *Revue, corrigée et annotée par Loiseau. Paris* 1879) et Betantii (qui prius iam 1837 coniunctus cum Rillieto Thucydidem Gallice interpretatus erat) recentior (*Histoire de la guerre du Peloponnèse de Thuc. Traduction nouvelle avec une introduction et des notes. Paris* 1863), item (a nobis non visa) Zevortii cum adnot. hist. biogr.-geogr. 2 vol. *Paris* 1865; Britannica Hobbesii (*The history of the Grecian war written by Thuc. translated by Thom. Hobbes of Malmsbury*, nov. edit. *Lond.* 1823), Bloomfieldii (*The history of Th. newly translated into English and illustrated with very copious annotations by the rev. S. T. Bloomfield. London* 1829 III vol.), *Crawleii* (*Th. history of the Peloponnesian war translated into English by R. Crawley. London* 1874), *Iowetti* (*Th. translated by Iowett. London* 1881); Italica Peyronis. Aug. Taur. 1862. II vol.

III) Lexicon Thucydideum

*confecit E. A. Bétant.* Cum desint ibi particulae et pronomina, Poppo tria supplementa litteras α—ε complectentia edidit Francof. ad Viadr. 1845. 1847. 1854. Eodem pertinent Golischii et aliorum commentationes de praepositionum apud Th. usu infra IV 4 commemoratae.

IV) Scripta Thucydidis res et historiam illustrantia[1]).

1) *Scripta de Thucydidis vita et ingenio.*

*Wigand Ueber das religiöse Princip in der geschichtl. Darstellung des Th. Berlin* 1829.

1) Omisimus quae nullius aut minimi pretii esse viderentur.

 www.libtool.com.cn

*Krüger* *Untersuchungen über das Leben des Th. Berlin* 1832. *Kritische Analekten* I.
— *Epikritischer Nachtrag zum Leben des Th.* 1839. *Krit. Anal.* I.
— *Thucydideische Studien Abtheil.* I II 1851.
*Heinicke* *Anthropologica Th. maximam partem psychologica.* I II *Rastenburg* 1834. 1841.
*Lindemann* *Zur Beurtheilung des Th. vom religiös-sittlichen Standpunkte aus. Conitz* 1837.
*Wuttke* *De Th. scriptore belli Pelop.* I II *Vratisl.* 1839. 1840.
*Roscher* *Leben, Werk und Zeitalter des Th. Göttingen* 1842.
*Klossmann* *Zur Charakteristik des Th. Breslau* 1847.
*Klix* *Th. und die Volksreligion. Züllichau* 1854.
*Steinhausen* *De Th. ratione theologica et philosophica. Monast.* 1854.
*Bockshammer* *Die sittlich-religiöse Weltanschauung des Th. Tübingen* 1862.
*Petersen* *De vita Th. disputatio. Dorpati Livonorum* 1873.
*von Wilamowitz-Moellendorff* *Die Thukydideslegende. Hermes* XII.
*Hirzel* *Die Thukydideslegende. Herm.* XIII.
*R. Schoell* *Zur Thukydides-Biographie. Herm.* XIII.
*O. Gilbert* *Zur Thukydideslegende. Philol.* XXXVIII.
*Praeterea de morte et reditu Th. speciatim disputavit Stahl in comment. indici lect. Monast.* 1875 *praemissa, quacum cf. Mus. Rhen.* XXXIX p. 458 sqq.

*De Marcellini vita Th. egerunt*

*Grauert* *De vita Marcellini. Mus. Rhen.* I.
*Sauppe* *Epistola critica* II *in act. societatis Graecae* II.
*Schumann* *De Marcellini quae dicitur vita Th. Colmar* 1879.

2) *Scripta de Thucydidis arte et opere eiusque compositione.*

*Ullrich* *Beiträge zur Erklärung des Th. Hamburg* 1846.
*Osann* *Ueber die Eintheilung des Geschichtswerkes des Th. in einzelne Bücher. Philol.* IX.
*Poppo* *De historia Thucydidea commentatio. Lips.* 1856.
*Girard* *Essai sur Th. Paris* 1860. Ed. II 1884.
*Κυπριανός* *Περὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Θ. Φιλίστωρ* 1862.
*Bekker* *De sophisticarum artium vestigiis apud Th. Berol.* 1864.
*Steup* *Quaestiones Thucydideae. Bonnae* 1868.
*Gast* *De Th. oratione. Grimma* 1870.
*Welti* *Ueber die Abfassungszeit des Thukydideischen Geschichtswerks. Winterthur* 1870.
*Grosser* *Ueber eine muthmasslich verlorene Thukydides-epitome. Jahrb. für Phil.* 1872.
*Woelfflin* *Antiochus von Syrakus und Coelius Antipater. Winterthur* 1872.
*Breitenbach* *Ueber die Abfassungszeit des Thukydideischen Geschichtswerks. Jahrb. für Phil.* 1873.
*Ćwikliński* *Quaestiones de tempore quo Th. priorem historiae suae partem composuerit. Berlin* 1873.
— *Ueber die Entstehungsweise des zweiten Theils der Thukydideischen Geschichte. Hermes* XII.
*Dietrich* *Quaestiones Thucydidiae. Halis* 1873.
*Lemcke* *Hat Th. das Werk des Herodot gekannt? Stettin* 1873.
*Leske* *Ueber die verschiedene Abfassungszeit der Theile der Thukydideischen Geschichte. Liegnitz* 1875.

www.libtool.com.cn


*Zimmermann* *Quaestiones de tempore quo historiarum libri a Th. compositi quoque editi sint.* *Halis* 1875.
*Helmbold* *Ueber die successive Entstehung des Thucydideischen Geschichtswerkes.* I *Colmar* 1876. II *Mühlhausen i/E.* 1882.
*Köhler* *Ueber die Archäologie des Th. Comment. in honorem Mommseni.*
*Struve* *De compositi operis Th. temporibus.* *Halis* 1878.
*Vollheim* *Zur Entstehungsgeschichte des Thukydideischen Geschichtswerkes.* *Eisleben* 1878.
*Wichmann* *Dionysii Hal. de Th. iudicia componuntur et examinantur.* *Halis* 1878.
*Welzhofer* *Th. und sein Geschichtswerk.* *München* 1878.
*Kiel* *Quo tempore Th. priorem operis sui partem composuerit.* *Goetting.* 1880.
*G. Meyer* *Quibus temporibus Th. historiae suae partes scripserit.* *Jena* 1880.

*De orationibus specialiter disputaverunt*

*Pfau* *Meditationes criticae de orationibus Thucydideis.* *Quedlinb. et Lips.* 1836.
*Vischer* *Ueber das Historische in den Reden des Th.* *Schweiz. Mus.* III. *Kl. Schrift.* 1.
*Langreuter* *Num orationes Thucydideae revera habitae sint an ex ipsa scriptoris mente emanaverint quaeritur.* *Cell.* 1853.
*Tiesler* *Ueber die Reden des Th.* *Posen* 1854.
*W. Herbst* *Ueber Thukyd.* I 22, 1 *in Progr.* *Magdeburg.* 1869.
*Uhrig* *De contionibus Thucydideis.* *Darmst.* 1869.
*Hüppe* *De orationibus operi Th. insertis.* *Gr. Strehlitz* 1874.
*Michaëler* *Ueber die Reden im Geschichtswerke des Th.* *Botzen* 1874.
*Roesener* *De orationibus operi Thucydidio insertis.* *Greiffenberg* 1874.
*Junghahn* *Die Reden bei Th.* *Jahrb. für Phil.* 1875.
— *Nochmals die Reden bei Th.* *Ibid.* 1878.
*Drefke* *De orationibus quae in priore parte historiae Thucydideae insunt et directis et indirectis.* *Halis* 1877.
*Sörgel* *Die Reden bei Th.* *Jahrb. für Phil.* 1878.
*Cammerer* *De orationibus directis operi Thucydideo insertis.* *Burghaus.* 1881.
*Jebb* *Die Reden des Th. Uebers. von Imelmann.* *Berlin* 1883.

*De octavo libro specialiter disputaverunt*

*Jerzykowsky* *Diss. qua octavo historiae Thucydideae libro extremam manum non accessisse demonstratur.* *Vratisl.* 1842.
*Mewes* *Untersuchungen über das achte Buch der Thukydideischen Geschichte.* *Brandenburg* 1868.
*Hellwig* *De Thucydidei operis libri* VIII *indole ac natura.* *Halis* 1876.
*Fellner* *Forschung und Darstellungsweise des Th. gezeigt an einer Kritik des achten Buches.* *Wien* 1880.
*Cüppers* *De octavo Th. libro non perpolito.* *Monasterii* 1884.

*De pactis operi Thucydideo insertis specialiter disputaverunt*

*Kirchhoff* *Ueber die von Th. benutzten Urkunden.* *Monatsberichte der Berl. Akad.* 1880. 1882. 1883. 1884.
*Steup* *Thukydideische Studien.* *Freiburg u. Tübingen* 1881.
*Kiel* *Der Waffenstillstand des J.* 423 *v. Ch.* *Jahrb. für Phil.* 1881.

www.libtool.com.cn

3) *Scripta critica et exegetica.*

*Baueri Exerc. de lectione Thuc. optima interpretandi disciplina Lips.* 1753.
— *Philologia Thucydideo-Paulina Hal.* 1773.
*Abreschii Dilucidationes Thucydideae. Traiecti ad Rh.* 1755.
— *Dilucidationum Thucydidearum auctarium (adiectum Animadversionum ad Aeschylum libro tertio) Zwollae* 1763.
*Kistemaker Th. editionis Bipont. illustratus ac emendatus. Monast.* 1791.
*Benedict Commentarii critici in Th. octo libros. Lips.* 1815.
*Poppo Observationes criticae in Th. Lipsiae* 1815.
*Krueger Dionysii Hal. historiographica. Hal.* 1823.
*Schoemann Observationes in Th. locos quosdam difficiliores. Gryphisw.* 1824.
*Blume Animadversiones ad Popponis de locis quibusdam Th. iudicia. Stralsund* 1825.
*Osiander Observationum in Th. fasc.* I II III. *Stuttg.* 1827. 1828. 1829.
*Burges Poppo's Prolegomena on the peculiarities of Thucydidean phraseology translated, abridged and criticized. Cambridge* 1837.
*Krohl Quaestionum Thucydidearum specimen* I. *Rigae* 1840.
*Haase Lucubrationes Thucydidiae. Berolini* 1841.
— *Lucubrationum Thuc. mantissa. Vratisl.* 1857.
*Campe Observationum criticarum ad Th. part.* I. *Neu-Ruppin* 1842.
— *Quaestiones Thucydideae. Greiffenberg.* 1857.
*Kaempf Quaestionum Thucydidearum part.* I II III. *Neu-Ruppin* 1843. 1851. 1855.
*Seidenstücker Commentatio de nonnullis Th. locis difficilioribus. Soest* 1848.
*Jerzykowsky Commentatio de quinque locis historiae Thucydideae. Ostrowo* 1850.
*Ullrich Beiträge zur Kritik des Th.* I II III IV *Hamb.* 1850. 1851. 1852. 1862.
*Thomas Studien zu Th.* I II *München* 1852. 1857.
*Golisch Commentatio de locis quibusdam Thucydideis. Suidnicii* 1856.
*Forberg Zur Erklärung des Th.* I II III IV V *Coburg* 1853. 1854. 1855. 1860. 1863.
*Bonitz Beiträge zur Erklärung des Th. Wien* 1854.
*Fickert Th. consulto ambiguus. Vratisl.* 1854.
*Wentzke Quaestiones Thucydideae. Culm* 1854.
*Dietsch Versuch über Th. Leipz.* 1856.
*Driessen De priorum quinque librorum Th. locis aliquot difficilioribus. Monast.* 1856.
*Kueppers Curae criticae in Th. Bonnae* 1856.
*von Velsen Schedae criticae. Bonnae* 1857.
*L. Herbst Ueber Cobets Emendationen im Th. Leipz.* 1857.
— *Zur Kritik des Th. Götting.* 1860.
*Huennekes Quaestiones Thucydideae. Monast.* 1859.
— *Kleine Beiträge zur Erklärung und Kritik des Th. Cleve* 1871.
*Classen Symbolae criticae. Francof. ad Moen.* 1860.
*Niemeyer Beiträge zur Erklärung und Kritik des Th.* I *Anclam* 1860. II *Greifsw.* 1861.
*Weller Symbolae exegeticae et criticae ad Herod. et Th. Meining.* 1860.
*Nattmann De Th. locis aliquot libri* I. *Emmerich* 1861.
*Stahl Bemerkungen zu Th. in Symb. phil. Bonn.*
*van Herwerden Studia Thucydidea. Traiecti ad Rh.* 1869.

www.libtool.com.cn


Badham Adhortatio ad discipulos academiae Sydneiensis. Sydneiae 1869.
Weidner Parerga Dinarchea et Thucydidea. Giessen 1875.
Oerschmann Thucydidea. Giessen. 1876.
Hampke Studien zu Th. Lyck 1876.
Reifferscheid Coniectanea in Th. Vratisl. 1876.
Müller-Strübing Polemische Beiträge zur Kritik des Thukydidestextes. Wien 1879.
Osberger Kritische Bemerkungen zu Th. (in: Festgruss dem Rector des Gymn. zu Nürnb. Dr. Heerwagen dargebracht) Erlangen 1882.
Weidgen Miscella critica (in: Festschrift zu dem 300j. Jubil. des Gymn. zu Koblenz). Koblenz 1882.

Ex libris miscellis qui huc pertinent imprimis commemorandi sunt Dobraei adversaria, Cobeti Variae et Novae lectiones, Madvigii Adversariorum criticorum vol. I. Praeterea de singulis locis interpretandis aut emendandis multi in diariis philologicis exposuerunt, ex quibus potissimum nominandi esse videntur Badham (Mnemos. nov. ser. I. II. III. IV. X), Bergk (Philol. XXII. XXIX. XXX. XXXII. Jahrb. f. Phil. 1878), Cobet (Mnemos. XI. nov. ser. III. VII. VIII. IX), Campe (Philol. VII. XI. Jahrb. f. Phil. 1869), Gebhardt (Jahrb. für Phil. 1864. Blätt. für d. Bayer. Gymn. 1873), Herwerd. (Herm. IV. Mnemos. nov. ser. I. VIII. XI), Linwood (Jahrb. f. Phil. 1862), Meineke Herm. III), Philippi (Rhein. Mus. XXXVI. Jahrb. f. Phil. 1881) Pluygers (Mnemos. XI), Rauchenstein (Phil. XXII. XXXIII. XXXV. XXXVI. XXXVII), Stahl (Rhein. Mus. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XXI. XXII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXXIX. XL. Idem de multis locis fusius disputavit in censuris ed. Classen. Jahrb. für Phil. 1863. 1866. 1868. 1870), Steup (Rhein. Mus. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXXIII), Usener (Rhein. Mus. XXV. Jahrb. f. Phil. 1872), Weil (Revue de phil. II).

4) Scripta ad grammaticam et elocutionem Thucydidis spectantia.

Rumpel De dativo Thucydideo. Regiomont. 1857.
Klouçek Ueber den sogenannten Nominativus absolutus bei Th. und die Substantivirung des Neutr. sing. im Sinne eines abstrakten Substantivs bei Th. I II Leitmeritz 1859. 1860.
Golisch De praepositionum usu Thucydideo. I (ἐς) II (ἐν) III (ἀπό) IV (ἐκ) V (ἀντί, πρό, ἀνά, ξύν, μετά) VI (πρός) Schweidnitz 1859. 61. 65. 70. 77. 83.
Thomaszewski De praepos. κατά in compositis significatione quatenus ex Th. historia cognosci potest. Neostadii 1861.
Braun De collocatione verborum apud Th. observationes. Braunsberg 1862.
Lange De periodorum Thucydidearum structura. I II Vratisl. 1863. 1865.
Klemens Bemerkungen über den Modus in Objectssätzen und über deren Form bei Th. und Xen. Berl. 1865.
Arndt De Th. arte scribendi dissertatio. Magdeb. 1865.
L. Herbst Ueber ἄν beim Futur im Th. Hamburg 1867.
Scheiding De hyperbato Thucydideo. Jauer 1867.
Preibisch De comparativi cum comparata re coniuncti usu Thucydideo. Vratisl. 1869.
Steinberg Beiträge zur Würdigung der Thukydideischen Reden. Berlin 1870.
Stahl Quaestiones grammaticae ad Th. pertinentes. Köln 1872.

www.libtool.com.cn

Forssmann De infinitivi temporum usu Thucydideo. Curtius' Studien VI.
Kuemmell De praep. ἐπί cum casibus coniunctae usu Thucydideo. Bonn 1875.
Widmann De finalium enuntiatorum usu Thucydideo. Götting. 1875.
Reifferscheid Analecta critica et grammatica (p. 11—14). Vratisl. 1877.
Debbert De praep. περί et ἀμφί usu Thucydideo. Königsb. 1880.
Nietzki De Thucydideae elocutionis proprietate quadam. Königsberg 1881.
Hache De participio Thucydideo. I II Löbau 1882. 1883.
Bohlmann De attractionis usu et progressu qualis fuerit in enuntiationibus relativis apud Herod. Antiph. Th. Andoc. Lys. Vratisl. 1882.
Goetz Quaestiones de genetivi usu Thucydideo. Halle 1883.

5) Scripta ad res historicas et chronologicas pertinentia.

Dodwell Annales Thucydidei et Xenophontei. Oxon. 1702. Huius libri ea pars quae ad Th. spectat legitur etiam in Duk. et Gottl. exemplis.
Gatterer Abhandlung von Thracien nach Herodot und Th. aus dem Lat. (quo sermone primum in Comment. reg. societ. Gotting. prodierat) übers. von H. Schlichthorst. Götting. 1800.
Goeller De situ et origine Syracusarum. Lips. 1818.
Kortüm Zur Geschichte Hellenischer Staatsverfassungen hauptsächlich während des Pelop. Krieges. Bruchstück einer historisch-politischen Einleitung in das Studium des Th. Heidelb. 1821.
Kutzen De Pericle Thucydideo. I II Vratisl. 1829. 1831.
Clarisse Specimen historico-literarium inaugurale exhibens ad Thucydideam belli Pelop. epocham annotationem. Lugd. Bat. 1838.
Krueger Commentationes criticae et historicae de Th. historiarum parte postrema subiectae eiusdem Dionysii historiographicorum editioni.
— Ueber die Pentekontaëtie des Th. Hist. phil. Stud. I.
Heis Die Finsternisse des Pelop. Krieges. Köln 1834.
Poppo Syracusarum obsidionis bello Pelop. factae p. I usque ad Demosthenis adventum pertinens. Francof. ad Viadr. 1837.
Vischer Perdiccas II König von Makedonien. Schweiz. Mus. I Kl. Schrift. I.
— Untersuchungen über die Verfassung von Athen in den letzten Jahren des Pelop. Krieges. Basel 1844. Kl. Schr. I.
Ullrich Das megarische Psephisma. Hamb. 1838.
Wattenbach De quadringentorum factione. Berlin 1842.
L. Herbst Die Rückkehr des Alkibiades. Hamb. 1843.
Fütterer De plurimis Th. Herodotique locis in quibus uterque scriptor de iisdem rebus gestis disserit commentatio. Heiligenstadt 1843.
Voemel De quo anni tempore in Attica ἀκμάζοντος τοῦ σίτου dicatur. Francof. ad M. 1846.
— Quo die secundum Th. bellum Pel. inceperit. Ibid. 1846.
— Quo tempore bellum Pel. finitum sit. Ibid. 1851.
Salomo De Th. et Herodoti quaestionum historicarum specimen Berol. 1851.
E. H. O. Mueller De tempore quo bellum Pel. initium ceperit. Marb. 1852.
W. Herbst Zur Geschichte der auswärtigen Politik Spartas. Leipz. 1853.

www.libtool.com.cn


*W. Herbst* *Der Abfall von Mytilene. Köln* 1861.
*Meinhausen* *Ueber die Thucydideische Beschreibung der Belagerung von Syrakus. Mühlhaus.* 1856.
*Sickel* *Beitrag zur Erklärung des Th. Rossleben* 1863.
*Schäfer* *De rerum post bellum Persicum usque ad tricennale foedus in Graecia gestarum temporibus. Lips.* 1865.
*Wallichs* *Th. und Kleon. Flensburg* 1866.
*Tüllmann* *Beitrag zur Würdigung Kleons. Ploen.* 1867.
*Pierson* *Die Thukydideische Darstellung der Pentekontaëtie. Philol.* XXVIII.
*Müller-Strübing* *Aristophanes und die historische Kritik. Leipz.* 1873.
— *Die Strategie des Demosthenes* 418 *v. Chr. Rhein. Mus.* XXXIII.
— *Thukydideische Forschungen. Wien* 1881. (*De hoc libro vanarum hariolationum pleno cf. Stahlii censuram* (*Götting. Gel. Anz.* 1882 p. 77. sqq.) *et Mus. Rhen.* XXXVIII p. 143 sqq.)
— *Das erste Jahr des Pelop. Krieges. Jahrb. für Phil.* 1883.
*Unger* *Zur Zeitrechnung des Th. Sitzungsber. der Akad. der Wiss. zu München* 1875.
— *Der attische Kalender während des Pelop. Krieges. Ibidem.*
— *Zum Kalender des Th. Ibidem* 1878.
— *Das Kriegsjahr des Th. Philol.* XLIII.
*Götz* *Der Hermokopidenprocess. Leipz.* 1876.
*Kirchhoff* *Der Delische Bund im ersten Decennium seines Bestehens. Hermes* XI.
*Schwartz* *Ad Atheniensium rem militarem studia Thucydidea. Kiliae* 1877.
*R. Schoell* *De extraordinariis quibusdam magistratibus Atheniensium. Comment in hon. Momms.*
*Weisweiler* *De causa hermocopidarum. Monast.* 1878.
*Steup* *Herodot* IX 106 *und Th. Rhein. Mus.* XXXV.
*Büdinger* *Kleon bei Th. Wien* 1881.
*Swoboda* *Thukydideische Quellenstudien. Innsbruck* 1881.
*Schmitt* *Quaestiones chronologicae ad Th. pertinentes. Lips.* 1882.
*von Wilamowitz-Moellendorff* *Curae Thucydideae* (*cf. supra*) p. 8 sqq.
*Kubiki* *Das Schaltjahr in der grossen Rechnungs-Urkunde Corp. Inscr.* I Nr. 273. *Ratibor* 1885.

*Praeterea de rerum a Th. narratarum temporibus disputavit*

*A. Mommsen* *Beitr. zur griech. Zeitrechnung* p. 36. 43 sq. *Chronol.* p. 366—386. 394—397. 404—409.

7) *Scripta de scholiis.*

*Goslings* *Observationes ad scholia in Th. Lugd. Bat.* 1874.
*Doberentz* *De scholiis in Th. commentatio. Halis* 1875.
— *De scholiis in Th. quaestiones novae. Magdeb.* 1881.
*Schwabe* *Quaestiones de scholiorum Thucydideorum fontibus. Leipz. Stud.* IV.

8) *De Th. imaginibus ex antiquitate servatis disputavit*

*Michaëlis* *Die Bildnisse des Th. Strassb.* 1877.

*De omni scriptorum ad Th. pertinentium genere cf.*

*L. Herbst* *Jahresbericht über Th. Philol.* XVI. XXIV. XXXVIII. XL. XLII *et Schoene Jahresber. über die griech. Historiker* (*Bursian-Jahresb.* III).

---

www.libtool.com.cn

# ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ Α.

I. *Προοίμιον. Κεφ. α'—κγ'.*

1. *Αἰτία ταύτης τῆς ξυγγραφῆς, ὅτι ὁ Πελοποννησιακὸς πόλεμος ἀξιολογώτατός ἐστι τῶν προγεγενημένων. α'.*

2. *Τὸ μέγεθος τούτου τοῦ πολέμου ἀποφαίνεται παραβολῇ τῆς παλαιᾶς καταστάσεως τῆς Ἑλλάδος. β'—ιθ'.*

α) *τῆς πρὸ τῶν Τρωικῶν. β'—η'.*
β) *τῆς κατὰ τὰ Τρωικά. θ'—ια'.*
γ) *τῆς μετὰ τὰ Τρωικά. ιβ'—ιθ'.*

3. *Ἐξελέγχονται οἱ διὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων εὐπειθὲς καὶ διὰ ποιητὰς καὶ λογογράφους τὰ ἀρχαῖα μᾶλλον θαυμάζοντες κ'—κβ', καὶ τὸ εἶδος ταύτης τῆς ἱστορίας ἀποδείκνυται. κγ'.*

II. *Αἱ αἰτίαι τοῦ πολέμου.*

*Α. Αἱ ἐς τὸ φανερὸν λεγόμεναι. Κεφ. κδ'—ξϛ'.*

1. *Τὰ Κερκυραϊκά. κδ'—νε'.*

α) *Πόλεμος Κερκυραίων καὶ Κορινθίων. κδ'—λα'.*
β) *Λόγος Κερκυραίων ἐς Ἀθήνας πρεσβευσαμένων. λβ'—λϛ'.*
γ) *Ἀντιλογία Κορινθίων. λζ'—μγ'.*
δ) *Οἱ Ἀθηναῖοι τοῦ τῶν Κορινθίων καὶ Κερκυραίων πολέμου ξυναίρονται. μδ'—νε'.*

2) *Ποτειδαίας ἀπόστασις. νϛ'—ξε'.*

III. *Α. Οἱ Λακεδαιμόνιοι ψηφίζονται τὸν πόλεμον*

1. *ἄνευ τῶν πάντων ξυμμάχων. Κεφ. ξϛ'—πζ'.*

α) *Ξύλλογος τῶν Λακεδαιμονίων περὶ ὧν οἱ ξύμμαχοι ἠδικῆσθαι ἔφασαν. ξϛ'. ξζ'.*
β) *Λόγος Κορινθίων. ξη'—οα'.*
γ) *Ἀντιλογία Ἀθηναίων. οβ'—οη'.*
δ) *Λόγος Ἀρχιδάμου. οθ'—πε'.*
ε) *Λόγος Σθενελάδου. πϛ'.*
ϛ) *Διαγνώμη τῆς ἐκκλησίας. πζ'.*

II. Β. *Ἡ ἀληθὴς αἰτία τοῦ πολέμου, ἥπερ ἦν ἡ αὐξηθεῖσα δύναμις τῶν Ἀθηναίων καὶ ὁ φθόνος τῶν Λακεδαιμονίων. Κεφ. πη'—ριη'. Ἀποδείκνυται οὖν*

www.libtool.com.cn

1. *ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι ηὐξήθησαν καὶ τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβον.* πθ'—ϟϛ'.

2. *ὅπως τοὺς ξυμμάχους ἐδουλώσαντο· παρέκβασις περὶ τῶν μεταξὺ τοῦ Μηδικοῦ καὶ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου γενομένων.* ϟζ'—ριη'.

III. *Α. Οἱ Λακεδαιμόνιοι ψηφίζονται τὸν πόλεμον*

2. *κοινῇ μετὰ τῶν ξυμμάχων. Κεφ.* ριθ'—ρκε'.

α) *Ξύνοδος τῶν ξυμμάχων.*

β) *Λόγος Κορινθίων.* ρκ'—ρκδ'.

γ) *Οἱ ξύμμαχοι ψηφίζονται πολεμεῖν.* ρκέ.

II. *Γ. Ἐγκλήματα ἀλλήλων καὶ προφάσεις τοῦ πολέμου. Κεφ.* ρκϛ'—ρλθ'.

1. *Τὸ Κυλώνειον ἄγος.* ρκϛ'. ρκζ'.

2. 3. *Τὸ ἀπὸ Ταινάρου καὶ τὸ τῆς Χαλκιοίκου ἄγος.* ρκη'—ρλή.

α) *Παυσανίου προδοσία καὶ θάνατος* — ρλδ'.

β) *Ἐπίμετρον περὶ τῆς Θεμιστοκλέους φυγῆς καὶ θανάτου.* ρλε'—ρλη'.

4. *Ἄλλα ἐγκλήματα ἑκατέρων καὶ ἀξιώσεις Λακεδαιμονίων.* ρλθ'.

III. *Β. Οἱ Ἀθηναῖοι ψηφίζονται τὸν πόλεμον. Κεφ.* ρμ'—ρμϛ'.

α) *Λόγος Περικλέους.* ρμ'—ρμδ'.

β) *Ψήφισμα Ἀθηναίων, οὐ μέντοι τήν γε ἐπιμειξίαν ἀμφοτέρων ἀναιροῦν.* ρμέ. ρμϛ'.

www.libtool.com.cn

# ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ
## ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ Α.

1. *Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλε-* 1
*μον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων ὡς ἐπολέ-*

De prooemio Thucydidis praeter Porphyrium (cf. Bernh. Hist. litt. Gr. II p. 116) singulares libellos scripserunt Evers Gottingae MDCCCIII et Schunck Monasterii MDCCCLII editos. Cf. etiam Steitz. „Ueber den Gedankengang im Prooimion des Thucyd." in Annal. philol. a. 1861 p. 233 sqq. Nomen prooemii, quo ipse Thucydides de hymno Homerico III 104, 4 usus est, de hac ingressione, ut de similibus, usitatum est apud omnes veteres criticos et grammaticos qui de ea loquuntur. Hunc ingressum (c. 1—23) cum plerique egregium vocent et aut praestantissimis historiae Thucydideae partibus adnumerent aut omnibus anteponant, vituperat Dionysius Hal. de Thuc. iudic. p. 853 sqq. At praeter Acacium, qui huic respondit, vide Creuzerum praestantiam huius prooemii egregie illustrantem in libro quem scripsit de arte historic. Graec. ed. 2. p. 203 sqq. Cf. Evers. l. d. p. 10 et 13 sqq. Consilium scriptoris hoc est ut res antiquiores Graecorum saepissime et maxime celebratas bello Peloponnesiaco vi atque magnitudine cedere demonstret. Partes prooemii tres esse, quarum altera rursus in tres locos discribenda sit, ex dispositione Graeca toti libro praeposita satis apparet. De tempore quo haec ingressio scripta sit cf. adn. ad I 1, 1 v. *ξυνέγραψε* et *ἀρξάμενος*.

Cap. 1. § 1. *Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε.* Simplicitatem veterum qua solent nomina sua in principiis scriptorum commemorare exemplis illustrant interpretes, ex quibus unum Herodoteum *Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε* proferimus. De tota hac comprehensione verborum et de contraria c. 2, 2 cf. Muell. Hist. litt. II p. 365. Primum membrum eius affert Demetr. de Eloc. § 44, ut longitudine membri granditatem effici doceat. Concursus consonantium quosdam male reprehendit Dionysius. Vid. Lob. Pathol. II p. 353. *Ξυγγράφειν*, ut apud Latinos conscribere et componere (Sal. Hist. I 1), proprium esse verbum de historicis multas res gestas colligentibus et inter se coniungentibus, ut unum quasi corpus efficiant, constat, etsi etiam *ἀναγράφειν* et simplex *γράφειν* (V 26, 1), ut Lat. scribere, de historiis scribendis leguntur. Grammatici pro-

www.libtool.com.cn

*μησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολο-*

prie **διαφέρειν συγγραφὴν ἱστορίας τῷ χρόνῳ** volunt. „**Ὁ μὲν γὰρ τὰ πρὸ αὐτοῦ γινόμενα διηγούμενος ἱστορίαν ποιεῖ, ὁ δὲ τὰ κατὰ τοὺς ἑαυτοῦ χρόνους συμβάντα συγγραφήν.**“ (Doxop. apud Walz. II p. 199.) Quod discrimen non semper observatur. Thucydides vero, qui saepe sic verbo **ξυγγρ.** de se usus est (cf. II 70, 5. 103, 2. III 25, 2. 88, 4 al.), ideo **ὁ ξυγγραφεὺς** a grammaticis vocatur. Ex aoristo autem prooemium absoluta demum ipsa historia scriptum esse, id quod incertus Thucydidis vitae auctor § 8 narrari dicit et nuper defendit Schunck, colligi non posse loci modo comparati docent. Sed in usu huius temporis respicitur ad eos qui hos libros lecturi sint, sicut historici Latini eadem de causa perfecto utuntur. Cf. Fab. ad Sal. Iug. 95 et Krueg. Gr. § 53, 10 adn. 1. Perfecto autem h. l. Th., ut V 26, 1, uti non poterat, quod V 26, 1 se rerum quoque post bellum decennale gestarum scriptorem esse significat, hic quo tempore exorsus quibusque causis adductus bellum conscripserit explicat. — **τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων.** Haec verba ambigua esse, cum praeter id bellum quod postea Peloponnesiacum dictum est complura bella Peloponnesiorum et Atheniensium gesta sint, docet Ullrichius in Symb. ad explic. Thuc. p. 1. Praecipue hoc nomine appellari poterat bellum Peloponnesiacum, quod quae antea inter Athenienses et Peleponnesios gesta sunt multo minoris momenti fuerunt. Dixit **ὡς**, non **ὅν**, quod „possit aliquis bellum quod inter se gesserint narrare, qui tamen quomodo gestum sit, id est quomodo singula, ea praesertim quae alicuius sunt momenti, in eo gesta fuerint taceat.“ Steph. Neque res tantum, sed etiam earum causas et rationes explicare voluit. Cf. Matth. Gr. § 485. Infra V 26, 6 **τὰ ἔπειτα ὡς ἐπολεμήθη ἐξηγήσομαι.** Hoc esse officium historiae docet Cic. de Orat. II 15, 63. — **ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου** = **ἀρξάμενος** (**τοῦ ξυγγράφαι**) **εὐθὺς ὅτε καθίστατο** (**ὁ πόλεμος**). Ex his intellegi verbis Thucydidem, simulatque moveri coeptum sit bellum, id scribere coepisse et cum belli progressu etiam in scribendo progressum esse docet Steph. Neque obstat huic interpretationi quod a Thucydide finito demum bello hanc historiam in ordinem redactam esse ex I 13, 3. 18, 1. V 26, 1 cognoscimus. Thucydides enim quamvis multo post hos libros digereret et expoliret, tamen statim ab initio belli commentarios in quos quae gererentur referret facere et deinde singulas etiam partes conscribere poterat. Ceterum dicitur **καθίσταται πόλεμος** et **ξυνίσταται πόλεμος** et **καθίστανταί τινες ἐς πόλεμον.** — **καὶ ἐλπίσας.** Quoniam superiore participio tempus scriptae huius historiae, altero causa significetur, **καὶ** fuerunt qui abesse vellent. Sed particulam et paratacticam verborum iuncturam tuentur exempla I 109, 4. V 34, 2. VI 93, 1. VII 53, 3. VIII 7. 66, 2. 73, 2. Cf. Bensel. ad Isocr. Pan. p. 298. **Ἐλπίσας**, ut saepe, est **νομίσας**, **προσδοκήσας.** — **ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων.** I. e. **μάλα ἀξιόλογον καὶ ἀξιολογώτερον τῶν προγ.** Cf. I 10, 3. 11, 3. 50, 2. VI 13, 1 al. et Krueg. Gr. § 47, 28 adn. 10. Hinc intelleges quatenus verum sit quod schol. Hermog. **Ἀττικόν** inquit

www.libtool.com.cn

γώτατον τῶν προγεγενημένων, τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζοντές τε ᾖσαν ἐς αὐτὸν ἀμφότεροι παρασκευῇ τῇ πάσῃ καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους, τὸ μὲν εὐθύς, τὸ δὲ καὶ διανοούμενον. κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς 2
Ἕλλησιν ἐγένετο καὶ μέρει τινὶ τῶν βαρβάρων, ὡς δὲ εἰπεῖν καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων. τὰ γὰρ πρὸ

Cap. 1. § 1. ἤισαν Aug., ᾖσαν corr. m., reliqui ἦσαν, quod et ipsum pro ᾖσαν habendum est, cum antiquiores libri ι subscriptum aut adscribant aut omittant. Cf. adn.

§ 2. αὕτη δὴ μεγίστη Aug. Cass. et deteriores aliquot.

τὸ τοῖς ὑπερθετικοῖς ἀντὶ τῶν συγκριτικῶν χρῆσθαι, ὥσπερ καὶ Θουκυδίδης ἐποίησεν ἀξιολογώτατον εἰπών. — ἀκμάζοντες ᾖσαν. Cum parum apte dicatur florentes erant ad bellum, quoniam ipsi florendi verbo non subest finis ad quem fiat cogitatio (hoc enim nomine diversa sunt II 8, 1 ἔρρωντο ἐς αὐτόν et IV 59, 4 ἀτολμότεροι ἐς τὰς μάχας), recte iam Bekk. ᾖσαν praetulit. Accedit quod Th. usitatum est ἐς πόλεμον, ἐς πολέμους ἰέναι. Cf. 87, 3. 118, 2. 123, 1. Procopius p. 347 πανδημεὶ ἐπ' ἀλλήλους τῷ πολέμῳ ἀκμάζοντες ᾔεσαν si huc respiciens dixit, ᾔεσαν pro ᾖσαν reperto videtur substituisse, τῷ πολ. autem non satis apte scripsit. — παρασκευῇ τῇ πάσῃ. Res propter ea quae dicit Archidamus 80, 3. 4 controversa videatur; sed ibi oratorie rem in maius augeri recte monet Krueg. — καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν. Dicitur τὸ Ἑλληνικόν ut c. 4 τὸ λῃστικόν, 6, 6 τὸ βαρβαρικόν. Ita Celticum Liv. V 34. Καὶ ὁρῶν mutata oratione respondere verbis ὅτι ἀκμάζοντές τε ᾖσαν, non verbo τεκμαιρόμενος et ex collocatione particulae τέ et ex sententia patet. Similiter variata est oratio IV 116, 1. VII 18, 1. — Ξυνίστασθαι est se coniungere, ut c. 15 et al. — τὸ δέ. De Siciliae Graecis (cf. III 86, 2) cogitari iubet Ullr. l. d. p. 89. — καὶ διανοούμενον, in animo tantum (cf. Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 19) habere. Cogita ξυνίστασθαι, ut non raro ad διανοεῖσθαι infinitivus ἀπὸ κοινοῦ subaudiendus est. Cf. I 124, 3. V 80, 2. Idem in aliis verbis saepe fit. Cf. adn. III 16, 4. VII 69, 1.

§ 2. κίνησις γὰρ αὕτη. Ante haec, ut recte γάρ intellegatur, cogitando supplendum est: neque hac opinione (ἐλπίσας) frustratus sum. De interposito subiecto αὕτη (praedicatum enim est κίνησις ἐγένετο) cf. 2, 6. 50, 2. 55, 2. 66 al. — μέρει τινὶ τῶν βαρβάρων. Intellegit Thraces, Macedones, populos quosdam Epiri, Siculos, fortasse etiam regnum Persicum, ad quod tamen magis proxima verba referuntur. — ὡς δὲ εἰπεῖν καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων, et paene dixerim plerisque (permultis) hominum. De formula dicendi ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων, quasi dixeris longissime gentium, vel de positivo ἐπὶ πολύ vid. Krueg. Gr. § 60, 8 adn. 3. Interdum subiecti, ut IV 3, 2, aut obiecti quod dicitur, ut hic et I 50, 2. IV 12, 3, locum tenet; μέρος additur I 23, 3. Veri superlatio verbis

www.libtool.com.cn


αὐτῶν καὶ τὰ ἔτι παλαιότερα σαφῶς μὲν εὑρεῖν διὰ χρόνου πλῆθος ἀδύνατα ἦν, ἐκ δὲ τεκμηρίων ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει οὐ μεγάλα νομίζω γενέσθαι οὔτε κατὰ τοὺς πολέμους οὔτε ἐς τὰ ἄλλα.

ὡς εἰπεῖν lenitur. Ea autem multo minor erit, si quam angustus fuerit orbis terrarum Graecus cogitaveris. Illa ὡς εἰπεῖν similiter leguntur II 51, 2. VII 58. — τὰ πρὸ αὐτῶν. Αὐτά (h. e. τὰ τῆς κινήσεως ταύτης vel omnino ταῦτα, cf. adn. IV 61, 1) sunt res belli Pelop. Τὰ πρὸ αὐτῶν res inter bellum Troianum et Medica gestas atque haec ipsa bella, τὰ ἔτι παλαιότερα ea quae bellum Troianum praecesserunt Thucydides vocat; distinguit enim infra 3, 1 et 12, 1 τὰ πρὸ τῶν Τρωικῶν et τὰ μετὰ τὰ Τρωικά. Tum ad ἀδύνατα cf. I 59, 2. 125, 2. III 88, 1. — Permirum fuit Steupio (Quaest. Thuc. p. 18) in iis quae sequuntur barbarorum prorsus nullam haberi rationem, sed tantum hoc demonstrari, maximum Graecorum motum bellum illud fuisse, et ita demonstrari quasi barbari omnino non sint commemorati. Praeterea illud ipsum, etiam partis barbarorum bellum illud maximum fuisse motum, satis mire dictum esse; si etiam barbarorum partem illius belli participem fuisse dictum esset, nihil futurum esse in quo haereremus, at longe aliud esse etiam partis barbarorum maximum motum bellum illud fuisse. Nam ut de toto bello Peloponnesiaco haec dicta essent, Persarum imperii maximum motum nullo modo bellum Peloponnesiacum fuisse, neque magis Thracum et Macedonum, qui non esse dubium quin multo maioribus versati sint in angustiis inde a Darei adversus Scythas expeditione usque ad Xerxis exercitus ex Europa receptum. Itaque καὶ μέρει τινὶ . . . ἀνθρώπων non posse Thucydidis esse. Sed talia ab interpolatore addita esse veri prorsus non est simile et aliter atque ille fecit verba videntur accipienda esse. Nam dativi ad solum κίνησις ἐγένετο pertinere possunt et similiter atque VII 29, 5, ubi cf. adn., vertere licet: hic, qui Graecis exstitit et barbarorum parti et plurimis hominibus, longe maximus erat motus. Cf. etiam adn. IV 78, 2. — διὰ χρόνου πλῆθος. Πλῆθος = μῆκος, ut identidem de tempore. Cf. Steph. Thes. in v. χρόνος. Articuli omissi ut I 12, 3 in μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν, ubi vid. adn. — ὧν. Schaeferus ad Dion. p. 325 pro ἐξ ὧν dictum putat. Cf. Matth. Gr. § 595c. Sed ita verbum commune esse solet enuntiationi relativae cum ea unde praepositio cogitando repetitur. Cf. I 28, 2. Xen. Ages. 2, 1. Hier. 1, 11. Isocr. III 22. Itaque praestat ὧν per attractionem ex σκοποῦντι aptum putare, quoniam Graeci, cum participium verbi verbo alteri quod cum diverso eiusdem nominis casu coniungitur additur, non duos casus, sed eum qui propiori verbo convenit ponere solent. Cf. 40, 6. 144, 2. V 1. Hanc rationem si sequimur, non opus est, ut ὧν ex πιστεῦσαι suspensum sit, cum Class. ad insolentiorem attractionem (Krueg. Gr. § 51, 10 adn. 13) confugere. Vertimus enim: quae plurimum (cf. ἐπὶ μακρότερον IV 41, 3, ἐπὶ μακρότατον Herod. II 29. 34. IV 192, ἐς τὰ μακρότατα VI 31, 3) intuenti mihi ut fidem capiam

www.libtool.com.cn

2. Φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη οὐ 1
πάλαι βεβαίως οἰκουμένη, ἀλλὰ μεταναστάσεις τε
οὖσαι τὰ πρότερα καὶ ῥᾳδίως ἕκαστοι τὴν ἑαυτῶν
ἀπολείποντες, βιαζόμενοι ὑπό τινων αἰεὶ πλειόνων.
τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης οὐδ' ἐπιμειγνύντες 2
ἀδεῶς ἀλλήλοις οὔτε κατὰ γῆν οὔτε διὰ θαλάσ-
σης, νεμόμενοί τε τὰ αὐτῶν ἕκαστοι ὅσον ἀποζῆν
καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες οὐδὲ γῆν
φυτεύοντες, ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελθών, καὶ
ἀτειχίστων ἅμα ὄντων, ἄλλος ἀφαιρήσεται τῆς τε
καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς πανταχοῦ ἂν ἡγού-
μενοι ἐπικρατεῖν, οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο, καὶ δι'

contingit. Nefaria temeritate Cobeto auctore Herw. ὡς scripsit νομίζω delens. — πιστεῦσαι aor. incohativus ut 20, 1.

Cap. 2. § 1. Φαίνεται ... οἰκουμένη, apparet ... habitatam fuisse. Cf. Krueg. Gr. § 56, 4 adn. 5 et § 53, 2 adn. 9. — καλουμένη ... οἰκουμένη schematis τοῦ ὁμοιοκαταλήκτου exemplum vult esse Dion. Hal. p. 808, cuius insigniora exempla alibi apud Thuc. leguntur. Deinde ad μεταναστάσεις οὖσαι simul audi φαίνονται. — Cum τὰ πρότερα cf. Krueg. Gr. § 46, 3 adn. 2. — καὶ ῥᾳδίως ... ἀπολείποντες, cum causam τῶν μεταναστάσεων contineant, pariter adiuncta sunt atque 1, 1 καὶ ἐλπίσας. — βιάζεσθαι Thuc. saepe ponit passive etiam in praes. et imp. Tum αἰεί post τινῶν ita dictum ut plerumque post articulum.

§ 2. τῆς γὰρ cet. Sequitur longior comprehensio, cuius apodosis est οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο κ. τ. λ. — τῆς ἐμπορίας dixit addito articulo, quia loquitur de eo commercio quod postea fuisse constat. — ἐπιμειγνύντες hic et 13, 5 intransitivam vim habet, quod adnotant veteres rhetores. Cf. Matth. Gr. 495 p. 1103 et de ξυμμίσγειν et προσμίσγειν adn. I 46, 3 et 49, 1. Alibi (ut c. 146) ipse Thuc. passivo utitur. De genetivis absolutis cum aliis participiis per particulas copulativas coniunctis cf. adn. 65, 1. — νεμόμενοί τε τὰ αὐτῶν — ὅσον ἀποζῆν, et ita agros suos colentes vel et tantum iis utentes et fruentes ut inde viverent. Photius: νέμεσθαι ὡς τὸ πολὺ τὸ λαμβάνειν πρόσοδον παρὰ Θουκυδίδῃ. Cf. I 100, 2. II 72, 1. III 68, 3. V 32, 1 et adn. II 15, 2. De vv. ὅσον ἀποζῆν vid. Krueg. Gr. § 55, 3 adn. 5. Matth. § 479 adn. 2. Tum φυτεύοντες est arboribus (et vitibus) conserentes. Paulo post de vv. ἄδηλον ὂν vid. Matth. Gr. § 564. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 7. Cf. VIII 96, 2, ubi rursus sequitur ὁπότε. Ἀναγκαίου raro generis communis est. Cf. Matth. Gr. § 118 p. 238. — καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων, cum etiam moenibus simul carerent. — οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο, non gravate migrabant, sedes mutabant bene explicat Steph. — δι' αὐτό cum maiore vi in initio membri collocatum prope accedit ad sententiam locutionis δι' αὐτὸ τοῦτο. Cf. 18,

www.libtool.com.cn



αὐτὶ οὔτε μεγέθει πόλεων ἴσχυον οὔτε τῇ ἄλλῃ
3 παρασκευῇ. μάλιστα δὲ τῆς γῆς ἡ ἀρίστη αἰεὶ τὰς
μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων εἶχεν, ἥ τε νῦν Θεσ-
σαλία καλουμένη καὶ Βοιωτία Πελοποννήσου τε
τὰ πολλὰ πλὴν Ἀρκαδίας τῆς τε ἄλλης ὅσα ἦν
4 κράτιστα. διὰ γὰρ ἀρετὴν γῆς αἵ τε δυνάμεις τισὶ
μείζους ἐγγιγνόμεναι στάσεις ἐνεποίουν ἐξ ὧν ἐφθεί-
ροντο, καὶ ἅμα ὑπὸ ἀλλοφύλων μᾶλλον ἐπεβουλεύ-
5 οντο. τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ
τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν ἄνθρωποι ᾤκουν

1. 68, 2. 142, 8. — **τῇ ἄλλῃ.** Cf. adn. IV 118, 5.

§ 3. **τῆς γῆς ἡ ἀρίστη.** Cf. Matth. Gr. § 442, 2 et Krueg. Gr. § 47, 28 adn. 9 et infra 5, 1 *τὸν πλεῖστον τοῦ βίου*, 30, 3 *τοῦ χρόνου τὸν πλεῖστον*. — **ἥ τε νῦν Θεσσαλία καλουμένη.** Priusquam enim Thessali in hanc terram pervenerunt (cf. 12, 3), Aemonia vel Haemonia, Pelasgia, Aeolis (cf. Herm. Antiqu. Gr. § 15, 12 et de aliis quibusdam nominibus Plin. H. N. IV 7, 28) nominata est. Verba *καὶ Βοιωτία* et ipsa cum *ἡ νῦν καλουμένη* iungenda sunt. Vid. 12, 3. Thessaliae, Boeotiae, Peloponnesi incolarum permutationes ex rerum historia satis notae sunt. Peloponnesus quatenus fertilis appellari possit inquirit Curt. Pelop. I p. 51.

§ 4. **ἀρετήν**, bonitatem, fertilitatem, ut apud Herodotum. — **δυνάμεις.** Pluralis legitur, quod ad complures refertur. Cf. 10, 3. — **τισί.** Th. indefinite de regionibus earumque incolis locutum esse, quod eo tempore civitates certis legibus constitutae non fuerint, monet Class. adn. 142, 7.

§ 5. **τὴν γοῦν Ἀττικήν.** Sententiae sic cohaerent: Fertilissimae regiones Graeciae potissimum incolas permutarunt; Atticam quidem certe cet. Res enim contrario probatur. — **ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον**, iam inde a vetustissimo tempore. Phavor.: *ἀντὶ τοῦ ἀνέκαθεν· Θουκυδίδης.* Confirmat Poll. IX 152 cum formulis *ὡς ἐπὶ πολύ*, *ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον* componens. Cf. *ἐν τῷ πρὸ τοῦ* 32, 4 et ibi adn. atque *ἐκ τοῦ ἐπ' ἐκεῖνα* VIII 104, 5, *ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα* Plat. Prot. 314 e, *ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον* Diod. I 63, 4. Cf. Quaest. gram. V Ceterum saepe sic Procop., ut p. 296. 304 sq. 325. 354, apud quem interdum non idonea est interpretatio *ἀνέκαθεν*. — **διὰ τὸ λεπτόγεων.** Est enim Atticae solum tenue et parum uber, humus levis et sicca (cf. Bursiani Geogr. I p. 256), quale solum, tenuis ubi argilla, oleis idoneum, frumento non item, a glareoso, quocum a Reisig. ad Soph. Oed. Col. 668 confunditur, diligenter distinguit Verg. Georg. II 180 et 212. — **ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ αἰεί.** De collocatione vid. Krueg. Gr. § 50, 11 adn. 15. Athenienses **τοὺς αὐτοὺς αἰεί** vocari, quatenus, quanquam peregrini iis se admiscuissent, tamen primi incolae mansissent neque in alias regiones emigrassent, bene docuit Wyttenb. Ecl. Hist. p. 359. Cf. Thuc. II 36, 1. Eosdem ideo se *αὐτόχθονας* esse gloriari constat, quales eos *νομισθῆναι*

www.libtool.com.cn

οἱ αὐτοὶ αἰεί. καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ 6
ἐλάχιστόν ἐστι διὰ τὰς μετοικήσεις τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι· ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος οἱ

Cap. 2. § 5. μετοικίας ἐς τὰ ἄλλα codd., nisi quod aliquot deteriores ἀποικίας habent.

Thucydidem dicere non recte affirmat Strab. p. 333.

§ 6. καὶ παράδειγμα τόδε κ. τ. λ. Sequitur locus difficilis, de quo multi singillatim dixerunt. Nos primum vix dubium esse existimamus quin verba παράδειγμα τόδε ad priora relata a Kruegero, quem impugnant Forberg in libello gymnasii Casimiriani Coburg. 1852 p. 5 sqq. et Niemeyer Symb. Thuc. p. 1, his quae sequuntur ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος κ. τ. λ. explicentur; id enim postulat consuetudo dicendi in hac formula et similibus μαρτύριον δέ I 8, 1, τεκμήριον δέ II 15, 4 atque addito pronomine demonstrativo 3, 1 δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε τῶν παλαιῶν ἀσθένειαν οὐχ ἥκιστα· πρὸ γὰρ τῶν Τρωικῶν οὐδὲν φαίνεται πρότερον κοινῇ ἐργασαμένη ἡ Ἑλλάς (cf. II 39, 1) et quod huic loco simillimum est Herod. VII 221 μαρτύριον δέ μοι καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τούτου πέρι γέγονε· οὐ γὰρ μοῦνον κ. τ. λ. Cf. Matth. Gr. § 615, 2 et § 630 f. Quod si probabile est, magis etiam exploratum, id quod vel Krueg. statuit, enuntiatum διὰ τὰς — αὐξηθῆναι cum verbo τοῦ λόγου cohaerere, ut Plato in simillimo loco Menex. 237 e enuntiationem ab ὅτι incipientem cum τῷ λόγῳ iunxit. Iam si constaret τὴν Ἑλλάδα subaudiri posse, verba sic interpretaremur: atque sententiae a me propositae, ob migrationes in alias terras Graeciam non perinde auctam esse, hoc firmissimum argumentum est quod rel. Sed quoniam nec τὴν Ἑλλάδα in superioribus usquam legitur et Θεσσαλίαν καὶ Βοιωτίαν Πελοποννήσου τε τὰ πολλά remotiora sunt quam quae post res modo de Attica explicatas memoriae inhaereant, nec αὐξηθῆναι solum et multo minus additis ἐς τὰ ἄλλα impersonaliter videtur accipi posse, denique, quamcunque ex his rationem elegeris, illa ἐς τὰ ἄλλα languent, ἐς compluribus hominibus doctis improbatum removendum esse putamus. Nam quominus servata vulgata αὐξηθῆναι ad Atticam putemus spectare, sententiam hanc esse censentes: Atticam ob migrationes hominum in eam advenientium (seu inquilinorum in ea habitationes) ceteris in rebus haud perinde (atque incolarum frequentia) crevisse, cui explicationi sane favet usus μετοικίας voc., de quo cf. Steph. Thes. ed. rec., praeter duritiam et obscuritatem orationis prohiberi videtur ipso consilio scriptoris. Qui cum toto capite migrationes maxime incrementis Graeciae offecisse velit demonstrare, postquam Atticam, quoniam parum fertilis esset, ex iis terris quarum incolae saepe mutati essent exemit, ad primarium consilium debet redire et λόγον sive sententiam quam defendat et probare sibi praecipue proposuerit non eam appellare quod Attica peregrinorum adventu, quamvis non omnibus rebus aeque, creverit, sed quod reliqua Graecia propter perpetuas incolarum permutationes debilis manserit. Hanc igitur sententiam probans Ullrich Symb. ad explic. Thuc. p. 169 sqq., ne ἐς simpliciter deleto μετοικίας

www.libtool.com.cn


πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι ὡς βέβαιον ὂν ἀνεχώρουν, καὶ πολῖται γιγνόμενοι εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ μείζω ἔτι ἐποίησαν πλήθει ἀνθρώπων τὴν πόλιν, ὥστε καὶ ἐς Ἰωνίαν ὕστερον ὡς οὐχ ἱκανῆς οὔσης τῆς Ἀττικῆς ἀποικίας ἐξέπεμψαν.

1 3. Δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε τῶν παλαιῶν ἀσθέ-
νειαν οὐχ ἥκιστα· πρὸ γὰρ τῶν Τρωικῶν οὐδὲν
φαίνεται πρότερον κοινῇ ἐργασαμένη ἡ Ἑλλάς·
2 δοκεῖ δέ μοι, οὐδὲ τοὔνομα τοῦτο ξύμπασά πω
εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος
καὶ πάνυ οὐδὲ εἶναι ἡ ἐπίκλησις αὕτη, κατὰ ἔθνη
δὲ ἄλλα τε καὶ τὸ Πελασγικὸν ἐπὶ πλεῖστον ἀφ'

interpretari μεταναστάσεις cogeremur, μετοικήσεις pro μετοικίας ἐς coniecit, quae coniectura novissimis editoribus omnibus placuit. Minus veri similis est suspicio G. Hermanni, qui in Philol. I p. 886 ἰσοικίας τὰ ἄ. legi voluit. — ἐκ γὰρ κ. τ. λ. Res contrario probatur ut § 5. — οἱ ... ἐκπίπτοντες ... οἱ δυνατώτατοι. Cf. Matth. Gr. § 319. Krueg. Gr. § 47, 28 adn. 8. Significantur Melanthi comites, Gephyraei, alii. Cf. Aristid. Panath. I p. 108 sq. — ὡς βέβαιον ὄν, scil. τὸ ἀναχωρεῖν παρ' Ἀθηναίους = νομίζοντες βέβαιον εἶναι τὸ ἀναχωρεῖν παρ' Ἀθ. Cf. adn. 20, 2. IV 10, 1. 14, 5. 25, 10. 77, 1. 123, 4. — ἀπὸ παλαιοῦ. Redit V 44, 1. Similiter II 15, 1. 5 ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου, I 18, 1 ἐκ παλαιτάτου, ut taceamus ἐκ πολλοῦ et quae sunt similia. In qualibus de nulla ellipsi cogitandum. (Cf. Britannica of old, of late.) — ἐς Ἰωνίαν. Per πρόληψιν Ioniam vocavit; coloni enim postea in eam regionem ex Attica deducti, cum Iones essent, sedibus suis novis hoc nomen imposuere. Cf. Herodot. I 142 sqq.

Cap. 3. § 1. πρὸ τῶν Τρωικῶν. De bello Troiano sic rursus 12, 1. II 68, 3, et τὰ Μηδικά non raro (ut I 41, 2. 69, 1) de bello Persico. De verbis πρὸ ... πρότερον cf. adn. 23, 5.

§ 2. δοκεῖ ... εἶχεν ... εἶναι. Post δοκεῖ (pro quo Alex. Polyhist. III p. 231 Fragm. hist. habet δοκεῖν, improbandum propter proximos infinitivos) primum indicativus legitur (cf. Matth. Gr. § 630, 2 g. Krueg. Gr. § 55, 4 adn. 8, unde cognoscitur non esse opus Reiskii coniectura ἔχειν), tum oratione mutata infinitivus, ut Plat. Lach. 184 b. Cf. IV 62, 1. Infinitivi ipsi sunt imperfecti temporis. Cf. Krueg. Gr. § 53, 2 adn. 9. Deinde τὰ πρὸ Ἑλλ. ex Matth. Gr. § 283 (ubi p. 734 init. pluralis exempla adde qualia sunt τὰ πρὸ τούτων Demosth. XVIII 188, τὰ μεταξὺ τούτου Soph. OC. 291) explicanda. Cf. τὰ πρότερα 2, 1. — κατὰ ἔθνη. Vid. Matth. Gr. § 298. Krueg. Gr. § 60, 8 adn. 4, et de his populis Wachsm. Antiq. I p. 54 sqq. Thirlwall. Hist. Gr. I p. 44 sqq. Nieb. Hist. ant. I p. 242. Tum ἐπὶ πλεῖστον interpretare per longissimum terrae tractum, per maximam Graeciae partem. Ad ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι subaudi τῇ (νῦν) Ἑλλάδι, τῇ χώρᾳ. —

*ἑαυτῶν τὴν ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι, Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐν τῇ Φθιώτιδι ἰσχυσάντων, καὶ ἐπαγομένων αὐτοὺς ἐπ' ὠφελίᾳ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις, καθ' ἑκάστους μὲν ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον καλεῖσθαι Ἕλληνας, οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἐδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι. τεκμηριοῖ* 3
*δὲ μάλιστα Ὅμηρος· πολλῷ γὰρ ὕστερον ἔτι καὶ τῶν Τρωικῶν γενόμενος οὐδαμοῦ ⟨οὕτω⟩ τοὺς*

***ἰσχυσάντων***, cum potentes facti essent. Sic *ἰσχύσας* iterum 9, 3, *ἡσυχάσασα* 12, 1, *πιστεῦσαι* 1, 2, ubi cf. adn. — ***ἐπαγομένων αὐτούς***. Ad *ἐπαγομένων* subiectum indefinitum (cf. Matth. Gr. § 563. Krueg. Gr. § 47, 4 adn. 3) subaudiendum; nam cum *ἐπάγεσθαι* valeat sibi adducere, arcessere, *αὐτούς* ad Hellenem eiusque filios spectet necesse est. Ne genetivi absoluti subiectum mutaretur, *αὐτοὺς* del. Herw. Sed ita hoc vix interpretandi causa adscriptum esset. — ***ἐπ' ὠφελίᾳ*** est ut auxilium sibi ferrent. *Ὠφέλειαν εἴωθεν ὁ Θουκυδίδης τὴν συμμαχίαν καλεῖν.* Schol. Cf. 26, 1. 28, 3. 31, 2. Ceterum de sententia et propagato paulatim Hellenum nomine vid. Nieb. Hist. ant. I p. 242 Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 65. 68 sqq. Thirlw. l. d. p. 89 sqq. Dunck. Hist. ant. V p. 15 sq. — ***ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον***. *Ὁμιλία* est consuetudo, id est vitae commercium, quod indigenis cum Hellenis posteris intercedebat. *Ἤδη μᾶλλον*, iam magis quam antea sive magis magisque. Cf. 8, 3. — ***ἐδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι***. Intell. *καλεῖσθαι Ἕλληνας*. *Ἐκνικᾷ* autem hic, ut alibi, est *ἐπικρατεῖ*, invalescit, in consuetudinem venit, et quod usitatius sic dici potuit: *οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου καὶ ἅπαντας καλεῖσθαι Ἕλληνας ἐδύνατο ἐκνικῆσαι* (cf. II 54, 3 et Paus. VII 1, 3), Thucydides maluit his exprimere: *οὐ μέντοι . . . καὶ ἅπασιν ἐδύνατο ἐκνικῆσαι, es konnte jedoch — nicht auch für alle zugleich herrschend (üblich) werden.* Sic Paus. II 29, 3 *πᾶσιν ἐξενίκησε*, Sententiam his verbis Taciti (Germ. 2) illustres: nationis nomen non in nomen gentis evaluisse, dummodo pro nationis dixeris singularum nationum Graecarum.

§ 3. ***τεκμηριοῖ***, probat, ut 9, 4. III 104, 6. — ***ὕστερον . . . γενόμενος***. Aetatem Homeri vides a Thuc. parum definiri. Cf. Grot. Hist. Gr. II p. 180 sq. (vers. Germ. I p. 495 sq.), qui consentit cum Herod. II 53. Varia testimonia de aetate Homeri post C. Muell. et Fischer. collegit Lauer in Hist. poes. Hom. Cf. Sengebusch. Dissert. Hom. II p. 75 sqq. Adverbii causa cf. Hom. Il. VI 130 *οὐδὲ γὰρ . . . Λυκόοργος δὴν ἦν* et Cic. Brut. 83, 288 Thucydides si posterius fuisset, i. e. vixisset. De ipso Homero Ioseph. c. Api. I 3 *οὗτος δὲ καὶ τῶν Τρωικῶν ὕστερον φαίνεται γενόμενος*. — ***οὐδαμοῦ ⟨οὕτω⟩ τοὺς ξύμπαντας ὠνόμασεν***. Quod Reiskio auctore addidimus *οὕτω* cum omnino abesse nequeat (ita enim Homerus universos non nominasse diceretur, quod aperte falsum est) tum propter insequentem oppositionem desideratur. Alex. Polyhist. pro *οὕτω* ipsum nomen *Ἕλληνας*

www.libtool.com.cn


ξύμπαντας ὠνόμασεν οὐδ' ἄλλους ἢ τοὺς μετ' Ἀχιλλέως ἐκ τῆς Φθιώτιδος, οἵπερ καὶ πρῶτοι Ἕλληνες ἦσαν, Δαναοὺς δὲ ἐν τοῖς ἔπεσι καὶ Ἀργείους καὶ Ἀχαιοὺς ἀνακαλεῖ. οὐ μὴν οὐδὲ βαρβάρους εἴρηκε διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω, ὡς ἐμοὶ
4 δοκεῖ, ἀντίπαλον ἐς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες κατὰ πόλεις τε ὅσοι

posuit similiter atque § 2 enuntiati subiectum addito ἡ χώρα expressit. Disputantem contra haec Strabonem p. 370 et p. 661 refutarunt interpretes. Cf. Aristoph. in schol. Il. IX 395. „Ex his verbis consequitur Thucydidem ne nosse quidem istos versus Odysseae I 344. IV 726. 816. XV 80 quibus Ἑλλάς dicitur Graecia, Iliadis istum quo Graeci dicuntur Πανέλληνες, II 530." Sengeb. l. l. I p. 141. — τοὺς μετ' Ἀχιλλέως ἐκ τῆς Φθιώτιδος. Cf. Hom. Il. II 684 sq. οἵ τ' εἶχον Φθίην ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα, Μυρμιδόνες δ' ἐκαλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί. — Δαναοὺς ... Ἀχαιούς. De his nominibus vide Nieb. Hist. ant. I p. 247. Apud recentiores scriptores praevalere constat nomen Achaeorum, de cuius vi cf. Wachsm. Antiqu. I p. 65. 73. Herm. Ant. I § 6, 9. 7, 8. — ἀνακαλεῖ. In praepositione intendendi quandam vim inesse, ut in ἀνακρίθειν, recte dicit Bloomf., et nominatim (cf. VII 69, 2) seu honoris causa appellare interpretatur Sieb. ad Paus. VIII 21, 2, iterum iterumque seu identidem vocare nonnulli interpretes Soph. Phil. 800. — οὐ μὴν οὐδὲ βαρβάρους, neque vero ne barbaros quidem. Οὐ μὴν οὐδέ, *und (wahrlich) auch nicht*, ut VI 55, 3. Paulo aliter I 82, 1 et II 97, 6, ubi vid. adn. — οὐ δὲ βαρβάρους εἴρηκε. Non obstare Il. II 867, ubi Cares βαρβαρόφωνοι appellantur, contra Strabonem l. d. docent interpretes et Homeri et Thucydidis. — ἀντίπαλον ἐς ἓν ὄνομα Eustathius (ad Il. II p. 367) pro ἐς ἓν ἀντίπαλον ὄν posita existimavit, qualis praepositionis inter adiectivum et substantivum interiectio Latinis usitatissima apud Graecos in prosa oratione Attica rarior est. Legimus tamen V 37, 2 εἴ τινα πρὸς ἄλλον δέοι, Plat. Phaedr. p. 244d παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων, Plat. Crit. 48c οὐδενὶ ξὺν νῷ, Demosth. XXIII 51 ἃ παρ. ἀμφότερα, et vicissim Thuc. II 86, 4 τρόπων ἐξ οἵων et similia. Cf. 117, 1 et Krueg. Gr. § 68, 4 adn. 2. Vocabuli usu non confirmatur quod Class. putat, ἀντίπαλον perinde atque τοὐναντίον hic et VI 23, 1 adverbialiter positum esse. Nam VI 23, 1 proprie obiecti quod dicitur interioris vice fungitur (cf. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 4) pariter atque ἀντίπαλα VII 34, 6. Eodem modo dictum est σαφές IV 50, 2. Temere ἓν del. Herw., in quo vis sententiae posita est. Nam refertur ad ξύμπασα quod § 2 legitur in verbis οὐδὲ τοῦτο ξύμπασά πω εἶχεν. — ἀποκρίνεσθαι ἔς τι legitur etiam II 49, 1, etsi paulo alia vi.

§ 4. οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι ... κληθέντες. Enuntiatum ideo paulo obscurius quod utrum verbis καθ' ἑκάστους (§ 2 extr.) ita respondeant ὡς ἕκαστοι ut per τέ particulam cum locutione κατὰ πόλεις in eandem sententiam coniungantur, an verbis κατὰ

www.libtool.com.cn

ἀλλήλων ξυνίεσαν καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες οὐδὲν πρὸ τῶν Τρωικῶν δι' ἀσθένειαν καὶ ἀμειξίαν ἀλλήλων ἁθρόοι ἔπραξαν. ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν στρατείαν θαλάσσῃ ἤδη πλείω χρώμενοι ξυνεξῆλθον.

4. Μίνως γὰρ παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν ναυ-

Cap. 3. § 5. ἐξῆλθον E., ξυνῆλθον reliqui et schol. Hom. Il. X 252. Cf. adn.

πόλεις τε . . . καὶ ξύμπαντες ὕστερον nulla iunctura appositis explicentur dubitari potest. Illam rationem Dobraeus, qui aliquando κατὰ πόλεις τε delenda esse suspicatus erat, et Campe Quaest. p. 15, qui non minus audacter ἕκαστοί τε — καὶ κατὰ πόλεις legendum coniecit, probavit. Sed cum, si ea interpretatio vera esset, Ἕλληνες inter ὡς ἕκαστοι et κατὰ πόλεις τε male interpositum esset, alteram explanationem praestare nobis persuasum est. Sic igitur haec interpretamur: ii vero qui singuli deinceps et oppidatim quotquot mutuo se intellegebant et universi una postea Hellenes sunt vocati. De ὡς ἕκαστοι cf. I 15, 2. 67, 4. 89, 2. 98, 4. IV 32, 2 al. et Matth. Gr. § 628, 1 e p. 1510. Krueg. Gr. § 69, 63 adn. 7. Particulae δ' οὖν post digressiones et interpositiones ponuntur. Cf. 10, 5. 63, 1. II 5, 7. 34, 8. VI 15, 5. 56, 1. VIII 81, 3. 97, 1. Dissen. ad Demosth. de Cor. § 261. Non mirum autem debet videri Thucydidem putasse Hellenes a Pelasgis et aliis populis quibuscum se coniungerent non intellectos esse. Nam etsi Pelasgos et Hellenes cognatos fuisse hodie constat (cf. Nieb. Hist. Rom I p. 31 sqq. Wachsm. Ant. Gr. I p. 49 sqq.), dialecti eorum non minus potuerunt discrepare inter se quam Saxonica superior ab inferiore aut adeo Batavica vel Danica, et linguam illorum Herodotus I 57, quanquam qualis fuerit affirmari posse negat, tamen, si coniecturam argumentis quibusdam nixam proferre liceat, fuisse barbaram dicit. Atque ipse Thucydides eos qui maxima ex parte Pelasgi Tyrrheni sint, quod etiam Graecam linguam didicerant, vocat βαρβάρους διγλώσσους IV 109, 4. Cf. Nieb. l. d. et Thirlw. I p. 55 sqq. Quomodo Pelasgica lingua in Graecam transire potuerit, de eo cf. Nieb. Hist. ant. I p. 259 sqq.

§ 5. στρατείαν . . . ξυνεξῆλθον. Cum secundum Krueg. Gr. § 46, 5 neque συνιέναι neque ἰέναι στρατείαν recte dicatur, sed ἐξιέναι στρατείαν (cf. 15, 2), vere ξυνεξῆλθον rescripserunt Cob. et Class. — θαλάσσῃ ἤδη πλείω χρώμενοι, propr. cum mari iam ad plura uterentur (cf. II 15, 5. Matth. Gr. § 409, 6. Krueg. Gr. § 56, 5 adn. 9), i. e. in re maritima maiorem operam locarent.

Cap. 4. Μίνως. De Minois imperio maris praeter alios, quos hic citant interpretes et Herm. Antiqu. Gr. § 9, 6, vid. Aristot. Pol. II 7, 2. Diod. IV 60. V 54. 78. Thirlwall. Hist. Gr. I p. 144 sqq. Dunck. Hist. ant. V p. 48. 86. Curt. Hist. Gr. I p. 64 sq., de universis Minois rebus Grot. Hist. Gr. I p. 309 sqq. (vers. Germ. I p. 181 sq.). — παλαίτατος . . . ἐκτήσατο, i. e. παλαίτατος ἦν ὃς ἐκτήσ., ut Latine dicitur pri-

www.libtool.com.cn

τικὸν ἐκτήσατο, καὶ τῆς νῦν Ἑλληνικῆς θαλάσσης ἐπὶ πλεῖστον ἐκράτησε καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων ἦρξέ τε καὶ οἰκιστὴς πρῶτος τῶν πλείστων ἐγένετο, Κᾶρας ἐξελάσας καὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας· τό τε λῃστικόν, ὡς εἰκός, καθῄρει ἐκ τῆς θαλάσσης ἐφ' ὅσον ἐδύνατο, τοῦ τὰς προσόδους μᾶλλον ἰέναι αὐτῷ.

1 5. Οἱ γὰρ Ἕλληνες τὸ πάλαι καὶ τῶν βαρβάρων οἵ τε ἐν τῇ ἠπείρῳ παραθαλάσσιοι καὶ ὅσοι νήσους εἶχον, ἐπειδὴ ἤρξαντο μᾶλλον περαιοῦσθαι ναυσὶν ἐπ' ἀλλήλους, ἐτράποντο πρὸς λῃστείαν, ἡγουμένων ἀνδρῶν οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων κέρδους τοῦ σφετέρου αὐτῶν ἕνεκα καὶ τοῖς ἀσθενέσι τρο-

Cap. 4. λῃστρικόν pauci deteriores. At secundum schol. τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ ρ σημείου τὸ σύστημα τῶν λῃστῶν, τὸ δὲ μετὰ τοῦ ρ̄ τὸ κτῆμα τῶν λῃστῶν. Cf. Thom. M., sed etiam Lob. ad Phryn. p. 242.

mus hoc fecit. De verbis ἀκοῇ εἰδέναι cf. adn. IV 126, 3, de ἐκράτησε et ἦρξε adn. ad ἰσχυσάντων 3, 2 et adn. VI 6, 1. — Κᾶρας ἐξελάσας. Herodotus tamen I 171 Cares a Minoe non insulis eiectos esse, sed tantum eius imperio paruisse et naves complevisse ac longo demum tempore post a Doriensibus atque Ionibus expulsos scribit. Quem cum Thucydide ita conciliare studet Arn. ut nonnullos Cares expulsos, reliquos cum Cretensibus commixtos agros suos retinuisse videri dicat. Gloriam eiectorum Carum Atheniensibus tribuit Isocr. VIII 16. De Caribus insulanis et piratis cf. 8, 1 et Sallust. fragm. I 78. — τό τε λῃστικόν κ. τ. λ. Particula τέ apud Thuc. saepe sententiam adiungit. Ut nonnulla saltem exempla proferamus, cf. 5, 3. 6, 5. 9, 1. 10, 2. 12, 4. 13, 1. 4. 5. 6. 14, 2. De vv. τὸ λῃστικόν cf. adn. 1, 1. — καθῄρει. Ἐκάθηρεν ex schol. Aristid. p. 38 frustra desiderat Cobet. Var. lect. p. 149. Vid. 13, 5 et Herbst. de Cob. emend. p. 20. Imperfectum per tempus imperii sui Minoem conatum esse rem facere significat. — ἐφ' ὅσον ἐδύνατο. Nondum enim omnes piratas Minos sustulit, sed id postea a Corinthiis effectum est. Vid. 13, 5. — τοῦ ... ἰέναι αὐτῷ. Cf. Matth. Gr. § 540 adn. 1. Krueg. Gr. § 47, 22 adn. 2 (et de simili usu genetivi gerundii Lat. Zumpt. Gr. § 764). Plerumque sic infin. cum negatione, sine μή apud Th. hic et VIII 39, 4. Ἰέναι est afferri, transmitti, ut I 137, 3 ἦλθεν αὐτῷ ὕστερον (χρήματα). Redire, colligi, quam vim alii malunt ei subici, est potius προσιέναι, etsi φοιτᾶν quoque sic posuit Thuc. VIII 18, 1. Similiter de rebus dicuntur ἐκεσέρχεσθαι II 38, 2, ἐσπλεῖν, alia. Cf. adn. II 93, 4.

Cap. 5. § 1. μᾶλλον, i. e. μᾶλλον ἢ πρότερον. Cf. V 81, 2. VIII 9, 2 al. De verbis ἀνδρ. οὐ τῶν ἀδυνατ. vid. Matth. Gr. § 463. Krueg. Gr. § 67, 10 adn. 4. — τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς.

www.libtool.com.cn

φῆς, καὶ προσπίπτοντες πόλεσιν ἀτειχίστοις καὶ κατὰ κώμας οἰκουμέναις ἥρπαζον καὶ τὸν πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο, οὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον. δηλοῦσι δὲ τῶν τε ἠπειρωτῶν 2
τινες ἔτι καὶ νῦν, οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν, καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν τὰς πύστεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες εἰ λῃσταί εἰσιν, ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ

Cf. adn. IV 6, 1. VIII 57, 1; de Latinis Walth. ad Tac. An. I 3. II 33. — *πόλεσιν ἀτειχίστοις.* Id de plurimis apparet intellegendum esse. Exceptiones nonnullas vide in adn. c. 7. — *κατὰ κώμας οἰκουμέναις.* Dubitatur utrum haec significent urbes similes vicis vel pagis fuisse, non continuis domibus aedificatas, sed sparsis domibus et disiectis, an civitates tunc nondum fuisse *ξυνοικισθείσας*, in singulas praecipuas urbes collectas quarum moenibus se tuerentur cives, sed eos sparsos fuisse per vicos. Haec interpretatio verbis 10, 2 confirmaretur, nisi ibi ipsum *ξυνοικίζεσθαι* valere coaedificatum esse videretur. Itaque prior ratio praestat. Cf. adn. 10, 2 et de *κώμης* vi duplici Schoem. Ant. Gr. I p. 131 sq. — *τὸν πλεῖστον τοῦ βίου.* Cf. adn. I 2, 3. — *οὐκ ἔχοντός πω κ. τ. λ.* Cf. Naegelsb. Theol. Hom. p. 252. Similia cum de aliis populis antiquitatis (cf. Caes. B. G. VI 23. Iust. XLIII 3) tum de Graecis nostrae memoriae ante libertatem recuperatam et de Arnautis dici possunt. — *τὶ ... δόξης.* De hoc genetivo partitivo apud Graecos rariore cf. II 49, 6. III 44, 2. IV 28, 5. VII 69, 2.

§ 2. *οἷς κόσμος.* Cf. adn. VI 12, 1. — *καλῶς*, bene, i. e. perite et sollerter. Cf. III 38, 4. VI 12, 1. VIII 50, 5. — *οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν.* Respicitur, ut 13, 5, praecipue ad Hom. Od. III 71 sqq., ubi vid. Nitzsch., IX 52. Hymn. Apoll. 452 sqq. — *τὰς πύστεις ... ἐρωτῶντες.* *Πύστεις* hic idem est atque *ἐρωτήσεις*, quod substituit Philostratus Vit. Apoll. II 29 *οἱ μὲν παλαιοὶ τὰς ἐρωτήσεις τῶν καταπλεόντων ἐποιοῦντο εἰ λῃσταί εἰσιν.* Cf. Lob. Paral. Gr. Gr. II p. 522 et adn. 3, 5. 112, 5. Ipsum nomen *πύστις* a Photio et Suida in v. *περιωπή* frustra *γλωσσηματικοῖς* adnumeratur. Vid. de histor. Thuc. comment. p. 65. *Ἐρωτῶντες* autem ad *οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν*, quamvis poetae ipsi non interrogent eos qui naves appulerint, sed alios inducant hoc facientes, relatum est, quod, ut ab imperatoribus saepe aliquid gestum dicimus quod eorum milites, a regibus quod eorum amici peregerunt, ita scriptoribus ipsis quae ab aliis apud eos perficiuntur tribuimus. Cf. Krueg. Gr. § 52, 1 adn. 4. Prorsus repudianda est ratio qua Herw. hunc locum tractavit. Propter Philostr. enim l. l. *τῶν ποιητῶν* del., quasi vero necesse esset accurate ad verbum eum hunc Th. locum reddidisse, et praeterea *ταῖς πύστεσι τῶν καταπλεόντων* scripsit ad *δηλοῦσι* relatum, cuius mutationis nulla est necessitas. — *ὡς οὔτε ... ὀνειδιζόντων.* *Ἰσόκωλον* esse vult Demetr. *π. ἑρμην.* 25.

www.libtool.com.cn


ἔργον οἷς τε ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόν-
3 των. ἐλῄζοντο δὲ καὶ κατ' ἤπειρον ἀλλήλους. καὶ
μέχρι τοῦδε πολλὰ τῆς Ἑλλάδος τῷ παλαιῷ τρόπῳ
νέμεται περί τε Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας καὶ Αἰτω-
λοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας καὶ τὴν ταύτῃ ἤπειρον. τό
τε σιδηροφορεῖσθαι τούτοις τοῖς ἠπειρώταις ἀπὸ
τῆς παλαιᾶς λῃστείας ἐμμεμένηκεν.
1 6. Πᾶσα γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει διὰ τὰς
ἀφράκτους τε οἰκήσεις καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ'
ἀλλήλους ἐφόδους, καὶ ξυνήθη τὴν δίαιταν μεθ'
2 ὅπλων ἐποιήσαντο ὥσπερ οἱ βάρβαροι. σημεῖον δ'
ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος ἔτι οὕτω νεμόμενα τῶν
3 ποτε καὶ ἐς πάντας ὁμοίων διαιτημάτων. ἐν τοῖς

— **οἷς τε . . . οὐκ ὀνειδιζόντων**, i. e. *οὔτε οἷς ἐπιμελὲς εἴη εἰδ. ὀνειδιζόντων*. Cf. Herm. ad Soph. Ant. 759 et Matth. Gr. § 609, 1 γ. Rem ipsam, cui iam Aristarchus oblocutus erat, impugnat Schoem. Antiqu. Gr. I p. 46 sq. Indicativus *πυνθ.* et optativus *εἴη* ita inter se respondent ut Latine post dicendi verba posita de scriptore antiquo cuius libri supersunt et praesentis et imperfecti coniunctivus in pronuntiationibus secundariis legitur; optativus autem simul mentem illorum poetarum exprimit.

§ 3. **τῷ παλαιῷ τρόπῳ**, i. e. ita ut et latrociniis dediti sint populi, id quod de Aetolis multo recentiore tempore testatur Polyb. IV 3, 1—3 et alibi, et in oppidis atque vicis non munitis habitent, quod de Aetolis ex III 94, 4, de Locris ex III 101, 2 discimus. Cf. Grot. Hist. Gr. II p. 347 (vers. Germ. I p. 596). De *περί* vid. adn. 14, 2.

Cap. 6. § 1. **Ἑλλάς**. *Ἀντὶ τῶν Ἑλλήνων εἴρηται.* Alexand. *περὶ σχημ.* VIII p. 471 et Tiber. p. 574. Deinde **ἄφρακτοι οἰκήσεις**, propr. non munita domicilia, sunt *πόλεις ἀτείχιστοι*. Huc respicit Luci. Anach. 34 et Hesych. s. v. Tum **ἔφοδος** est commeatus, *ἐπιμειξία*, ut V 35, 8. — **ξυνήθη . . . ἐποιήσαντο** = *ξυνήθως μεθ' ὅπλων διῃτήθησαν*. De articuli collocatione praedicativa cf. Matth. Gr. § 277 b. Krueg. Gr. 50, 11 adn. 1. infra 19. 23, 1. 1. 70, 7 et supra adn. 1, 2. Attende aoristum *ἐποιήσαντο* post imperf. *ἐσιδηροφόρει*: hoc rei praeteritae diuturnitatem exprimit, ille rem praeteritam quae et ipsa diuturnitatem habeat ita comprehendit ut pro effectu vel eventu accipiatur. Perpetua enim arma gerendi necessitate effectum est ut vitam cum armis degere solerent. Similes aoristos habes 7. 93, 1. 99, 3. 109, 1, ubi cf. adn. — **ὥσπερ οἱ βάρβαροι**. „Ita Gallos armatos in concilium venire Livius auctor est XXI 20 init. Neque aliter Germani apud Tac. Germ. 13." Bau. Cf. Ammian. Marc. XXIII 75 et Luci. l. d.

§ 2. **ταῦτα . . . νεμόμενα**, quod hae Graeciae partes etiam nunc ita habitantur. Cf. adn. III 36, 2. IV 29, 3. Itaque articulus ante *νεμόμενα* abesse debet. — **ἐς πάντας**

www.libtool.com.cn

πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν. καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων διὰ τὸ ἁβροδίαιτον οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε

*ὁμοίων*. *Ἐς* ita dictum est, ut apud Tac. Hist. III 80 sacrum etiam in exteras gentes legatorum ius, ubi interpretes conferunt verba Cic. Verr. IV 11 gravis erit (auctoritas) apud socios, in exteras nationes, vel apud Tac. Ann. II 39 aetate et forma haud dissimili in dominum erat. Cf. Hand. Tursell. III p. 314 sq. infra I 33, 2. 91, 6. IV 92. VIII 46, 2.

§ 3. *ἐν τοῖς πρῶτοι*, inter primos. Cf. adn. III 17, 1. De re cf. Luci Anach. l. d. Proxima *ἀνειμένῃ ... μετέστησαν* interpretare remissiore vita (vita severioribus legibus non adstricta. Cf. II 37, 2. VII 69, 2) in mollius vitae genus transierunt. Neutrum, cuius in positivo pro substantivo abstracto usus statim illustrabitur, compara cum Latinis in melius mutari et in deterius Cf. Ritt. ad Tac. An. XIV 43 et Naegelsb. Praecept. serm. Lat. § 22. Sic Isocr. VII 5 *ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι* et *ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταπίπτειν* atque ibidem § 18 *ἐπὶ τὸ χεῖρον φέρεσθαι* et Strab. § 592 *ἡ τῶν ἠθῶν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετάστασις*. Britanni dicunt for the better et for the worse, Germani zum Besseren et zum Schlechteren. Similius etiam Thucydidi Ios. Ant. Iud. III 1, 5 *μετέβαλον ἐπὶ τὸ ἱλαρώτερον*, III 15, 2 *μετήγαγον εἰς τὸ ἡμερώτερον*, V 7, 7 *μεταβαλόμενος εἰς τὸ ἡμερώτερον*. Et praecipue Agath. Hist. II 12 *ἐς τὸ τρυφερώτερον τῆς διαίτης μεταβεβλῆσθαι*. Cf. ibidem II 20 init. Add. adn. VI 60, 2. I 10, 3. 21, 1. II 59, 3. VI 34, 7. — *καὶ οἱ πρεσβύτεροι ... φοροῦντες*, et qui ex opulentis (*εὐδαιμόνων*, ut alibi *ὄλβιοι* et interdum Latinum beatus) seniores (atque ea de causa morum veterum retinendorum studiosissimi) erant ob delicatum vitae genus non longum tempus est cum iis desierunt lineas tunicas gestare. De *αὐτοῖς* vid. Matth. Gr. § 389 g 1. Krueg. Gr. § 48, 12 adn. 2. Verba *διὰ τὸ ἁβροδίαιτον* dubitari potest utrum cum vv. *οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ ἐπαύσαντο* an cum *φοροῦντες* iungenda sint; illud tamen videtur probandum. Cf. Kaempf. spec. nov. interpr. Thuc. p. 7 sq. — *Οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ* interposita sunt ut *οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ* Isocr. V 47, *χρόνος οὐ πολὺς ἐξ οὗ* Dion. Hal. Ant. R. I 26, *ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολύς* Demosth. V 3. Cf. Matth. Gr. § 630 g. *Ἐπειδή* est idem atque *ἐξ οὗ*, ut infra § 5, *ὅτε* 18, 2, *ὡς* IV 90, 3, *ἐπεί*, quod sic legi apud Thuc. adnotat grammaticus in Bachm. Anecd. p. 227, VI 2, 5, interdum Lat. cum (vid. Kritz. ad Sall. Iug. 91, 1) et ut. Tempus illud non longum videtur id esse quod inter bella Medica et Peloponnesiacum interiectum fuit. Vid. Becker. Charicl. III p. 160. Periclis adeo vel belli Peloponnesiaci aetate rem factam esse affirmant. Vid. Paul. Encycl. phil. s. v. vestes (p. 2511). Antiquis igitur temporibus tunicae Atheniensium linteae erant, sicut Aegyptiorum, de quibus haec scribit Herodotus II 81 *ἐνδεδύκασι κιθῶνας λινέους ...· ἐπὶ τούτοισι δὲ εἰρίνεα εἵματα λευκὰ ἐπαναβληδὸν φορέουσι*. Postquam autem hae lineae tunicae geri desitae sunt, vestis virorum Graecorum lanea

www.libtool.com.cn

λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν· ἀφ᾽ οὗ καὶ Ἰώνων τοὺς πρεσβυτέρους κατὰ τὸ ξυγγενὲς ἐπὶ πολὺ αὕτη ἡ σκευὴ κατ-

Cap. 6. § 4. κατασκευὴ It. Vat. Dan. H. De κατα ex κατέσχεν perparam repetito cf. ad. 90, 2.

erat. Vid. Becker. l. d. p. 183 sq. De feminarum Atticarum vestitu mutato et lineis tunicis receptis vid. Herod. V 87. De Atheniensium et aliorum Graecorum vestitu universo vid. Wachsm. Antiqu. Gr. II § 119 et Beck. l. d. p. 157 sqq. — χρυσῶν τεττίγων. Erant aureae fibulae cicadarum formam habentes, innexae seu insertae cincinnis. Cf. Verg. Cir. 127 aurea sollemni comptum quem fibula ritu Cecropidae tereti nectebat dente cicadae. Iis priscos Athenienses ornatos fuisse cum alii praeter Thuc. testantur tum Aristophanes Equ. 1336. Cf. Ael. Var. H. IV 22. Athen. 512c. Isid. Hispal. XIX 30, 3. Voluisse eos hoc esse σύμβολον τοῦ γηγενεῖς εἶναι Eustath. ad Il. III 395 et schol. affirmant. Nuper tamen Helbig. (Comment. in hon. Momms. p. 618 sqq.) demonstrare studuit τέττιγας fuisse spiras metallicas quibus cincinni continerentur. Sed huic sententiae obstare ἐνέρσει ἀναδούμενοι in Mus. Rhen. XXXIII p. 625 sqq. recte exposuit Birt. Cui frustra oblocutus est Helb. ibidem XXXIV p. 485 *fuisse* etiam eiusmodi spiras fibulis instructas. Nam ne talibus quidem spiris insertis, sed amplexis revincitur cirrus. — ἐνέρσει. Ἔνερσις rarius nomen est, quod praeter eos qui nominati sunt in Steph. Thes. non sprevit Procop. p. 198. 201. — κρωβύλον. Quae forma huius comptionis fuerit parum certum est. Cf. interpr. Xenoph. Anab. V 4 13 et Heysch. Diligenter rem examinavit Thiersch. Act. Monac. III 2. Scholiastae alterius verba haec sunt: κρωβύλος ἐστὶν εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν ἀπὸ ἑκατέρων εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον· ἐκαλεῖτο δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν κρωβύλον, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος, τῶν δὲ παίδων σκορπίος; alterius haec: ἐμπλοκὴ ἀπὸ τοῦ μετώπου ἐπὶ κορυφὴν ἀνηγμένη. Stephanus igitur nodum capillorum a fronte in verticem reductorum interpretatur. Thierschio autem sunt capilli ex media fronte reducti et in multos cincinnos convoluti, qui ab aure ad aurem pertinentes frontis extremitatem occupent densa serie conexi. At Winckelmannus Monument. I 34 existimat esse capillum ad uvarum hederacearum similitudinem compositum. Add. Muell. Archaeol. § 330, 5. Helb. tamen in Com. in hon. Momms. p. 616 sq. ex antiquioribus artis monumentis ostendit fuisse cirrum a cervice in occipite vel in sincipite revinctum. Tutuli vocabulo expressit Portus. — Ἰώνων. Poll. VII 71 λινοῦς χιτών, ὃν Ἀθηναῖοι ἐφόρουν ποδήρη καὶ αὖθις Ἴωνες. Etiam cicadis Samios Iones ornatos fuisse ex Asio apud Athen. XII 30 docuit Thiersch. l. d. — τοὺς πρεσβυτέρους … αὕτη ἡ σκευὴ κατέσχεν. Σκευή feminae instar seniores vinctos tenuisse iisque firmiter adhaesisse per προσωποποιίαν dicitur, ut alibi πρόσωπα apud Thucydidem fieri τὰ πράγματα Dionysius Hal. p. 803 adnotat. Cf. II 18, 3. 36, 1. Verbum κατέσχεν proprie sonat occupavit; τὸ ξυγγενές hic ut

www.libtool.com.cn

ἔσχεν. μετρίᾳ δ' αὖ ἐσθῆτι καὶ ἐς τὸν νῦν τρόπον 4
πον πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντο καὶ ἐς τὰ
ἄλλα πρὸς τοὺς πολλοὺς οἱ τὰ μείζω κεκτημένοι
ἰσοδίαιτοι μάλιστα κατέστησαν. ἐγυμνώθησάν τε 5
πρῶτοι καὶ ἐς τὸ φανερὸν ἀποδύντες λίπα μετὰ
τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείψαντο. τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν
τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ
αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο, καὶ οὐ πολλὰ ἔτη

alibi (velut I 95, 1. III 86, 2. VI 6, 2. 76, 2) pro substantivo abstracto positum est, sicut paulo ante τὸ ἁβροδίαιτον. Cf. Matth. Gr. § 269, 1, infra 9, 2. 37, 2. 4. 39, 2. 68, 1. 69, 3. 76, 4.

§ 4. μετρίᾳ (tenui, simplici, „βραχείᾳ ἀναβολῇ, τρίβωνι, τριβωνίῳ“ (Beck. Charicl. III p. 172) aut interiecta inter asperam et delicatam) . . . πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντο. Disserit contra haec Mueller Dor. II p. 267, qui Thucydidem in eo errasse putat quod vestem lineam, amplam et in sinum artificiose complicatam antiquissimam Graecorum fuisse iudicaverit; hunc enim vestitum potius ab Ionibus Asiaticis Athenas transisse atque ibi circa tempus belli Pelop. rursus spretum esse. At haec refutata vide a Becker. l. d. p. 159 sq. Ad ἐς τὸν νῦν τρόπον simul audias οὔσῃ. Ἐς valet κατά, ut Lat. in modum dicitur. Vid. Hand. Turs. III p. 323. Aor. ἐχρήσαντο sensu incohativo accipiendus est, ita ut Lacedaemonii mediocrem vestem primi sumpsisse dicantur. — πρὸς τοὺς πολλοὺς . . . κατέστησαν. De πρός vid. Schoem. ad Plut. Ag. 7, 2. Videtur autem respici ad instituta Lycurgi, quibus aequalitas victus et cultus effecta est. Ceterum ex hac commemoratione ditiorum et pauperiorum apud Lacedaemonios vide quae colligat Grot. Hist. Gr. II p. 532 (vers. Germ. I p. 705), sed contra eum disserit Schoem. Recognit. quaest. de homoe. p. 28.

§ 5. ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι. Prorsus nudati sunt, ut essent sine subligaculo. Id enim esse hic γυμνοῦσθαι ex iis quae sequuntur apparet. Quare Thucydidi refragari Platonem Reip. p. 452 d falso arbitratur Muell. Dor. II p. 260; Plato enim Cretenses primos gymnasiis operam impendisse, non subligaculum ab iis primis depositum esse scribit. — ἐς τὸ φανερὸν ἀποδύντες cum emphasi videntur dicta esse pro vv. ἀποδύντες καὶ ἐς τὸ φανερὸν προελθόντες. Cf. ἀποδύεσθαι ἐς τὸ κοινόν Dio Chrysost. 65, 5 et III 27, 3, etsi alii ἐς τὸ φανερόν volunt esse φανερῶς. Cf. adn. 23, 6. Tum de λίπα vid. Krueg. Gr. § 20 et IV 68, 5, de re Kraus. Ars gymnast. Graec. I p. 361 et 502 sq. — τὸ δὲ πάλαι . . . ἠγωνίζοντο. Cf. Dion. Hal. Ant. VII 72. — Διάζωμα idem est quod plerique περίζωμα vocant, Homerus ζῶμα (Il. XXIII 683). Deinde περὶ τὰ αἰδοῖα frustra impugnat Cobet ad Hyperid. p. 65. Nam qua corporis parte subligaculis cincti fuerint ipsa quidem voce διαζώματα non exprimitur. Et pariter διάζωμα περὶ τὸ αἰδοῖον ἔχων Luci. Alex. 13. — οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυνται. Impersonalem vim traditae scripturae πέπαυνται tribuit Krueg. Gr. § 61, 5 adn. 6. Utrum, ut nos iussimus in ed. mai., τὸ διαζώ-

www.libtool.com.cn

ἐπειδὴ πέπαυνται. ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις ἔστιν οἷς νῦν, καὶ μάλιστα τοῖς Ἀσιανοῖς, πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθεται, καὶ διεζωμένοι τοῦτο
6 δρῶσιν. πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα τις ἀποδείξειε τὸ παλαιὸν Ἑλληνικὸν ὁμοιότροπα τῷ νῦν βαρβαρικῷ διαιτώμενον.

7. Τῶν δὲ πόλεων ὅσαι μὲν νεώτατα ᾠκίσθησαν καὶ ἤδη πλοϊμωτέρων ὄντων, περιουσίας

Cap. 6. § 5. πέπαυται codd. Cf. adn.

ματα ἔχοντας ἀγωνίζεσθαι simul audiendum an πέπαυνται legendum sit dubitat Ullrich. Symb. ad explic. Thuc. p. 17. Alterum probat Cobet et confirmatur dicendi consuetudine. Cf. adn. VII 56, 4. Quoniam autem primus nudus ad metam cucurrisse aut Acanthus Lacedaemonius (vid. Dion. Hal. l. d.) traditur, qui Olymp. XV διαύλῳ vicit (cf. Paus. V 9, 3), aut Orsippus Megarensis (vid. Paus. I 44), qui stadii victor (etsi scholiastes Hom. Il. XXIII et Eustathius ibid. ad v. 683 περίζωμα Orsippo Lacedaemonio potius causam cladis fuisse affirmant) ab aliis in eandem Olympiadem (ab Eustath. in XIV), ab aliis in Ol. XXXII refertur, negationem tollendam aut certe illa οὐ πολλὰ ἔτη non nimis urgenda, etsi vel saecula aliquot essent, nonnulli coniecerunt. At utrumque repugnat scriptoris consilio, qui toto hoc capite demonstrare vult Graecos diu barbarorum similes fuisse, quorum nonnullos etiamtum subligaculis cinctos certasse statim subicit, sicut aliam utrorumque similitudinem § 3 οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ sublatam dixit. „Potius inde ab Orsippo cursores deposuerunt subligacula, retinuerunt ceteri athletae, quibus id minus incommodum erat, ut luctatores, pugiles; hi paulo ante Thucydideam aetatem et ipsi abiecerunt.“ Boeckh. Inscript. I p. 555, qui persuasit Muellero Archaeol. § 336, 2, a quo minus recte de his verbis disputatum erat Dor. II p. 260 sq. — ἐν τοῖς βαρβάροις ἔστιν οἷς. Appositionis partitivae simile exemplum est VII 44, 8 οἱ ὕστερον ἥκοντες εἰσὶν οἳ. Minus certa res VII 11, 2. De ipsis vv. ἔστιν οἷς vid. Matth. Gr. § 482. Krueg. Gr. § 61, 5 adn. 3. — νῦν ab ἔτι δὲ καί ita avulsum est ut tum in Taciti verbis acri etiam populi Romani libertate tum Ann. XIII 50. — ἆθλα τίθεται, καὶ . . . τοῦτο δρῶσι. Oratio distracta pro hoc enuntiato: ἄθλων τιθεμένων … τοῦτο δρῶσι. De re vid. Becker. Charicl. II p. 173.

§ 6. πολλὰ . . . ἄλλα . . . ὁμοιότροπα. Accusativus inde explicandus quod dicitur δίαιταν διαιτᾶσθαι. Cf. VII 77, 2 πολλὰ δεδιῄτημαι. Tales accusativi ex figura etymologica contracta orti sunt apud Thuc. πολλὰ ἁμαρτόντες I 38, 6, ubi vid. adn., τὰ ἄλλα ξυνεπολέμει I 65, 1, ubi vid. adn., ταῦτα πλεονεκτεῖν IV 61, 5, πλείω εντυχήσας VI 23, 3, τὰ εἰκότα θαυμάζεσθαι I 38, 1, τὰ μέτρια διαφέρεσθαι IV 19, 4, ubi item vid. adn. Add. adn. VII 34, 6.

Cap. 7. πλοϊμωτέρων ὄντων. Cf. Vig. p. 137. Matth. Gr. § 443, 1 c et § 563. Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 13 et de plurali etiam adn. ad 1, 2 ἀδύνατα ἦν. Cf.

www.libtool.com.cn

μᾶλλον ἔχουσαι χρημάτων ἐπ' αὐτοῖς τοῖς αἰγιαλοῖς τείχεσιν ἐκτίζοντο καὶ τοὺς ἰσθμοὺς ἀπελάμβανον ἐμπορίας τε ἕνεκα καὶ τῆς πρὸς τοὺς προσοίκους ἕκαστοι ἰσχύος· αἱ δὲ παλαιαὶ διὰ τὴν λῃστείαν ἐπὶ πολὺ ἀντισχοῦσαν ἀπὸ θαλάσσης μᾶλλον ᾠκίσθησαν, αἵ τε ἐν ταῖς νήσοις καὶ ἐν ταῖς

Cap. 7. In plerisque mss. ἀντισχοῦσαι. Cf. adn.

8, 2 πλοϊμώτερα ἐγένετο, IV 20, 2 ἔτι δ' ὄντων ἀκρίτων et adn. II 3, 4. — περιουσίας ... ἐκτίζοντο. Opposita haec sunt verbis 2, 2 περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες ... καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων. Itaque male Herw. τείχεσιν ante τοὺς ἰσθμοὺς transposuit, quo facto nihil iam verbis ἀτειχίστων ἅμα ὄντων hic respondet. Praeterea 8, 3 eadem res verbis καὶ τείχη περιεβάλλοντο ὡς πλουσιώτεροι ἑαυτῶν γιγνόμενοι significatur. Nam manifestum est Th., postquam de antiquarum urbium situ locutus est, 8, 2 ad recentissimo tempore conditas redire, de quibus in initio cap. 7 dicere coepit. — τοὺς ἰσθμοὺς ἀπελάμβανον, proprie isthmos intercipiebant, muris exstructis ab utraque continente seiungebant (cf. IV 45), denique occupabant. De re cf. Wachsm. Antiq. Gr. II p. 9 et alibi. Exempla praeter notissimam Corinthum sunt Epidamnus (cf. 26, 2), Potidaea (56, 5), Methana (IV 45, 2). — ἕκαστοι. Relatum ad incolas, ut paulo post ἀνῳκισμένοι. Similiter ab urbibus ad incolas transitus fit VI 88, 8. 94, 1. VIII 64, 4 (cf. etiam adn. I 136, 1) atque alibi a navibus ad nautas. Cf. adn. I 110, 4. — ἐπὶ πολὺ ἀντισχοῦσαν, quae diu permansit. Haec enim notio verbo ἀντέχειν aliquotiens subiecta est. Cf. II 64, 5. VII 71, 5. Praestat tamen de re diuturna fortasse participium praesentis ἀντίσχουσαν. Contra leges grammaticas Class. haec verba, quae appositionis vice funguntur, pro attributo accipit. Cf. Annal. phil. a. 1863 p. 416. Male in plerisque mss. legitur ἀντισχοῦσαι. Quod si probaremus, Thucydides diceret veteres urbes fuisse haud procul a mari, sed exorta piratica, cum diu ei restitissent, in mediterranea translatas esse, donec tandem piratis per Minoem aliosque sublatis rursus in ipsis litoribus maris urbes conderentur. At haec explicatio historiae contraria est, cum Argos, Sicyonem, Mycenas, Cecropiam, Cadmeam aliasque vetustissimas Graeciae urbes aliquantum a mari afuisse constet. Respondit quidem Goeller scripturam ἀντισχοῦσαι historiae non repugnare doceri verbis καὶ μέχρι τοῦδε ἔτι ἀνῳκισμένοι εἰσί. At quomodo tandem inde quod urbes veteres non solum aliquanto procul a mari conditae sunt, sed etiam Thucydidis aetate mediterraneae erant colligas eas prius ad mare sitas fuisse et demum, cum diu ibi permansissent, in interiora terrae translatas esse? Ecquod eius rei exemplum notum est? — ᾠκίσθησαν. Aoristus post imperf. ἐκτίζοντο rem et ipsam identidem factam ita eventus notione comprehendit ut eam ante urbes recentissimo tempore conditas effectam fuisse exprimatur. Subsequitur infra perf. ἀνῳκισμένοι εἰσίν praesentem statum ex eadem re ortum describens. Cf. adn. 6, 1. — καὶ ἐν ταῖς ἠπείροις. Articulus similiter

www.libtool.com.cn


ἠπείροις (ἔφερον γὰρ ἀλλήλους τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ὄντες οὐ θαλάσσιοι κάτω ᾤκουν), καὶ μέχρι τοῦδε ἔτι ἀνῳκισμένοι εἰσίν.

1 8. Καὶ οὐχ ἧσσον λῃσταὶ ἦσαν οἱ νησιῶται, Κᾶρές τε ὄντες καὶ Φοίνικες· οὗτοι γὰρ δὴ τὰς πλείστας τῶν νήσων ᾤκησαν. μαρτύριον δέ· Δήλου γὰρ καθαιρομένης ὑπὸ Ἀθηναίων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ καὶ τῶν θηκῶν ἀναιρεθεισῶν, ὅσαι ἦσαν τῶν τεθνεώτων ἐν τῇ νήσῳ, ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες

Cap. 8. § 1. ᾤκισαν Vat. Aug. aliique pauci mss. Cf. ad. V 116, 4.

non iteratus est VII 7, 1 αἵ τε Κορινθίων νῆες καὶ Ἀμπρακιωτῶν καὶ Λευκαδίων. — ἔφερον· ἀντὶ τοῦ ἐλῄστευον schol., ut saepe ἄγειν καὶ φέρειν. Herw. ἔφθειρον coni., quod allatis 24, 4. III 92, 8 probat Philippius in Mus. Rhen. XXXVI p. 445. Sed cum φέρειν, quanquam cum alio accusativo iunctum, eandem diripiendi vim habeat in Eur. Hec. 804, ubi θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν legitur, et apud Polyb. XXIX 11, 10 atque cum eodem accusativo inveniatur φέρειν τε καὶ ἄγειν in verbis Herod. VI 42 ἵνα . . . μὴ ἀλλήλους φέροιέν τε καὶ ἄγοιεν, ubi cf. Stein., traditam scripturam servandam esse putamus. Ad hoc verbum autem repetendus nominativus οἱ λῃσταί vel οἱ λῃστεύοντες ex nomine λῃστείαν. — ὅσοι ὄντες οὐ θαλάσσιοι κάτω ᾤκουν, quicunque, quamvis rebus maritimis operam non darent, tamen ad mare habitabant. Pendent haec quoque ex ἔφερον. Cf. Krueg. Gr. § 51, 12 adn. 5. Θαλάσσιοι = χρώμενοι θαλάσσῃ 3, 5. Cf. 142, 7. Contra παραθαλάσσιοι 5, 1 sunt κάτω οἰκοῦντες. Κάτω ut 120, 2 et saepe. — ἀνῳκισμένοι εἰσίν, i. e. ἄνω οἰκοῦσι, loca mediterranea incolunt. Reisk. mavult ἄνω ᾠκισμέναι. Sine causa. Fort. respexit Hesych. ad h. l. ἀνῳκισμένος — ἄνω οἰκῶν. Suidas: ἀνῳκισμένος· ἐν τοῖς ἀνωτάτω γενηθεὶς ἢ ἄνω ὤν, ubi fort. leg. ἄνω οἰκῶν. Sic ἀνοικίζεσθαι, emigrare in regionem a mari remotam, 58, 2. Cf. VIII 31, 2. Ceterum ἀνῳκισμέναι recepit Class. Sed cf. adn. ad ἕκαστοι et perpende masculinum etiam propter interposita ἔφερον . . . ᾤκουν collocari facile potuisse.

Cap. 8. § 1. Κᾶρες. De Caribus insulanis et latissime olim propagatis vid. supra c. 4. Plass. Hist. Graec. ant. p. 181 sq. Uschold. Hist. Bell. Troi. p. 172 sq. Nieb. Hist. ant. I p. 103 et 254. A Phoenicibus Thasum (cf. Herod. II 44. VI 47) et alias insulas Graecas aliquando obsessas esse novimus. Cf. Plass. l. d. p. 99 sqq. Nieb. l. d. p. 254. Curt. Hist. Gr. I p. 32 sqq. — μαρτύριον δέ. Cf. adn. I 2, 6. Tum de Delo lustrata vid. III 104, 1. 2. — θῆκαι sunt conditoria, sepulcra. Cf. II 52, 4. III 104, 2. — ὑπὲρ ἥμισυ. Sic iterum sine articulo VIII 68, 4 et Xen. Anab. VI 2, 10, ubi vulgo ὑπερήμισυ, sed in Vat. separatur. Cf. ibi Kuehner adn. V 16, 3 et Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 16. Numeros verborum ὑπὲρ . . . ἐφάνησαν vituperat

www.libtool.com.cn

ἐφάνησαν, γνωσθέντες τῇ τε σκευῇ τῶν ὅπλων ξυντεθαμμένῃ καὶ τῷ τρόπῳ ᾧ νῦν ἔτι θάπτουσιν. καταστάντος δὲ τοῦ Μίνω ναυτικοῦ πλωϊμώτερα 2
ἐγένετο παρ' ἀλλήλους (οἱ γὰρ ἐκ τῶν νήσων κακοῦργοι ἀνέστησαν ὑπ' αὐτοῦ ὅτεπερ καὶ τὰς πολλὰς αὐτῶν κατῴκιζε), καὶ οἱ παρὰ θάλασσαν 3
ἄνθρωποι μᾶλλον ἤδη τὴν κτῆσιν τῶν χρημάτων ποιούμενοι βεβαιότερον ᾤκουν, καί τινες καὶ τείχη

ξυντεθαμμένοι nonnulli deteriores.

Quintil. Instit. IX 4, 78. — γνωσθέντες . . . ξυντεθαμμένῃ, agniti habitu armorum s. armatura, quippe quae cum iis sepulta esset. (Paulo aliter tamen Krueg. Stud. hist. II p. 207.) Quae hic plenius σκευὴ τῶν ὅπλων, plerumque (ut III 94, 4) simpliciter σκευή dicitur, etsi haec vox alibi cultum s. vestitum (I 6, 3. 130, 1) significat, quare ὅπλων καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα σκευῶν coniungit Thuc. VI 31, 3. De re haec adnotat schol.: Κᾶρες πρῶτοι εὗρον τοὺς ὀμφαλοὺς (τὰ ὄχανα debebat dicere. Cf. Herod. I 171 et ibi Wessel. Strab. p. 661. Heyn. ad Il. VIII 192) καὶ τοὺς λόφους. τοῖς οὖν ἀποθνήσκουσι συνέθαπτον ἀσπιδίσκιον μικρὸν καὶ λόφον, σημεῖον τῆς εὑρέσεως, καὶ ἐκ τούτου ἐγνωρίζοντο οἱ Κᾶρες· οἱ δὲ Φοίνικες ἐκ τοῦ τρόπου τῆς ταφῆς· τῶν ἄλλων γὰρ ἐπ' ἀνατολὰς ποιούντων ὁρᾶν τοὺς νεκροὺς οἱ Φοίνικες ἐξεπίτηδες ἐπὶ δύσιν. Qui quod de Phoenicibus addit huc non pertinet, cum de solis Caribus agatur, neque illi eo quod schol. affert facile videntur dignosci potuisse, cum eorum proprium non esset spectantes occidentem mortuos sepelire, sed idem mos sepulturae etiam apud Athenienses aliosque esset. Cf. Ael. Var. Hist. V 14. Plut. Sol. 10. Muell. Dor. II p. 401. Ceterum etiam de Caribus a schol. secuto Herodotum allata negat huc pertinere Camp. Obs. crit. p. 10 sq., sententiam putans hanc esse, Cares agnitos illa ipsa re fuisse quod arma in sepulcris eorum reperta essent; Graecos enim non fuisse solitos mortuis arma adicere.

§ 2. καταστάντος δέ. Redit scriptor ad ea quae cap. 4 et 7 exponere coeperat. — οἱ ἐκ τῶν νήσων κακοῦργοι ἀνέστησαν ὑπ' αὐτοῦ. De praep. ἐκ vid. Matth. Gr. § 596, 5 a. Krueg. Gr. § 50, 8 adn. 10. Cf. 18, 1. 37, 1. II 5, 7. 13, 2. 92, 7. III 22, 4. 32, 2. IV 8, 1 al., de vv. ἀναστῆναι ὑπό τινος Matth. Gr. § 495, 2. Krueg. Gr. § 52, 3 adn. 1. Cf. 12, 8. VI 2, 2. 4, 1 et ἐσπίπτειν 131, 2, κακοπαθεῖν 122, 3. Κακοῦργοι sunt piratae.

§ 3. μᾶλλον ἤδη. Cf. adn. 3, 2. — τὴν κτῆσιν . . . ποιούμενοι. Sic iterum 13, 1. Cf. adn. 68, 2. Etiam hoc enuntiatum cum καταστάντος δὲ τοῦ Μίνω ναυτικοῦ cohaerere interpunctione primus indicavit Classen. Nam orto Minois imperio maritimo et mare tutius factum est et orae maris. — τείχη περιεβάλλοντο, propr. moenia sibi circumdabant. — ὡς . . . γιγνόμενοι. Cf. adn. V 66, 4 et de πλουσιώτεροι ἑαυτῶν Matth. Gr. § 452. Krueg. Gr. § 49, 3. Non opus esse αὐτοὶ ἑαυτῶν, quod desiderat Herw.

www.libtool.com.cn


περιεβάλλοντο ὡς πλουσιώτεροι ἑαυτῶν γιγνόμενοι.
ἐφιέμενοι γὰρ τῶν κερδῶν οἵ τε ἥσσους ὑπέμενον
τὴν τῶν κρεισσόνων δουλείαν, οἵ τε δυνατώτεροι
περιουσίας ἔχοντες προσεποιοῦντο ὑπηκόους τὰς
4 ἐλάσσους πόλεις. καὶ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ μᾶλλον
ἤδη ὄντες ὕστερον χρόνῳ ἐπὶ Τροίαν ἐστράτευσαν.
1 9. Ἀγαμέμνων τέ μοι δοκεῖ τῶν τότε δυνάμει
προύχων καὶ οὐ τοσοῦτον τοῖς Τυνδάρεω ὅρκοις
κατειλημμένους τοὺς Ἑλένης μνηστῆρας ἄγων τὸν
2 στόλον ἀγεῖραι. λέγουσι δὲ καὶ οἱ τὰ σαφέστατα

conferens III 11, 1. VI 72, 4. VII 66, 8, ostendit Antiph. V 7. Cf. Preibisch. de compar. usu Thuc. p. 25 sq. — *ἐφιέμενοι γὰρ ... πόλεις*. Explicatur maxime, cur *βεβαιότερον ᾤκουν*. — *προσεποιοῦντο*, sibi adiungebant. Cf. II 30, 1 *ἐς τὴν ξυμμαχίαν προσεποιήσαντο*. Simillimum est *φίλους προσποιεῖσθαι* Herod. I 6. Xen. Hist. Gr. IV 8, 28.

§ 4. *καὶ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ μᾶλλον ἤδη ὄντες*, cum in hoc potius statu essent (quam in prisco illo), i. e. cum iam locupletiores essent et navigationi, quam Troianorum tempore invadendarum terrarum causam fuisse Sallustius meminit fragm. p. 1011, magis studerent. Cf. 3, 5 *ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν στρατείαν θαλάσσῃ ἤδη πλείω χρώμενοι ξυνεξῆλθον*, ad quae verba hic reditur. — *ὕστερον χρόνῳ*. Alibi *χρόνῳ ὕστερον*, ut I 64, 2. 100, 2. De *χρόνῳ* vid. Krueg. Gr. § 48, 2 adn. 10. Quando fere bellum Troianum fuisse Thucydides statuat, de eo cf. 12, 3. Io. Brandis de temporum Graecorum antiquissimorum rationibus p. 24. Ilium expugnatum esse 1183/82 aut 1184/83 a. Chr. postea censuit Eratosthenes.

Cap. 9. § 1. *δυνάμει ... ἄγων*. Usitatius haec sic dicerentur: *οὐ τοσοῦτον ... ἄγων ὅσον τῶν τότε δυνάμει προύχων*, nunc proprie illa *ὅσον ... προύχων* post *οὐ τοσοῦτον* denuo cogitanda sunt. Similiter *καὶ οὐ τὸ πλέον* postposita sunt I 74, 3. De re vid. Uschold. Hist. bell. Troi. p. 1 sqq. et de iureiurando quo a Tyndareo proci Helenae obstricti (*κατειλημμένοι*. Cf. IV 86, 1) esse dicuntur Apollod. III 10, 9. Paus. III 20, 9. Grot. Hist I p. 392 (vers. Germ. I p. 231).

§ 2. *οἱ τὰ σαφέστατα Πελοποννησίων ... δεδεγμένοι*, qui res certissimas s. maxime perspicuas (ex rebus) Peloponnesiorum memoriae traditas a maioribus acceperunt. Nec de traiectione nec de transmutatione verborum cogitandum esse cognoscitur ex his imitationibus: Dion. Cass. fragm. 5, *φασὶ δὲ οἱ τὰ σαφέστατα Σαβίνων εἰδότες* et 18, 5. Dion. Hal. Ant. Rom. V 18 *ὡς οἱ τὰ Ῥωμαίων σαφέστατα ἐξητακότες γράφουσι*. Koehlero, qui in commentatione quam de Th. archaeologia scripsit (Comment. in hon. Momms. p. 375) *Πελοποννησίων* pro genetivo partitivo accipit ex *οἱ δεδεγμένοι* apto (cf. adn. 126, 11) atque Argivos significari putat, quorum fabulas Th. ex Hellanici Argolicis cognoverit, non solum hae imitationes adversantur, sed etiam verborum collocatio. Utique Hellanicum h.

www.libtool.com.cn

Πελοποννησίων μνήμῃ παρὰ τῶν πρότερον δεδεγμένοι Πέλοπά τε πρῶτον πλήθει χρημάτων, ἃ ἦλθεν ἐκ τῆς Ἀσίας ἔχων ἐς ἀνθρώπους ἀπόρους, δύναμιν περιποιησάμενον τὴν ἐπωνυμίαν τῆς χώρας ἔπηλυν ὄντα ὅμως σχεῖν, καὶ ὕστερον τοῖς ἐκγόνοις ἔτι μείζω ξυνενεχθῆναι, Εὐρυσθέως μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὑπὸ Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος, Ἀτρέως δὲ μητρὸς ἀδελφοῦ ὄντος

Cap. 9. § 2. μείζω om. Aug. Cass. Cl. et alii nonnulli mss.

l. Th. potissimum auctorem fuisse eo intellegitur quod in rebus Atridarum cum Th. consentit, ut Class. animadvertit, illius fragm. 42. Ceterum vides Thucydidem memoria maiorum niti quidem, sed simul delectum rerum hoc modo posteris traditarum habere. — **Πέλοπα.** De hoc nunc consuli multi possunt, velut Thirlwall l. d. p. 73 sqq. Nieb. Hist. ant. I p. 250 et Script. min. I p. 370. Dunck. Hist. ant. V p. 64 sqq. Curt. Hist. Gr. I p. 84 sq. — **πλήθει χρημάτων.** Adversatur Thucydidi quodammodo Plutarchus in Thes. 3, sed Tantali certe, qui solet pater Pelopis vocari, divitiae in proverbii consuetudinem paene venerunt. — **ἃ ἦλθεν . . . ἔχων.** Similiter collocata verba reperiuntur 11, 2. V 7, 5. VI 37, 2. VIII 8, 1. 33, 1; contrariam collocationem habes IV 70, 1. Cf. Web. ad Demosth. c. Aristocr. 178. De ἐς ἀνθρώπους ἀπόρους, in terram hominum egenorum, cf. adn. 107, 2. — **τὴν ἐπωνυμίαν τῆς χώρας...σχεῖν,** propr. denominationem regionis consecutum esse, i. e. obtinuisse hunc honorem ut regio cognomen a se acciperet. — **ξυνενεχθῆναι,** quod plerumque est accidisse, hic transit in vim verborum obtigisse, obvenisse. Cf. exempla a Krueg. allata Herod. IV 157. Eur. Heracl. 919. Non credimus enim mente repetendum esse remotum χρήματα, quod ii videntur fecisse quos ex Thucydide afferre συμφέρειν χρήματα pro cumulare pecuniam affirmat Steph. in Thes. v. συμφέρω. — **ἐν τῇ Ἀττικῇ.** Latius Atticae nomen (quod etiam Aristid. Panath. I p. 116 in hac re commemorat) videtur accepisse; saltem ad Scironidas rupes rem evenisse magno consensu narrant alii scriptores. Vid. Elmsl. ad Eur. Heracl. 860. Illa autem aetate Megaris sane pars fuit Atticae. — **ὑπὸ Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος.** Ab Hyllo, Herculis filio, Eurystheum caesum esse dicunt Diod. IV 57, 6 et Apollod. II 8, 1, ubi vid. interpr. Ab Iolao id factum esse tradunt Paus. I 44, 4 et Strab. p. 377. Captum Eurystheum esse ab Iolao Euripides in Heracl. et Isocr. IV 59, nisi quod hic Iolaum non nominat, affirmant, cuius dissensus causam explicat Pflugk. ad Eur. Heracl. p. 8. Cf. Muell. Dor. I p. 54 sq. — **Ἀτρέως δὲ κ. τ. λ.** Concinnior oratio esset, si Thucydidi placuisset sic scribere: Ἀτρέως δέ, ἅτε μητρὸς ἀδελφοῦ ὄντος αὐτῷ, ἐπιτραπέντος Μυκήνας τε καὶ τὴν ἀρχήν. Eurysthei mater, soror Atrei, a schol. Astydamia, ab Apollod. II 4, 5 Nicippe nominatur, eidemque etiam alia nomina tribuuntur.

www.libtool.com.cn


αὐτῷ καὶ ἐπιτρέψαντος Εὐρυσθέως, ὅτ' ἐστράτευε,
Μυκήνας τε καὶ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ οἰκεῖον Ἀτρεῖ
(τυγχάνειν δὲ αὐτὸν φεύγοντα τὸν πατέρα διὰ τὸν
Χρυσίππου θάνατον), καὶ ὡς οὐκέτι ἀνεχώρησεν
Εὐρυσθεύς, βουλομένων καὶ τῶν Μυκηναίων φό-
βῳ τῶν Ἡρακλειδῶν καὶ ἅμα δυνατὸν δοκοῦντα
εἶναι καὶ τὸ πλῆθος τεθεραπευκότα τῶν Μυκη-
ναίων τε καὶ ὅσων Εὐρυσθεὺς ἦρχε τὴν βασιλείαν
Ἀτρέα παραλαβεῖν καὶ τῶν Περσειδῶν τοὺς Πε-
3 λοπίδας μείζους καταστῆναι. ἅ μοι δοκεῖ Ἀγα-
μέμνων παραλαβὼν καὶ ναυτικῷ δὲ ἅμα ἐπὶ πλέον
τῶν ἄλλων ἰσχύσας τὴν στρατείαν οὐ χάριτι τὸ
4 πλεῖον ἢ φόβῳ ξυναγαγὼν ποιήσασθαι. φαίνεται
γὰρ ναυσί τε πλείσταις αὐτὸς ἀφικόμενος καὶ
Ἀρκάσι προσπαρασχών, ὡς Ὅμηρος τοῦτο δεδή-
λωκεν, εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. καὶ ἐν τοῦ
σκήπτρου ἅμα τῇ παραδόσει εἴρηκεν αὐτὸν

§ 3. καὶ ναυτικῷ τε codd., nisi quod τε om. Reg. Cf. sd. VI 44, 4. L. Herbst. in Philol. XXIV p. 719.

Vid. Heyn. ad Apollod. l. d. et ad Il. t. VI p. 630. — κατὰ τὸ οἰκεῖον valent propter necessitudinem. Cf. κατὰ τὸ ξυγγενές 6, 3. — τυγχάνειν . . . θάνατον. Haec in parenthesim nunc redegimus, quo clarius appareret interposita hac sententia factum esse ut enuntiatum non iam ex instituto sic procederet: Ἀτρέως δὲ . . ., ὡς οὐκέτι ἀνεχώρησεν Εὐρυσθεύς, τὴν βασιλείαν παραλαβόντος. Similes structurae mutationes habes 18, 1. 25, 4. IV 40, 2. 73, 4. VI 33, 2. Chrysippum ab Atreo eiusque fratre Thyeste, quos mater Hippodamia in privignum Pelopi carissimum incitavisset, interfectum esse docet Hellanicus apud schol. Hom. Il. II 105. Alii paulo alia de hac nece narrant. — οὐκέτι. Haereas forsitan in hac particula, et Krueger olim pro οὐκέτι ἀνεχώρησεν coniecit οὐκ ἐπανεχώρησεν, vulgatum tamen defendi verbis 91, 3 significavit. Cf. 143, 4. — βουλομένων — καὶ . . . δοκοῦντα. Cf. adn. 65, 1. — Περσειδῶν. Eurystheus enim filius Stheneli, Persei nepos fertur fuisse. Cf. Apollod. II 4, 5 et de omni re Mueller. Dor. I p. 57.

§ 3. ἰσχύσας. Cf. adn. 8, 2. — οὐ χάριτι τὸ πλεῖον ἢ φόβῳ. Obloquitur Thuc. his Homero, qui Graecos χάριν Ἀτρείδῃσι φέροντας ad Troiam mortem occubuisse dicit Od. V 307. Cf. Nitzsch. ad Hom. Od. III 104. — τὸ πλεῖον = μᾶλλον. Cf. adn. 13, 5.

§ 4. ναυσὶ πλείσταις. Centum. Vid. Il. II 576. — Ἀρκάσι προσπαρασχών. Vid. Il. II 612—614. Fuisse naves sexaginta dicuntur ibid. 610. — εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. Homeri enim fides et auctoritas a Thuc. in rebus historicis non magna iudicabatur. Cf. 10, 3. II 41, 4. VI 2, 1. De imitatoribus

www.libtool.com.cn

πολλῇσι νήσοισι καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν· οὐκ ἂν οὖν νήσων ἔξω τῶν περιοικίδων (αὗται δὲ οὐκ ἂν πολλαὶ εἶεν) ἠπειρώτης ὢν ἐκράτει, εἰ μή τι καὶ ναυτικὸν εἶχεν. εἰκάζειν δὲ χρὴ καὶ ταύτῃ τῇ στρατείᾳ οἷα ἦν τὰ πρὸ αὐτῆς.

10. *Καὶ ὅτι μὲν Μυκῆναι μικρὸν ἦν, ἢ εἴ τι τῶν τότε πόλισμα νῦν μὴ ἀξιόχρεων δοκεῖ εἶναι,*

formulae ipsius cf. Ael. Var. hist. II 41. VIII 6 et Ell. ad Arr. V 4, 5. — *ἐν τοῦ σκήπτρου τῇ παραδόσει.* I. e. eo loco, quo poeta fingit Agamemnoni sceptrum traditum esse et omnino successionem sceptri per maiores Agamemnonis enarrat, Il. II 101—109. — *πολλῇσι νήσοισι.* „Quae insulae istae fuerint quaestio proponitur. Argolicae puto [quae statim *περιοικίδες* vocantur] et quae in mare Aegaeum proiectae iacent.“ Muell. Aegin. p. 24, ubi vide plura. Cf. Eustath. ad Il. II 108. — *ἔξω τῶν περιοικίδων*, praeter finitimas. Cf. 10. V 26, 2. 97, 1. Schol. *ἐπέκεινα τῶν ἐν τῇ περιοχῇ τοῦ Ἄργους νήσων.* Quales sunt Calauria, Hydrea, Tiparenus, Cecryphalea, fortasse Aegina, quanquam de hac dubitat Mueller l. d. — *ἐκράτει . . . εἶχεν.* De imperfecto pro aoristo in re quae diuturnitatem habeat posito vid. Matth. Gr. § 508 b. Krueg. Gr. § 54, 9 adn. 8. Frustra ad *οὐκ ἂν εἶεν* Krueg. Herod. I 2, 1 comparat et Herm. de *ἄν* part. p. 169. Nam ad praesens tempus refertur.

§ 5. *εἰκάζειν δὲ χρή*] *εἰ γὰρ τὰ οὕτως ὑμνούμενα εὐτελῆ* (proprie *εὐτελέστερα τῆς φήμης* secundum 11, 3) *ἦν, πόσῳ μᾶλλον τὰ πρὸ αὐτῶν.* Schol. De dativo vid. Matth. Gr. § 396, 2.

Cap. **10.** § 1. *ὅτι μὲν Μυκῆναι μικρὸν ἦν. Μέν* solitarium ex mutata § 3 syntaxi explicatur. Contrariam sententiam verbis *νομίζειν δὲ κ. τ. λ.* contineri recte iudicat Class. De singulari *ἦν* vid. Matth. Gr. § 305. Krueg. Gr. § 63, 6, de neutro *μικρόν* Matth. Gr. § 437, 5. Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 11. Simillimum est 138, 5 et quod Krueg. affert Eur. Andr. 209 *ἡ Λάκαινα μὲν πόλις μέγ' ἐστί.* Totum enuntiatum (quod noli ex *σημείῳ* suspensum pro *τοῦ μὴ μικρὸν γενέσθαι* dictum putare) valet proprie quia Mycenae (Thucydidis aetate dirutae, cf. Strab. p. 377. Diod. XI 65) parvae erant. Id autem esse quia Mycenas parvas fuisse ex adspectu urbis videtur constare inde apparet quod statim Thuc. negat ex adspectibus quos dirutae urbes praebeant de earum vel magnitudine (i. e. potentia) vel exiguitate recte iudicari posse. Dixit autem erant, non fuerint, quod ipsi de re persuasum erat. Ceterum si quis magnificentiam parietinarum huius urbis ab iis qui per Graeciam itinera fecerunt, ut ab Gell. Mor. p. 162 sq. et Leak. Pelop. II p. 365 sqq. (cf. Curt. Pelop. II p. 406 sqq.) et novissimo tempore a Schliemanno, qui magnam earum partem eximio cum successu effodit, in libro quem de Mycenis scripsit depictarum, thesaurum Atrei, moenia Cyclopia, similia opponat, quibus et Pausaniae (II 15. 16) testimonio Strabo *μηδ' ἴχνος εὑρίσκεσθαι τῆς Μυκηναίων πόλεως* p. 372 affirmans et auctores epigrammatum *καὶ ἀμαυ-*

www.lib...cn


οὐκ ἀκριβεῖ ἄν τις σημείῳ χρώμενος ἀπιστοίη μὴ
γενέσθαι τὸν στόλον τοσοῦτον ὅσον οἵ τε ποιη-
2 ταὶ εἰρήκασι καὶ ὁ λόγος κατέχει. Λακεδαιμονίων
γὰρ εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ τά τε ἱερὰ
καὶ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλὴν ἂν οἶμαι
ἀπιστίαν τῆς δυνάμεως προελθόντος πολλοῦ χρό-
νου τοῖς ἔπειτα πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν εἶναι (καί-
τοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας

Cap. **10.** § 2. Pro *μοίρας* in nonnullis libris depravatis *δυνάμεις* legitur ortum procul dubio, cum *δύο* bis legeretur, ex ipso *δυομοίρας*.

*ροτέρη παντὸς ἰδεῖν σκοπέλου* et *αἰπολίου παντὸς ἐρημοτέρην* vocantes Ant. Pal. IX 28. 101 similiaque 102—104 scribentes satis refutentur, cumque Thucydidis aetate plures etiam et splendidiores parietinas et ruinas superfuisse necesse sit, si quis eas spectantibus potius maximas Mycenas iudicandas fuisse contendat, is neque magnum spatium amplecti istas reliquias (cf. Curt. l. d. p. 406) et moenia Cyclopia etiam Tirynthe et in aliis urbibus quas nemo potentes fuisse credit inventa atque artis et assiduitatis fabrorum et regum dominationum severarum potius quam potentiae civitatum documenta esse, denique amplitudinem Mycenarum cum Athenis comparatam non potuisse non exiguam videri cogitet. — *ἀπιστοίη μὴ γενέσθαι.* Cf. Matth. Gr. § 534 adn. 4. Krueg. Gr. § 67, 12. adn. 3. II 102, 2. IV 40, 2; *σημεῖον* ipsum est *τοῦ μὴ γενέσθαι* cet. — *κατέχει* intransitive (cf. III 89, 2. IV 32, 2. VIII 28, 2) dictum, ut apud Liv. XXI 46, 10 et alios obtinet, h. e. percrebescit, quemadmodum iterum 11, 3. Cf. Krueg. Gr. § 52, 1 adn. 3.

§ 2. *Λακεδαιμονίων γὰρ εἰ ἡ πόλις.* „Commoda collocatio nominis praecipui de quo agitur; idem est ac si dicat: vel Lacedaemoniorum urbs exemplo sit; quibus deinde Athenas opponit.“ Bau. Similiter alibi ob causas oratorias coniunctiones postponuntur, qua de re cf. adn. IV 4, 1. — *ἐρημωθείη.* Id accidisse huic urbi constat, de cuius parietinis cf. Curt. Pelop. II p. 222 sqq. (qui vaticinium Thucydidis eventu comprobari docet p. 224). — *τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη.* De integritate verborum dubitari non posse ex Procop. Goth. p. 319 extr. Agath. II 15. Liban. (de quo vid. Steph. Thes.) cognoscitur. *Κατασκευὴ* autem quanquam plerumque et in singulari (I 89, 3. II 5, 4. 14, 1) et in plurali (II 38, 1. 65, 2. IV 31, 3) supellectilem, vasa, significat atque ab *οἶκος*, *οἰκία*, *οἰκοδομή*, similibus Thuc. II 14, 1. 65, 2. Xen. Cyr. VII 5, 72 distinguitur, tamen etiam totam domus instruendae rationem *(die häusliche Einrichtung)* et ipsa aedificia atque opera urbem habitabilem reddentia atque exornantia (schol. Cass. *κτίσματα*) videtur designare. Similis enim vis huic voci VI 17, 3 tribuitur atque a nonnullis II 16, 1, et *κατασκευάζεσθαι* scholiastes II 17, 3 interpretatur *κατασκευὰς καὶ οἰκήματα ποιήσασθαι.* *Τὰ ἐδάφη* autem sunt fundamenta. — *κλέος* noli poëticum existimare. Usi sunt eodem vocabulo Xenophon, Plato, Lysias al. — *Πελοποννήσου*

www.libtool.com.cn

νέμονται τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται καὶ τῶν ἔξω ξυμμάχων πολλῶν· ὅμως δέ, οὔτε ξυνοικισθείσης <τῆς> πόλεως οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτε-

*τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας.* De articulis vid. Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 8. Quinque Peloponnesi partes schol. Laconicam, Arcadiam, Argolidem, Messeniam, Elidem dicit esse. Quibus quoniam Achaia tanquam sexta adnumerari solet, Thucydidem omnino non de civili divisione cogitasse, sed nihil aliud significare quam, si Peloponnesus in quinque partes propemodum aequales discripta cogitetur, Lacedaemonios duas possidere coniecit Bred. Aliter quidem Paus. V 1, 1 *ὅσοι δὲ Ἑλλήνων Πελοποννήσου πέντε εἶναι μοίρας καὶ οὐ πλείονάς φασιν, ἀνάγκη σφᾶς ὁμολογεῖν ὡς ἐν τῇ Ἀρκάδων οἰκοῦσιν Ἠλεῖοι καὶ Ἀρκάδες, δευτέρα δὲ Ἀχαιῶν, τρεῖς δὲ ἐπὶ ταύταις αἱ Δωριέων.* Sed Pausaniae iudicio non usquequaque fidem habendam et iis qui Peloponnesum in quinque partes diviserint Laconicam cum Messenia unam visam esse efficere studet Salomon de Thuc. et Herod. quaest. hist. p. 4. Bredovii explicationem praeter Cob. ad Hyper. p. 63 et in Mnemos. nov. ser. VIII p. 68 sequitur etiam Curtius Pelop. p. 93. Et Salomon pergit p. 6: „Iam vero ... superest ut veram esse Thucydideam computationem ostendatur. Ac Mannertum quidem totius paeninsulae Peloponnesicae magnitudinem ex CCCL fere miliariis geographicis constare existimantem (Geogr. VIII p. 348) parum accurate subduxisse calculos ex ipsius verbis facile cognosci potest. Etenim si, quae de singularum Peloponnesi partium spatiis disseruit, eorum summam confeceris, iam CCCLXXXIX circiter miliaria geographica efficientur. Cum vero Laconica ac Messenia paulo plus CL miliaria geographica complectatur (Mannert. l. c. p. 529 et sqq.), si toti Peloponneso fere CCCLXXXX adsignaveris, hac quoque re accuratissimam Thucydidis diligentiam rursus agnoscas oportet." — *τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται.* Excipiendum esse Argos docet Ullr. l. d. p. 124 sq., qui de hoc loco consulendus est. Non magis accuratum est quod saepius Peloponnesii dicuntur Lacedaemonii eorumque socii. Ceterum ex his verbis Ullr. l. l. efficere voluit hunc locum non posse toto bello confecto scriptum esse; dicendum enim fuisse *τῆς τε ξυμπάσης Ἑλλάδος ἡγοῦνται.* Sed tantum abest ut Th. sic dicere debuerit ut, si rem accurate expressurus esset, ne potuerit quidem. Nam quod Lacedaemonii *πάσης τῆς Ἑλλάδος προστάται* vocantur (Xen. Hist. Gr. III 1, 3. Anab. VI 6, 12. VII 1, 30), hoc non eam vim habet ut Graeciae totius summam imperii tum Lacedaemonii habuisse dicantur. Quorum enim habuerint dictum est a Xen. Anab. VII 1, 28 his verbis: *Λακεδαιμονίοις μὲν καὶ τῶν ἀρχαίων συμμάχων ὑπαρχόντων, Ἀθηναίων δὲ καὶ οἳ ἐκείνοις τότε ἦσαν σύμμαχοι πάντων προσγεγενημένων*; fuerunt autem, velut Aetoli et Thessali (cf. adn. II 22, 3), qui neque Lacedaemoniorum neque Atheniensium ex societate imperio parerent. — *τῶν ἔξω ξυμμάχων.* Cf. II 9. — *πολλῶν*, i. e. *πολλῶν ὄντων.* Cf. adn. V 75, 4. Errat igitur Cobet. ad Hyper. p. 62. — *οὔτε ξυνοικισθείσης <τῆς> πόλεως.* Si *πόλεως* velis esse genetivum subiecti, haeremus in omisso articulo, cuius apud *πόλις* praetermissi reliqua exempla Thucydidea (velut II 72, 3. VI 62, 2. VIII 67, 2) satis ex-

www.libtool.com.cn


λέσι χρησαμένης, κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθείσης, φαίνοιτ' ἂν ὑποδεεστέρα), Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων διπλασίαν

cusantur iis quae exponit Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 15 et 3 adn. 8. Videtur igitur Classeno *πόλεως* esse genetivus praedicati et ex superioribus mente repetenda esse *Λακεδαιμονίων τῆς πόλεως*. Sed neque perspicuitatem haec ratio habet et satis mirum est *ἡ πόλις πόλις ξυνοικίζεται*. Obscurior etiam et durissima est Seidleri apud Krueg. explicatio, qui genetivum *πόλεως* ab *ἡ δύναμις* ad *φαίνοιτ' ἂν ὑποδεεστέρα* subaudiendo pendentem facit. Interpreti *πόλεως* auctore Hermanno tribuit Herw. Sed postquam propius praecessit *τῆς δυνάμεως* et *Πελοποννήσου* quodque ad *Πελ.* refertur *τῆς ξυμπάσης*, aegre et non sine magna obscuritate ex remotiore *εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη* suppletur *ἡ πόλις*, praesertim cum ad *φαίνοιτ' ἂν ὑποδεεστέρα* certe *ἡ δύναμις* subaudiendum sit. Cum autem *τῆς* post *σης* facile evanescere potuerit, quidni cum Steph. *τῆς πόλεως* rescribamus? Ita omnis sublata est difficultas. Quaeritur autem sitne hic *ξυνοικίζεσθαι*, ut plerumque (cf. adn. II 15, 2), in unam civitatem colligi. Cui explicationi videtur obstare quod apud Lacedaemonios, ut iam ab antiquissimis temporibus (quare apud Strabonem iam Procles Spartam dicitur *συνοικίσαι* p. 481), ita saltem aetate belli Pelop. profecto una civitas et urbs praecipua fuit. Verum est quidem hanc in quattuor vicos discretam fuisse (cf. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 373 et Herm. Antiqu. Gr. I § 24); sed haec divisio, solum topographica et civilis quo minus urbs diruta magna et potens videretur non potuit prohibere. Plerique igitur *ξυνοικισθῆναι* hic malunt esse c o a e d i f i c a t u m e s s e, a e d i f i c i a c o n t i n u a h a b e r e. Dixerit quidem quispiam urbem continuas domos non habentem, si eversa fuerit, facilius maiorem quam minorem videri posse, si totum spatium eius domibus refertum fuisse existimetur. Sed et vicissim verendum est ne magna pars illius spatii per quod domus dispersae fuerint urbis non fuisse putetur et magna existimari talis urbs ideo nequeat quia pauciores incolas habeat; praeterea totum hoc structurae genus, praesertim cum domus moenibus non comprehenderentur, quibus Spartam ante Alexandri M. tempora cinctam non esse constat, paupertatis et vilitatis documentum videri poterat. — *κ α τ ὰ κ ώ μ α ς . . . ο ἰ κ ι σ θ ε ί σ η ς*. Cf. 5 1 et ibi adn. — *ὑ π ο δ ε ε σ τ έ ρ α*, scil. *ἡ δύναμις*. Nam haec principalis totius comprehensionis est notio, quoniam de urbium potestate ex earum magnitudine metienda sermo est. Iniuria dubitat Class. num de potestate de qua cogitando iudicium fiat *φ α ί ν ο ι τ' ἂν ὑποδεεστέρα* dici possit. Nam pariter *φαίνεσθαι* cum solo adiectivo ad considerantium existimationem pertinet 95, 2. III 11, 2. 44, 2. Atque externam urbis desertae speciem considerantibus talis revera urbs a p p a r e a t. Idem quod hic *φαίνεσθαι* infra est *εἰκάζεσθαι ἀπὸ τῆς φ α ν ε ρ ᾶ ς ὄψεως* pariter ad *δύναμιν* relatum. Ad comparativum ex iis quae sequuntur repete *ἢ ἔστιν*. Iudicium Thucydidis confirmari adspectu urbis praesenti discas ex Fiedleri Itin. Graec. I p. 321 sq. et Curt. l. d. p. 224. Antiquam Spartam post Paus. depinxit Leak. Pelop. I p. 160 sqq. Burs. Geogr. II p. 119 sqq. C i r c u i t u eius magnitudinem aestimandam

www.libtool.com.cn

ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως
τῆς πόλεως ἢ ἔστιν. οὔκουν ἀπιστεῖν εἰκὸς οὐδὲ 3
τὰς ὄψεις τῶν πόλεων μᾶλλον σκοπεῖν ἢ τὰς δυνάμεις, νομίζειν δὲ τὴν στρατείαν ἐκείνην μεγίστην μὲν γενέσθαι τῶν πρὸ αὐτῆς, λειπομένην δὲ τῶν νῦν, τῇ Ὁμήρου αὖ ποιήσει εἴ τι χρὴ κἀνταῦθα πιστεύειν, ἣν εἰκὸς ἐπὶ τὸ μεῖζον μὲν ποιητὴν ὄντα κοσμῆσαι, ὅμως δὲ φαίνεται καὶ οὕτως ἐνδεεστέρα.
πεποίηκε γὰρ χιλίων καὶ διακοσίων νεῶν τὰς μὲν 4

§ 3. στρατείαν Cass. Ven. al., quod ob superiora (3, 5. 9, 3. 5) placet; vulgo στρατιάν. Tum Bekk. αὐτῆς, quod commendatur scriptura plurimorum librorum mss. 50, 2. Cf. tamen imitatores Dion. Ant. IX 13. Dion. Cass. L 6, 2 et adn. 17, 1.

esse negat Polyb. IX 21. — εἰκάζεσθαι. Ex superioribus mente iterandum οἶμαι. Ipsum εἰκ. valet νομίζεσθαι, δοκεῖν, ut VI 31, 4. — ἀπό unde iudicium fiat hic et 21, 2. II 48, 3. III 38, 4 indicat. — ἢ ἔστιν h. l. dixit Th., non ut supra πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν, quod κλέος famam significat res in maius augentem, non deminuentem. Variavit autem ita sermonem ut rem comparatam priore loco ex opinione τῶν ἀπιστούντων exprimeret (hi enim veram Lacedaemoniorum potestatem famae tribuunt), altero ipsam significaret. Hoc discrimen neglexit Steup. Quaest. Thuc. p. 5, qui inde quod Th. veram Atheniensium condicionem non discernat ab eorum fama fractas opes superante colligit hunc locum non posse finito bello Deceleico scriptum esse. Sed ἢ ἔστιν nihil nisi veram Atheniensium potestatem significat eoque differt a verbis ἢ πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν, quae eandem qualis diffidentibus esse videatur designant. Ac profecto in fractas opes etiam magis quam in integras valebat discrepantia quam inter apertam Atheniensium urbis speciem eorumque potestatem intercessisse Th. dicit.

§ 3. μεγίστην τῶν πρὸ αὐτῆς. Cf. adn. 1, 1. — λειπομένην. Cf. Krueg. Gr. § 47, 19 et I 144, 5. V 69, 1. VI 72, 2. VII 70, 3. — ἥν. Pronomen relativum, ut 12, 2 et 46, 4 ad remotius nomen στρατ. referri alterum membrum, nisi in eo ἐνδεέστερα secutus Campium I p. 13 sq. legere mavis, redundantia verborum quae oritur relativo ad ποιήσει tracto atque ipsum dicendi genus ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμῆσαι, in maius celebrare, docet. Relativum etsi minus saepe quam apud Latinos in demonstrativum et particulam aliquam resolvi potest, tamen interdum eatenus id fit quatenus ad remotius nomen spectat. Cf. 144, 5. IV 26, 4. Formula ἐπὶ ... κοσμ. redit 21, 1, similes leguntur VIII 74, 3. VI 34, 7, ubi cf. adn., et supra 6, 3. — ὅμως δὲ ... ἐνδεεστέρα. De omisso nominativo pron. relativi cf. Krueg. Gr. § 60, 6 adn. 1.

§ 4. χιλίων καὶ διακοσίων] ὁ μὲν Εὐριπίδης καὶ Λυκόφρων χιλίας ναῦς λέγουσι τὸν Ἀγαμέμνονα ἀγαγεῖν, ὁ δὲ Ὅμηρος χιλίας ἑκατὸν ἑξήκοντα

www.libtool.com.cn

Βοιωτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν, τὰς δὲ Φιλοκτήτου πεντήκοντα, δηλῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰς μεγίστας καὶ ἐλαχίστας· ἄλλων γοῦν μεγέθους πέρι ἐν νεῶν καταλόγῳ οὐκ ἐμνήσθη. αὐτερέται δὲ ὅτι ἦσαν καὶ μάχιμοι πάντες, ἐν ταῖς Φιλοκτήτου ναυσὶ δεδήλωκεν· τοξότας γὰρ πάντας πεποίηκε τοὺς προσκώπους. περίνεως δὲ οὐκ εἰκὸς πολλοὺς ξυμπλεῖν ἔξω τῶν βασιλέων καὶ τῶν μάλιστα ἐν τέλει, ἄλλως τε καὶ μέλλοντας πέλαγος περαιώσεσθαι μετὰ

(Eustath. ad Il. II 858 *ὀγδοήκοντα*) ἕξ. Schol. Bis septem venere minus quam mille ducentae etiam Epitom. Il. Hom. 221. Ex hoc dissensu Sengeb. l. l. I p. 142 Thucydidem aut nonnullos numeros apud poëtam aliter legisse aut in addendo fuisse lapsum colligit. Immo summatim numerum videtur complexus esse, ut alii. Cf. Stanl. ad Aesch. Agam. 45. Gierig. ad Ov. Met. XII 7. — *τὰς μὲν Βοιωτῶν . . . τὰς δὲ Φιλοκτήτου.* De illis vid. Il. II 510, de his II 719. — *δηλῶν . . . ἐμνήσθη.* De eo non videri cogitasse poetam respondet Roscher de vit. Thuc. p. 134. Quid quod in Ithacensibus navibus vigeni tantum videntur fuisse? Vid. Od. I 280. IV 669. Cf. etiam Il. I 309. Ingeniosissimam tamen scriptoris coniecturam hanc esse, *ἐν νεῶν καταλόγῳ* autem addita videri, quia etiam numerus hominum qui in singulis Achillis navibus fuerint commemoretur, explicat Salomon l. d. p. 7. — *αὐτερέται.* Pollux I 95 *αὐτερέτας Θουκυδίδης ὠνόμασε τοὺς καὶ ἐρέττοντας καὶ μαχομένους.* Itaque omitti poterat *καὶ μάχιμοι*; sed nautas simul pugnasse quanquam ex ipso *αὐτερέται* cognoscitur, tamen etiam distinctius addito *καὶ μάχιμοι* scriptor significavit, praesertim cum sic aptius se applicaret ad ipsa Homeri verba rem duobus membris sic indicantis in Il. II 719 sq.: *ἐρέται δ' ἐν ἑκάστῃ πεντήκοντα ἐμβέβασαν, τόξων εὖ εἰδότες ἶφι μάχεσθαι.* Temere *καὶ μάχιμοι* interpreti tribuit Herw. propter Poll. l. l. et Procop. B. Vand. I 2. B. Goth. IV 20, ex quibus locis de hoc loco eo minus iudicari potest quod *αὐτερέται* etiam III 18, 4. VI 91, 4 atque ita legitur ut eo potissimum et Pollucis interpretatio et Procopii imitationes respicere possint. Deinde *ἐν* est nostrum *bei*, *an*, ut *ἐπιδείκνυσθαι ἔν τινι* dicitur. Cf. Matth. Gr. § 577 p. 1341. — *περίνεως.* Dukas explicat *τοὺς μὴ ἐν ταῖς ναυσὶν ἐρέττοντας ἢ ἄλλο τι πράττοντας, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπιβάτας* (vectores) *ὄντας.* — *τῶν μάλιστα ἐν τέλει*] *οἷον Μηριόνου καὶ Πατρόκλου καὶ τῶν τοιούτων.* Schol. Significantur duces praeter reges. Cf. Vig. p. 144. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 815. adn. II 10, 3. Fallitur Graser de vet. re navali p. 87. — *μέλλοντας . . . ἔχοντας.* Proprie *μελλόντων* et *ἐχόντων* dicendum erat; neque enim de solis vectoribus intellegi possunt verba, sed ad omnem Graecorum exercitum spectant; at quoniam illi hoc continentur, accusativos, ut 140, 1, Thuc. collocavit, ad quos usitatius alterum nomen apponeretur. Vid. IV 118, 14. VIII 63, 3 atque ibi adn. In verbis *μετὰ σκευῶν κτλ.* cavendum ne quis de tormentis cogitet, quibus Graecos bello Troiano nondum usos esse constat.

www.libtool.com.cn

σκευῶν πολεμικῶν οὐδ᾿ αὖ τὰ πλοῖα κατάφρακτα ἔχοντας, ἀλλὰ τῷ παλαιῷ τρόπῳ λῃστικώτερον παρεσκευασμένα. πρὸς τὰς μεγίστας δ᾿ οὖν καὶ ἐλαχίστας ναῦς τὸ μέσον σκοποῦντι οὐ πολλοὶ φαίνονται ἐλθόντες, ὡς ἀπὸ πάσης τῆς Ἑλλάδος κοινῇ πεμπόμενοι.

11. Αἴτιον δ᾿ ἦν οὐχ ἡ ὀλιγανθρωπία τοσοῦ- 1
τον ὅσον ἡ ἀχρηματία. τῆς γὰρ τροφῆς ἀπορίᾳ τόν τε στρατὸν ἐλάσσω ἤγαγον καὶ ὅσον ἤλπιζον αὐτόθεν πολεμοῦντα βιοτεύσειν, ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν (δῆλον δέ· τὸ γὰρ ἔρυμα

§ 5. δ᾿ om. M. Cl. et Ven., reliqui γοῦν, quod male item legitur 63, 1, ubi vid. sd. Emend. Bekk. Male οὖν praefert Ullr. Symb. II p. 19.

— τὰ πλοῖα κατάφρακτα ἔχοντας. De articuli collocatione vid. adn. IV 78, 2. VIII 6, 8. Πλοῖα κατάφρακτα sunt νῆες καταστρώματα ἔχουσαι (cf. 14, 2), quae ab Arri. Anab. VII 16, 1 πεφραγμέναι, a Latinis tectae vocantur. De re, cui ἴκρια navium ab Homero commemorata forsitan videantur repugnare, vid. interpr. Hom. Od. V 163 (Faes. ad III 353) et Il. XV 676. Cf. Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 289.

§ 5. τὸ μέσον σκοποῦντι] μέσον τῶν ἑκατὸν εἴκοσι καὶ τῶν πεντήκοντά ἐστι πε΄. συνάγεται οὖν ὁ τῶν χιλίων διακοσίων νεῶν τῶν ἀνδρῶν ἀριθμὸς μυριάδων δέκα καὶ δισχιλίων. Schol. Cf. Schol. Il. II 488. Heyn. ad Il. IV p. 215 et 287. De participii dativo vid. Matth. Gr. § 388 b et adn. II 49, 5. I 24, 1. Ita Tac. Germ. 6 in universum aestimanti plus apud peditem roboris. Cf. Tac. Hist. II 50. IV 17. — ὡς . . . πεμπόμενοι. „Ὡς hic vim habet restringendi. Pauci, inquit, erant ut ex omni Graecia missi, i. e. si cogitemus eos ab universa Graecia missos esse.“ Bau. Cf. Matth. Gr. § 628, 1 e. Krueg. Gr. § 69, 63 adn. 6. Veram esse Thucydidis argumentationem ex iis maxime apparet quae de exercitu ad Plataeas adversus Persas collecto narrantur.

Cap. 11. § 1. τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ. Haec tribuitur Graecis, quod pecunia deerat qua frumentum coëmerent. Cf. Camp. Quaest. p. 15. Intellege τῆς ἀναγκαίου τροφῆς (2, 2), ut ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων dici solet. Add. II 52, 2. — τόν τε στρατὸν . . . ., ἐπειδὴ δέ. De τὲ — δέ inter se respondentibus cf. 25, 3. III 52, 2. V 9, 9. VIII 16, 3. Temere igitur contra librorum auctoritatem Bekk. ἐπειδή τε scripsit. — μάχῃ ἐκράτησαν] τῇ τῆς ἀποβάσεως εἰς τὴν ξηρὰν τῶν νεῶν, ἐν ᾗ Πρωτεσίλαος πίπτει. Schol. Cf. Il. II 701 sq. Procl. Chrestom. I (Epic. Gr. fragm. ed. Kinkel I p. 19). Parum considerate Thierschius ἐκρατήθησαν legendum esse coniecit, quoniam, victores si Graeci exstitissent, non opus habituri fuerint castra munire; contra si victi essent, opus fuisse. Immo vero si victi essent, hostes eos omnino in ipsorum terra consistere non passi essent, nedum castra mu-

www.libtool.com.cn


τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἂν ἐτειχίσαντο), φαίνονται δ' οὐδ' ἐνταῦθα πάσῃ τῇ δυνάμει χρησάμενοι, ἀλλὰ πρὸς γεωργίαν τῆς Χερσονήσου τραπόμενοι καὶ

nire potuissent. Neque magis valet quod Cobetus, qui nuper illius coniecturae patrocinium suscepit (Mnemos. l. l. p. 69 sq.), monuit, ἐκράτησαν non convenire ad φαίνονται . . . χρησάμενοι, quod victis, non victoribus opus fuisset copias undique contrahere et totis viribus in hostem uti. Nam si Graeci victi essent, integris viribus ad bellum gerendum uti non potuissent (reficere saltem eas opus erat), cum autem vicissent, nihil obstabat quominus statim totis viribus ad bellum gerendum incumberent, nisi commeatus inopia impediti essent. — τὸ γὰρ ἔρυμα . . . οὐκ ἂν ἐτειχίσαντο. Haec simul auditis verbis εἰ μὴ μάχῃ ἐκράτησαν (cf. Krueg. Gr. § 54, 12 adn. 9) sic intellegimus: nam (nisi vicissent) vallum ad castra tutanda non exstruxissent, quoniam hostes eos impedivissent. At Mehlhorn in Annal. philol. a. 1829 p. 403 sq. et de Apposit. p. 6, quia οὐκ ἂν ἐτειχίσαντο non significarent munire non potuissent, sed non munivissent et tota haec argumentatio mira esset, parenthesim non suo loco collocatam, verum proprie post φαίνονται δέ ponendam sententiamque hanc esse docere studuit: ne tunc quidem (nam aliter munitionem non exstruxissent) exercitu universo usi sunt. Subaudivit igitur εἰ ἐχρήσαντο πάσῃ τῇ δυνάμει. Sed huic explanationi non solum dicendi obstat consuetudo, sed etiam quod Th. illos totis copiis non usos esse pro re comperta affert (hoc enim valet φαίνονται cum participio, qua de re cf. adn. 2, 1) quam argumento confirmare non opus sit; nam si rei compertae causam addere voluisset, δῆλον δέ utique abesse debebat, quippe quod nihil aliud significat quam ipsum φαίνονται. De vallo haec adnotat schol.: ἔρυμα λέγει νῦν οὐχ ὅπερ ἐν τῇ η' (Il. VII 337 et 436) λέγει Ὅμηρος γενέσθαι, ἀλλὰ πρότερον μικρότερον (cuius nulla apud Homerum mentio est). Salomon l. d. p. 7 sqq., quoniam Homero nihil de minore eoque antiquiore vallo innotuisse ex plurimis Iliadis locis constet et idem a Strabone (p. 538) confirmetur, ἔρυμα h. l. non tam munimentum quam praesidium esse et in universum idem significare quod νεώλκιον, castra navalia, τῷ στρατοπέδῳ autem exercitui interpretandum esse suspicatur. At et ἐτειχίσαντο de munitione loqui Thucydidem docet et castra nautica ναύσταθμον ac στρατόπεδον appellat, non ἔρυμα. Rectius igitur Welcker (Cycl. ep. II p. 104) auctorem Cypriorum vallum a Graecis, statim postquam in terram egressi essent, exstructum esse narrasse conicit. Atque in ipsa Iliade haec munitio statim ab initio menti poëtae obversatur. Cf. Bergk. Hist. Litt. Gr. I p. 586 et Grot. Hist. II p. p. 252 (vers. Germ. I p. 586). Protasis condicionalis omissae exempla similia vid. 68, 4. 102, 2. — φαίνονται δέ. De δέ in apodosi posito, quod interpositioni hic ut 18, 1 deberi parum est veri simile (18, 1 enim protasis sententia verbis μετὰ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν ἐκ τῆς Ἑλλάδος comprehensa repetitur), vid. Matth. Gr. § 616, 3 et 4. Cf. II 65, 5. III 98, 1. Post relativam adeo enuntiationem legitur II 46, 1. — πρὸς γεωργίαν . . . καὶ λῃστείαν. „Sic v. c. Diomedes primis annis

www.libtool.com.cn

λῃστείαν [τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ]. ᾗ καὶ μᾶλλον οἱ Τρῶες αὐτῶν διεσπαρμένων τὰ δέκα ἔτη ἀντεῖχον βίᾳ, τοῖς αἰεὶ ὑπολειπομένοις ἀντίπαλοι ὄντες.
περιουσίαν δὲ εἰ ἦλθον ἔχοντες τροφῆς καὶ ὄντες 2
ἀθρόοι ἄνευ λῃστείας καὶ γεωργίας ξυνεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον, ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες [εἷλον], οἵ γε καὶ οὐχ ἀθρόοι, ἀλλὰ μέρει τῷ αἰεὶ

belli Troi. τὴν Θράκην ἐγεώργει teste Eustath. ad Il. V 4. [Cf. schol. Il. V 2.] Λῃστείαν autem dicit Graecorum excursiones in varias regni Troi. partes, urbium Troian. expugnationes ac direptiones, quarum expeditionum dux fere Achilles erat. Vid. Il. IX 328. Od. III 105." Siebelis ad Hellen. p. 318. Harum quoque rerum in Cypriorum carmine mentionem factam esse putamus (cf. Koehler l. l. p. 374 sq.) eodemque referendum esse schol. ad πρὸς γεωργίαν adscriptum: ὧν ἡγεῖτο Ἀκάμας καὶ Ἀντίλοχος, ubi parum certa est Sauppii coniectura κατ' Ἀντίμαχον (Philol. XIX p. 147). — [τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ] cum in initio cum gravi pondere ita collocatum sit ut ad totam sententiam τὲ — δέ iunctura bipertitam pertineat, in fine melius abest. Del. Herw. — ᾗ καὶ μᾶλλον, quo etiam magis (ut quo etiam minus Cic. Phil. VI 6, 16), quare etiam magis. Cf. 25, 4. III 13, 2. IV 1, 3. Deinde αὐτῶν διεσπαρμένων sunt genetivi absoluti qui vocantur. De artic. τά vid. Matth. Gr. § 267. Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 1. — βίᾳ iunge cum ἀντεῖχον, non cum ἀντίπαλοι. Nam Campium p. 6, quamvis Latini recte dicant urbem vi expugnare, Graece vix βίᾳ τὴν πόλιν ἐκπολιορκεῖν et similia dici falso contendere apparet ex ipsius Thucydidis verbis 102, 2. Totam Thucydidis argumentationem impugnant Uschold. de Bell. Troi. p. 8 sqq. et Niem.

§ 2. διέφερον] ὑπέμενον, ἐξήνυον, διήνυον. Schol. Cf. adn. VI 54, 5. De imperf. vid. adn. 9, 4. — εἷλον Krueger expungi iussit et G. Hermannus adeo εἷλον . . . ἀντεῖχον eici voluit, quod Th. fere quam posset brevissime scriberet nec iam dicta soleret repetere. Sed hic certe nimium ausus est. Nam significata quidem iam ante est eadem res verbis οἱ Τρῶες . . . ἀντίπαλοι ὄντες, sed in longe alio rerum contextu neque ut hic alius rei (ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες) causam continet. Quod vero ἀντέχειν hoc loco dici non posse putatur de aggredientibus Graecis, cum antea de Troianis se defendentibus dictum sit, nihil valet. Troiani enim cum aequo Marte pugnarent (ἀντίπαλοι ὄντες), quanquam in Graecorum escensione victi sunt, tamen non omni tempore arcebant hostium impetum, sed vicissim bellum inferebant et defendebant. Aliter enim Graecis pares non fuissent. Atque de utraque aequo Marte pugnantium parte dici ἀντέχειν vel ἀλλήλοις ἀντέχειν locutio (V 70, 1. VII 22, 2) ostendit. Ab altera autem parte non minus nimium contendere ii videntur qui traditam scripturam tueri conantur. Nam quod Salomon, ut olim Heilm., ita distingui putat ut Th. duabus rationibus dicat res Troianas institui potuisse, aut bello uno tenore peragendo aut iusta obsidione urbem premendo, huic distinctioni non δέ particula sed ἤ apta est. Quod vero L. Herbstius (Philol. XVI p. 282)

www.libtool.com.cn

παρόντι ἀντεῖχον, πολιορκίᾳ δ' ἂν προσκαθεζόμενοι ἐν ἐλάσσονί τε χρόνῳ καὶ ἀπονώτερον τὴν
3 Τροίαν εἷλον. ἀλλὰ δι' ἀχρηματίαν τά τε πρὸ τού-

εἷλον dictum esse vult pro εἷλον τοὺς πολεμίους idque explicari verbis πολιορκίᾳ δ' ἂν προσκαθεζόμενοι . . . εἷλον, ne huic quidem rationi δέ coniunctio convenit; praeterea αἱρεῖν verbi absolute sic positi nullum exstat exemplum. Neque magis placet Classeni interpretatio. Hic enim πολιορκίᾳ δ' ἂν . . . εἷλον non pro altera apodosi accipit, sed ad οἵ γε refert; Graecos, si bellum continuassent, victoria in acie reportata urbem facile capturos fuisse, quoniam etiam parte exercitus quae quoque tempore adfuisset hostes sustinuissent, iusta autem obsidione *(in einer förmlichen Belagerung)* etiam exercitu non coniuncto urbem prementes breviore tempore quam decem annis et faciliore negotio expugnaturi fuerint. Sed primum de victoria semel reportata κρατήσαντες Th. dixisset; deinde non sine magna difficultate τὴν πόλιν ad prius εἷλον subaudimus, quae antea non nominata est; tum etiamsi languidam illam atque rudem εἷλον vocis repetitionem Th. obtrudere liceret, tamen τὴν Τροίαν priori additum exspectares, cuius obiectum desideratur, non posteriori, ad quod facillime subaudiri posset; porro πολιορκίᾳ προσκαθεζόμενοι iustam obsidionem significare posse non credemus, donec idoneis exemplis confirmatum erit; postremo illud „etiam exercitu non coniuncto“ non solum Class. nullo ipsius scriptoris indicio prorsus de suo addidit, sed etiam tota quae ita efficitur sententia a rerum necessitudine aliena est, cum ipsam copiarum divisionem in causa fuisse cur iusta obsidio non fieret in aperto sit. Itaque nos Kruegeri rationem ita probamus ut a verbis πολιορκίᾳ δ' ἂν apodosim incipiamus. Nam ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες dictum esse putamus pro ἐν ᾧ ῥᾳδίως ἂν μάχῃ ἐκράτουν (imperf. ut supra διέφερον), qua de re cf. adn. 73, 4. V 60, 5. Vertimus igitur: si continue bellum persecuti essent, in quo facile acie superiores fuissent, quippe qui etiam non coniuncti, sed parte quoque tempore praesenti pares essent, obsidioni contra adsidue incumbentes breviore tempore et faciliore negotio Troiam cepissent. Verba autem ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες causam indicant cur bellum continue gerentes obsidioni adsidue incumbere potuerint; nam nisi acie *(im offenen Felde)* superiores fuissent, hoc sine dubio facere non potuissent. Δέ autem, ut supra § 1, in apodosi positum eam opponi superiori sententiae οἱ Τρῶες . . . τὰ δέκα ἔτη ἀντεῖχον indicat. De προσκαθεζόμενοι cf. Dem. I 18 προσκαθεδεῖται τοῖς πράγμασι et quod prorsus eodem modo dictum est Diod. XII 72, 9 προσκαθήμενοι τῇ πολιορκίᾳ. Si obsidere significat, προσκαθέζεσθαι verbo πολιορκίᾳ non additur (cf. 26, 5. 61, 3. V 61, 4.) De omni hac explicatione cf. Annal. phil. a. 1863 p. 408. a. 1868 p. 175. Probavit eam Herw., nisi quod apodosim a vocabulo ῥᾳδίως incipere vult, cui rationi δέ coniunctionis collocatio aperte repugnat. — μέρει est dativus instrumenti. Pro παρόντι Krueg. retinuit olim vulgatum παρατυχόντι contra librorum auctoritatem. At hoc advenientem, non praesentem exercitus partem significaret.

www.fbtool.com.cn

των ἀσθενῆ ἦν καὶ αὐτά γε δὴ ταῦτα ὀνομαστότατα τῶν πρὶν γενόμενα δηλοῦται τοῖς ἔργοις ὑποδεέστερα ὄντα τῆς φήμης καὶ τοῦ νῦν περὶ αὐτῶν διὰ τοὺς ποιητὰς λόγου κατεσχηκότος.

12. Ἐπεὶ καὶ μετὰ τὰ Τρωικὰ ἡ Ἑλλὰς ἔτι 1 μετανίστατό τε καὶ κατῳκίζετο, ὥστε μὴ ἡσυχάσασαν αὐξηθῆναι.

Ἥ τε γὰρ ἀναχώρησις τῶν Ἑλλήνων ἐξ Ἰλίου 2 χρονία γενομένη πολλὰ ἐνεόχμωσε, καὶ στάσεις ἐν ταῖς πόλεσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐγίγνοντο, ἀφ' ὧν ἐκπίπτοντες τὰς πόλεις ἔκτιζον. Βοιωτοί τε γὰρ 3

Cap. **12.** § 1. *ἡσυχάσασα* secundum solitum dicendi usum Laur. et deteriores aliquot libri. At cf. IV 84, 2. VI 4, 2. VII 34, 6. Lob. ad Phryn. p. 750.

§ 2. *ως ἐπὶ τὸ πολὺ* Cass. Cl. Ven. Vind. A. C., reliqui *τὸ* om., quod cum Th. dicendi consuetudine videtur pugnare. Quanquam enim Th. saepissime *ἐπὶ πολύ* dixit, nusquam tamen *ὡς ἐπὶ πολύ*, sed *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ* (II 13, 3. V 107. VI 46, 4). Similiter saepe *ἐπὶ πλέον*, nunquam *ὡς ἐπὶ πλέον*, sed *ὡς ἐπὶ τὸ πλέον* (III 37, 3). Contra ubique *ὡς ἐπὶ πλεῖστον* (I 82, 4. II 34, 8. 35, 3. IV 14, 3. 62, 4. V 46, 1. VIII 69, 3. 76), nusquam *ἐπὶ τὸ πλεῖστον*.

§ 3. *ὀνομαστότατα*. Cf. adn. 1, 1 et paulo post de *κατεσχηκότος* adn. 10, 1, deque eius traiectione adn. 90, 1. Super Thucydidis de bello Troiano iudicio cf. Nieb. Hist. ant. I p. 206 sq. Add. Grot. Hist. Gr. I p. 544 sqq. (vers. Germ. I p. 322 sqq.) Curt. Hist. Gr. I p. 118 sqq. Finita hic est aetas heroica rerum Graecarum et sequitur aetas migrationum.

Cap. **12.** § 1. *Ἐπεὶ καὶ κ. τ. λ.* Argumentatio haec est, non mirum posse videri res Troianas non tantas esse quantae praedicentur; nam vel post bellum Troianum Graeciam ob populorum migrationes exigua incrementa cepisse. — *κατῳκίζετο* valet incolis (advenientibus) frequentabatur, civitates in ea condebantur. De aor. *ἡσυχάσασα* cf. adn. 3, 2, de negatione ad utrumque verbum referenda Krueg. Gr. § 67, 8 adn. 4.

§ 2. *Ἥ τε γάρ ... ἐνεόχμωσε*. *Μηκέτι γὰρ ἐλπίζοντες αὐτοὺς ἐπανελθεῖν ἐπανίσταντο, ἐλθοῦσι δ' ἐπολέμουν, καὶ οἱ ἡττώμενοι ἐξέπιπτον.* Schol. Rem a recentioribus in maius augeri docet Thirlwall. Hist. Gr. I p. 263 sq. *Νεοχμοῦν* verbum est Herodoteum (V 19. IX 201) a Dionys. Hal. et Dione Cass. non spretum. — *ἀφ' ὧν*. Pronomen refer ad *στάσεων* (cf. adn. 10, 3), *ἀπό* autem, ut *ἐξ* 2, 4, est ex = *in Folge von*. Longe aliud esset *ὑφ' ὧν*. Cf. 23, 6. 24, 4. Deinde ne *οἱ ἐκπίπτοντες* legendum sit, ex superiore *πόλεσιν* aut *στάσεις* repeti potest nomen *οἱ πολῖται* vel *οἱ στασιάζοντες*, nisi mavis etiam sine articulo pro substantivo *ἐκπίπτοντες* accipere. Cf. Krueg. Gr. § 43, 2 adn. 3. — *τὰς πόλεις ἔκτιζον*, notas illas civitates (quas

www.libtool.com.cn

οἱ νῦν ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν τὴν νῦν μὲν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηίδα γῆν καλουμένην ᾤκησαν (ἦν δὲ αὐτῶν καὶ ἀποδασμὸς πρότερον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἀφ᾽ ὧν καὶ ἐς Ἴλιον ἐστράτευσαν), Δωριῆς τε

§ 3. **μὲν** om. Aug. Cass. A. C. Cf. adn. 56, 2.
**ᾤκισαν** pars codd. Sed quia pars Boeotorum iam ibi consederat, ex iis quae in sd. V 116, 4 de discrimine aoristorum **οἰκίσαι** et **οἰκῆσαι** monuimus patet **ᾤκησαν** legendum esse. Cf. sd. 8, 1.

tunc conditas esse constat) condebant. Scholiastes has vult esse civitates post reditum Graecorum e Troade a Teucro, Philocteta, Diomede, Menestheo, aliis multis conditas. Cf. Vell. Pat. I 1. At Thucydides a se intellegi civitates aliquanto post a Boeotis et Doriensibus et alias sub eadem tempora constitutas particula **γάρ** quae sequitur demonstrat, et in superioribus particulis **τὲ** ... **καί** inter se respondentibus res novas e sero Graecorum reditu ortas a seditionibus quibus ut civitates conderentur effectum sit distinguit. Sine necessitate Madv. Adv. I p. 307 **νέας πόλεις** coni.

§ 3. **Βοιωτοί τε κ. τ. λ.** De hac migratione Boeotorum cf. Strab. p. 401. 582. Diod. XIX 53, 4 sqq. Muell. Orchom. p. 391 sqq. Thirlwall. l. d. p. 266 sqq. Grot. l. d. II p. 21 sqq. (vers. Germ. I p. 400 sq.) Nieb. Hist. ant. I p. 289 sq. — **ἑξηκοστῷ ἔτει.** De articulo ante ordinalia hic et paulo post et 18, 2. 101, 3. 103, 1. 115, 2 non addito vid. adn. IV 90, 3. Cf. Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 16. — **μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν.** Similiter sine articulis iam 1, 2 **διὰ χρόνου πλῆθος**, tum 23, 4 et II 2, 1 **μετὰ Εὐβοίας ἅλωσιν**, multa aequalia. Et tamen alibi III 51, 1 **μετὰ τὴν Λέσβου ἅλωσιν**, IV 109, 1 **μετὰ τὴν Ἀμφιπόλεως ἅλωσιν** et ambobus articulis additis **μετὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν** atque **μετὰ τὴν τῆς Ἰλίου πόρθησιν** Dio Cass. — **Ἄρνης.** Plerumque ad sinum Pagasaeum collocant, at a Steph. Byz. eandem atque Cierium existimari, hoc autem inter Enipeum et Apidanum situm fuisse docet Muell. ad tab. Graec. septent. p. 18 sqq. Cf. Leak. Graec. sept. IV p. 500. Bursian. Geogr. I p. 45. 78. — **ὑπὸ Θεσσαλῶν.** Qui tunc ex Epiro in Haemoniam immigrarunt. Cf. Herodot. VII 176. Grot. l. l. II p. 372 (vers. Germ. I p. 611). Dunck. l. l. V p. 150. — **ἦν δὲ ... πρότερον.** Hanc Thucydidis opinionem ex nimia Homeri reverentia ortam credunt Muell. Orchom. l. d. et Nieb. l. d. Sed eam reverentiam non magnam fuisse vidimus 9, 3. Cf. etiam Kluetz. de foedere Boeot. p. 12. Harles. de primis Boeotiae incolis. p. 13 sqq. Uschold. de bell. Troi. p. 22 sq. Muenscher de Rebus Plataeens. p. 17 sqq. Dunck. l. d. — **ἀποδασμός** est pars a multitudine avulsa. (Simile nomen recentiorum est **ἀπόμοιρα**.) — **ἀφ᾽ ὧν ... ἐστράτευσαν.** Vid. Hom. Il. II 494 sqq., ubi poëta suorum, ut videtur, temporum, de quibus cf. Dunck. l. l. p. 325, rationem habens his Boeotis, qui, nisi forte inter ipsos Cadmeos consederunt, exiguum illius regionis tractum videntur occupasse, longe maximam Cadmeidis terrae partem attribuit, Minyis Orchomenum et Aspledonem assignans, de aliis popu-

www.libtool.com.cn

ὀγδοηκοστῷ ἔτει ξὺν Ἡρακλείδαις Πελοπόννησον ἔσχον. μόλις τε ἐν πολλῷ χρόνῳ ἡσυχάσασα ἡ 4
Ἑλλὰς βεβαίως καὶ οὐκέτι ἀνισταμένη ἀποικίας ἐξέπεμπε, καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν, Ἰταλίας δὲ καὶ Σικελίας τὸ πλέον Πελοποννήσιοι τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία. πάντα δὲ ταῦτα ὕστερον τῶν Τρωικῶν ἐκτίσθη.

13. Δυνατωτέρας δὲ γιγνομένης τῆς Ἑλλάδος 1
καὶ τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν ἔτι μᾶλλον ἢ πρό-

§ 4. ἐξέπεμπε Aug. Cass. Cl. Ven. aliique non pauci codd. mss., vulgo ἐξέπεμψε. Sed imperfectum de coloniis longiore temporis spatio a variis populis in varias regiones missis aptissime dictum est.

τὸ πλέον Aug. Cass. Cl. Ven. al., vulgo τὸ πλεῖστον, non sine veri superiectione.

lis tacens. Pron. ὧν refer ad ἀποδασμός. Vid. Matth. Gr. § 434, 2. Krueg. Gr. § 58, 4 adn. 1. — Δωριῆς τε κ. τ. λ. De hac Doriensium expeditione, ut alios omittamus, vid. Mans. Spart. I p. 43 sqq. Muell. Dor. I p. 46 sqq. (qui II p. 484 eam refert in annum 328 ante Olymp. I; cf. tamen Lachm. de rep. Laced. p. 321), Thirlwall. l. d. p. 269 sqq. Nieb. Hist. ant. I p. 274 sqq. Curt. Hist. Gr. I p. 97 sqq. Dunck. l. l. p. 151 sqq. Non totam Peloponnesum, sed maiorem eius partem ab iis occupatam esse constat.

§ 4. μόλις τε. De τέ particula cf. adn. V 7, 4. — ἀνισταμένη = μετανισταμένη (§ 1), ἀπανισταμένη (2, 2). Tum de coloniis praeter Raoul-Rochettii et Hegewischii libros singulares vid. Herm. Antiqu. Gr. I § 73—87. Nieb. l. d. p. 304 sqq. — νησιωτῶν. Praeter Euboeam Cycladum incolas intellegit, velut Andrios, Tenios, Ceos, Naxios. Cf. VII 57. Herod. VIII 46. De Ionibus cf. supra 2, 6. — Ἰταλίας ... τὸ πλέον. Ne in his falsa narrari putes, cogita primum Italiae nomine a Thuc. solam partem inferiorem a Lao fluvio atque urbe Metaponto usque ad fretum Siciliense spectantem significari (cf. adn. VII 33, 4), deinde etiam in hanc partem missas a Graecis colonias non omnes ex Peloponneso profectas esse. Cf. de Magnae Graeciae quae vocatur urbibus l. d. De coloniis in Siciliam deductis vid. VI 3—5. — τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ (cf. adn. 6, 5 extr.) χωρία. Λέγει δὲ Ἀμπρακιώτας, Ἀνακτορίους. Schol. Adde Corcyram, Leucadem, Sollium, Corinthiorum colonias (vid. c. 24. 30. 55. II 30. 80), Zacynthum Achaeorum (II 66).

Cap. 13. § 1. μᾶλλον ἢ πρότερον. Respicitur ad 8, 3. Neque igitur ἔτι Kruegero suspicionem movere debebat neque ἢ πρότερον tam supervacaneum videri ut delendum esset. Cf. IV 66, 2. — τῶν ... γιγνομένων frustra in suspicionem vocat Krueg. Minime enim otiosum est post τῶν χρημάτων ... ποιουμένης, cum hoc ad privatorum

www.libtool.com.cn


τερον ποιουμένης τὰ πολλὰ τυραννίδες ἐν ταῖς πόλεσι καθίσταντο, τῶν προσόδων μειζόνων γιγνομένων (πρότερον δὲ ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι), ναυτικά τε ἐξηρτύετο ἡ Ἑλλὰς καὶ
2 τῆς θαλάσσης μᾶλλον ἀντείχοντο. πρῶτοι δὲ Κορίνθιοι λέγονται ἐγγύτατα τοῦ νῦν τρόπου μεταχειρίσαι τὰ περὶ τὰς ναῦς καὶ τριήρεις πρῶτον ἐν
3 Κορίνθῳ τῆς Ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι. φαίνεται δὲ

Cap. 13. § 2. *ἐνναυπηγηθῆναι* Aug. Cass. Gr. et alii complures mss., vel ideo repudiandum quod non in ipsa urbe naves aedificabantur.

opes, ipsum ad publicos reditus referatur. — *τυραννίδες*. De his vide plura c. 17. 18. Thirlwall. Hist. Gr. I p. 422 sqq. Grot. l. l. III c. 9 (vers. Germ. II p. 1 sqq.). Nieb. Hist. ant. I p. 326 sqq. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 493 sqq. Herm. Antiqu. Gr. I § 63. 64. — *ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι*. *Ῥητοῖς* grammatici verbis *ὡμολογημένοις*, *συγκειμένοις*, *τεταγμένοις* interpretantur, et saepe sic legitur apud Thuc., ut II 7, 2. 70, 3. *Γέρα* aut sunt honoraria praemia, quae erant emolumenta sive reditus regum (cf. Hom. Il. IX 145 et ibi Heyn. Herod. VI 56. Wachsm. l. d. p. 341. Herm. l. d. § 55, 8, et de reditibus regum Muell. Dor. II p. 105 sq. et Schoemann. Antiqu. iur. publ. Graec. p. 65) aut praeter haec alia quoque regum iura praecipua, *προτερήματα*, *προνόμια*. Cf. 25, 4. *Πατρικαὶ βασιλεῖαι* haec regna vocantur, quod successione et hereditate a patribus ad filios perveniebant, quanquam non iure hereditario, cum populo parum probati paterno honore excluderentur, sed usu et consuetudine. Quare ab Aristotele aliquotiens similiter *κατὰ γένος βασιλεῖαι* dicuntur. De natura huius regni antiqui universa vid. Wachsm. l. d. I p. 337 sqq. et Schoem. l. d. p. 64 sqq. Dunck. l. l. V p. 376 sqq., de interitu regiae potestatis Wachsm. l. l. p. 376. Thirlwall. Hist. Gr. I p. 413 sq. Denique quod Thucydides *πρότερον βασιλείας* fuisse dicit, hoc non ita accipi debet ac si ex regia potestate continuo tyrannis orta sit. Nam post regna constituta sunt paucorum imperia, ex quibus in plerisque civitatibus tyranni prodierunt. Cf. Wachsm. l. d. p. 498 sqq. Tittm. Respubl. Gr. p. 530 sqq. — *ἀντείχοντο*. Cf. 93, 4, Matth. Gr. § 330.

§ 2. In iis quae inde ab hac § usque ad 14, 3 Th. de rei navalis apud Graecos incrementis exponit eum res ab Herodoto traditas spectasse ostendit Koehler l. l. p. 373. — *μεταχειρίσαι τὰ περὶ τὰς ναῦς*, tractasse res nauticas (fabricandarum navium artem). Cf. Steph. Thes. *Μεταχειρ.* verbum, quod apud plerosque deponens medium est (cf. Eustath. ad Odyss. p. 1429), Thucydides semper active flexit. Cf. IV 18, 4. VI 12, 2. 16, 6. VII 87, 1. Idem fecit in *πλώζειν* § 5, in *μεταπέμπειν* 112, 3. VI 88, 9 et saepius. — *πρῶτον ἐν Κορίνθῳ τῆς Ἑλλάδος*. Additum *Ἑλλάδος* temere neglexit Diod. XIV 42, 3; Thucydides

www.libtool.com.cn

καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς
ποιήσας τέσσαρας· ἔτη δ' ἐστὶ μάλιστα τριακόσια ἐς
τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου, ὅτε Ἀμεινοκλῆς
Σαμίοις ἦλθεν. ναυμαχία τε παλαιτάτη ὧν ἴσμεν 4
γίγνεται Κορινθίων πρὸς Κερκυραίους· ἔτη δὲ
μάλιστα καὶ ταύτῃ ἑξήκοντα καὶ διακόσιά ἐστι
μέχρι τοῦ αὐτοῦ χρόνου. οἰκοῦντες γὰρ τὴν πόλιν 5
οἱ Κορίνθιοι ἐπὶ τοῦ ἰσθμοῦ αἰεὶ δή ποτε ἐμπό-
ριον εἶχον, τῶν Ἑλλήνων τὸ πάλαι κατὰ γῆν τὰ
πλείω ἢ κατὰ θάλασσαν, τῶν τε ἐντὸς Πελοπον-

§ 4. *καὶ ταύτῃ* om. It. Vat. Pal. M. Gr. F. G. H. pr. m. Cf. adn.

enim apud alios populos quidem, ut apud Phoenices, triremes iam prius in usu fuisse, sed e Graecis Corinthios primos fuisse qui eiusmodi naves aedificarent vult dicere. De re cf. Dunck. l. l. p. 399.

§ 3. *Ἀμεινοκλῆς*. Hunc ob haec verba Thucydidis a Plin. H. N. VII 56 inventorem triremium male vocari docet Duk. — *ναῦς* non esse hic *τριήρεις* adnotant Krueg. et Class. — Paulo post de *ὅτε* cf. adn. 6, 3. — *Σαμίοις ἦλθε*. Frequens est dativus apud *ἐλθεῖν* aliaque verba veniendi. Cf. 61, 1. 107, 7. III 5, 4. IV 85, 3. Quare poëtarum hoc proprium esse male asseverat Wund. ad Soph. Oed. C. 70. — *μάλιστα τριακόσια*. *Μάλιστα* ad numeralia adiectum, quod saepe (velut hic paulo post, 18, 1. 54, 2. 93, 5. 105, 7. 118, 2. IV 8, 6. 124, 1) apud Thuc. legitur, quid significaret vehementer disceptatum est. Ut alios omittamus qui de hac re dixerunt (cf. Matth. Gr. § 605), ex verbis *καὶ ὀλίγῳ πλείους* 18, 1 adiectis, quibus similia sunt VII 80, 4, *μάλιστα* non posse esse summum apparet. Videtur valere ferme, plus minus (cf. adn. III 113, 8), quanquam quo modo hanc vim acceperit parum liquet. Usu oratorio id effectum esse putat Voemel. (Ueber den Gebrauch von *μάλιστα* bei Zahlen. Francof. 1852). Ceterum confer maxime Liv. X 38. — *τοῦδε τοῦ πολέμου* contra Ullr. Symb. ad expl. Th. p. 108 hic pariter atque 18, 1 ad totum bellum Peloponnesiacum pertinere putamus.

§ 4. *ναυμαχία παλαιτάτη*. Vid. Wess. ad Herod. III 53. — *καὶ ταύτῃ*, huic quoque, non ad parem annorum numerum (hic enim impar est), sed ad temporis intervallum aequaliter magnum refertur.

§ 5. *αἰεὶ δή ποτε ἐμπόριον εἶχον*. Cf. Strab. p. 378. De particulis *αἰεί ποτε*. Cf. 47, 3. 60, 2. 102, 2. III 95, 1. IV 57, 4. 78, 2. 103. 4. VI 82, 2. 89, 4. VIII 73, 5. 85, 3 et Breit. ad Xen. Hell. III 5, 11. Comma post *ἔξω* deleri iussit Camp. Quaest. p. 7, ut duae afferrentur causae propter quas Corinthus aucta esset; nam Graecos omnino per Corinthiorum terram commercium inter se habuisse vix dici posse. Sed recte Class. monet apposito *τῶν τε ἐντὸς . . . ἔξω* accuratius definiri de quibus Graecis sermo sit. Nam per Corinthiam commercium habent extra Peloponnesum habitantes cum Peloponnesiis. — *τὰ πλείω*, ut 9, 3 et saepe *τὸ πλέον*, pro

www.libtool.com.cn

*νήσου καὶ τῶν ἔξω, διὰ τῆς ἐκείνων παρ' ἀλλή-
λους ἐπιμισγόντων, χρήμασί τε δυνατοὶ ἦσαν, ὡς
καὶ τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς δεδήλωται· ἀφνειὸν γὰρ
ἐπωνόμασαν τὸ χωρίον. ἐπειδή τε οἱ Ἕλληνες
μᾶλλον ἔπλῳζον, τὰς ναῦς κτησάμενοι τὸ λῃστικὸν
καθῄρουν, καὶ ἐμπόριον παρέχοντες ἀμφότερα δυ-*
6 *νατὴν ἔσχον χρημάτων προσόδῳ τὴν πόλιν. καὶ
Ἴωσιν ὕστερον πολὺ γίγνεται ναυτικὸν ἐπὶ Κύρου,
Περσῶν πρώτου βασιλεύοντος, καὶ Καμβύσου τοῦ
υἱέος αὐτοῦ, τῆς τε καθ' ἑαυτοὺς θαλάσσης Κύρῳ
πολεμοῦντες ἐκράτησάν τινα χρόνον. καὶ Πολυ-
κράτης, Σάμου τυραννῶν ἐπὶ Καμβύσου, ναυτικῷ
ἰσχύων ἄλλας τε τῶν νήσων ὑπηκόους ἐποιήσατο
καὶ Ῥήνειαν ἑλὼν ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ.
Φωκαῆς τε Μασσαλίαν οἰκίζοντες Καρχηδονίους
ἐνίκων ναυμαχοῦντες.*

μᾶλλον. — *παρ' ἀλλήλους ἐπιμισγόντων.* De ἐπιμ. vid. adn. 2, 2. In toto autem genere loquendi emphasis inest, quae optime cognoscitur ex 146 ἐπεμείγνυντο δὲ καὶ παρ' ἀλλήλους ἐφοίτων, quibus II 1 sola ἐπεμείγνυντο ... παρ' ἀλλήλους respondent. Cf. Kuehn. Gram. max. § 447 B. — *τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς.* De Homero, ut 5, 2, maxime cogitat. Vid. Il. II 570. Ceterum cf. etiam Pind. Ol. XIII 4. — *ἐπειδή τε.* De τέ particula cf. adn. V 7, 4. — *ἔπλῳζον.* Activum huius verbi poëticum est (Hom. Il. XXIV 12. Hesiod. Opp. 604), medium posterioribus maxime scriptoribus usitatum. — *τὰς ναῦς*, i. e. τὰς τριήρεις § 2. In καθῄρουν oratio redit ad Corinthios. De re cf. c. 4. — *ἀμφότερα.* Male nonnulli interpretantur in Aegaeo pariter mari atque in Corinthio sinu. Qui enim quae Thucydides modo de antiquiore Graecorum commercio, quod terra magis quam mari per Corinthiorum agrum inter se habuissent, narravit perpenderit, illud ἀμφότερα aliter accipi non posse intelliget quam terra marique, sicut legitur 100, 1. 112, 4. De adverbiali eius usu universo vid. Matth. Gr. § 425, 5. Krueg. Gr. § 46, 8 adn. 3.

§ 6. *Ἴωσιν.* Praecipue Phocaeensibus, Milesiis, Samiis, Chiis. De bello inter Iones et Cyrum gesto vid. Herod. I 161 sqq. — *Πολυκράτης.* De rebus Polycratis cf. III 104. Herod. III 39 sqq. 120 sqq. Panofk. Res. Sam. p. 29 sqq. — *Ῥήνειαν.* De hac insula proxime Delum sita vid. plura III 104, 2. De eius expugnatione add. Suid. in ταῦτά σοι. — *Φωκαῆς Μασσαλίαν οἰκίζοντες.* De Phocaeensium mercatura, opibus, coloniis vid. Muenteri Velia p. 4 sqq., de Massilia ab iis condita praeter Larcher. ad Herod. I 166 imprimis Dederich. in Mus. Rhen. IV p. 99 sqq. Conditam eam esse 120 annis ante pugnam Salaminiam testatur Scymnus v. 210—214, Ol. XLV a. 3 (598) Euseb. Chron. p. 124. Cf. Herm. Antiqu. I § 78,

www.libtool.com.cn

14. *Δυνατώτατα γὰρ ταῦτα τῶν ναυτικῶν ἦν.* 1
*φαίνεταὶ δὲ καὶ ταῦτα, πολλαῖς γενεαῖς ὕστερα γενόμενα τῶν Τρωικῶν, τριήρεσι μὲν ὀλίγαις χρώμενα, πεντηκοντόροις δ' ἔτι καὶ πλοίοις μακροῖς*

28. A quibus testimoniis Thucydidem, ut Isocr. VI 84. Paus. X 8, 6, dissentire crederemus oporteret, si de iis quae multo posteriore tempore post Phocaeam ab Harpago captam evenissent hic loqueretur. Sed cum Isocr. et Pausanias male tempora confundentes Massiliae originem cum Phocaeae expugnatione coniungant, Th. talem temporum confusionem tribuere non licet. Cf. Harp. s. v. *Μασσαλία*. — *Καρχηδονίους ἐνίκων ναυμαχοῦντες*. De hac pugna (nam imperfectum etiam de una pugna intellegi posse ex 108, 1. 116, 1 et adn. 54, 2 apparet) vel de his pugnis, ut mavult Class., nihil constat; eam enim de qua loquitur Herod. I 166 a. 536 aut 534 aut 542 pugnatam huc non pertinere, praeterquam quod tempora male congruunt, conicitur ex iis quae post eam Phocaeensibus accidisse idem scriptor docet Massiliae mentionem non faciens. Utique Massiliam condentes Phocaeenses hanc victoriam reportarunt. Nam sine idonea causa Roeseus in Ann. phil. a. 1877 p. 257 sqq. *Μασσαλίαν οἰκίζοντες* spurium esse contendit, quod Phocaeensium coloni benigne excepti sint neque eo tempore pugna inter Massilienses et Carthaginienses fieri potuerit. Nititur autem maxime Aristotelis apud Athen. p. 576 a testimonio: *Φωκαεῖς οἱ ἐν Ἰωνίᾳ ἐμπορίᾳ χρώμενοι ἔκτισαν Μασσαλίαν*. Sed si Phocaeenses mercaturae causa Massiliam condiderunt, eo non efficitur Carthaginienses, qui in ea parte maris imperium tenebant, eos non conatos esse impedire. Neque desunt indicia quibus inde a condita urbe Massilienses cum Carthaginiensibus pugnasse comprobetur. Vide Iustin. XLIII 5, 4, quocum cf. Strab. p. 180 *καταναυμαχοῦντες ἀεὶ τοὺς ἀμφισβητοῦντας τῆς θαλάσσης ἀδίκως*. Quod autem, si de pugna a colonis urbem condentibus commissa hunc locum accipimus, temporis ordo derelinquitur quem scriptor de Ionum re navali exponens instituit, initium sane urbis condendae certo quodam anno factum est, sed donec perficeretur multum sane temporis praeteriit quo identidem a Carthaginiensium hostilitate urbs defendenda erat. Itaque *ἐνίκων ναυμαχοῦντες* cum Class. de pluribus victoriis navalibus accipere praestat. Fusius Roes. refutavit Class.

Cap. 14. § 1. *ταῦτα ... γενόμενα*. De more tempora ex aetatum rationibus constituendi apud Graecos vulgato vid. Brand. de temp. Graec. antiquiss. ration. p. 16. De *γενεαῖς* vid. Wessel. ad Herodot. II 142 et ad Diod. II 24. — *τριήρεσι μὲν ὀλίγαις χρώμενα*. Frustra Cob. Mnem. l. l. p. 71 coni. *ὀλίγα*, quod haec fuerit Graecorum dicendi consuetudo et Th. rarum navium usum, non navium paucitatem significaverit. Contrarium infra ostendit § 2 oppositum *τριήρεις ... ἐς πλῆθος ἐγένοντο* et de varia dicendi consuetudine cf. 8, 5 *θαλάσσῃ ἤδη πλείω χρώμενοι* et 68, 1 *ἀμαθίᾳ πλέονι ... χρῆσθε*. — *πεντηκοντόροις ... καὶ πλοίοις μακροῖς*. *Πεντηκόντορός ἐστι ναῦς ὑπὸ πεντήκοντα ἐρεσσομένη*. Schol. Erant maximae navium singulis remorum ordinibus instructarum (*μο-*

www.libtool.com.cn


2 ἐξηρτυμένα, ὥσπερ ἐκεῖνα. ὀλίγον τε πρὸ τῶν Μηδικῶν καὶ τοῦ Δαρείου θανάτου, ὃς μετὰ Καμβύσην Περσῶν ἐβασίλευσε, τριήρεις περί τε Σικελίαν τοῖς τυράννοις ἐς πλῆθος ἐγένοντο καὶ Κερκυραίοις· ταῦτα γὰρ τελευταῖα πρὸ τῆς Ξέρξου στρατείας ναυτικὰ ἀξιόλογα ἐν τῇ Ἑλλάδι κατέστη.
3 Αἰγινῆται γὰρ καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ εἴ τινες ἄλλοι, βραχέα ἐκέκτηντο, καὶ τούτων τὰ πολλὰ πεντηκοντόρους· ὀψέ τε ἀφ' οὗ Ἀθηναίους Θεμιστοκλῆς ἔπεισεν Αἰγινήταις πολεμοῦντας, καὶ ἅμα τοῦ βαρ-

νήρων). *Πλοῖα* sunt navigia quae ex forma vocantur longa (ut Xen. Anab. V 1, 1. Polyb. I 20), quibus utebantur in bellis, cum naves onerariae, quae item *πλοῖα* dicebantur, *στρογγύλαι* et essent et dicerentur, velut II 97, 1. Cf. etiam Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 298, qui recte monet secundum hunc locum *πεντηκοντόρους* et *πλοῖα μακρά* forma aliquanto diversa fuisse. Quod si ita est, sine causa Kruegero *μακροῖς* suspectum fuit.

§ 2. *περί τε Σικελίαν.* Haec aut valent in Sicilia circumcirca (cf. II 23, 2. VI 2, 6. VII 19, 1), pro quibus Latine quoque circa Siciliam dixeris, aut in Sicilia et finitima Italia. Cf. II 26, 1. Respicitur quidem praecipue ad Gelonem et Hieronem (cf. Herod. VII 158), sed praeter eos sine dubio ad Theronem, Anaxilaum, alios. — *ἐς πλῆθος*, propr. usque ad multitudinem, i. e. *πολλαί*. — *Κερκυραίοις.* De horum potentia navali vid. c. 25 et Herod. VII 68.

§ 3. *Αἰγινῆται.* Horum opes navales a Thucydide extenuatas esse suspicatur Muell. Aegin. p. 87 maxime de iis consulendus. Athenienses Pisistrato regnante classem non vilem habuisse conicit Thirlwall. Hist. Gr. II p. 66. — *εἴ τινες ἄλλοι*, velut Thasii et Lesbii. Simul audi *ναυτικὰ ἐκέκτηντο.* — Deinde *βραχέα* (*ναυτικά*) = *μικρά*, ut 130, 2. 140, 5. II 22, 2. Ita interdum brevis dicitur. Cf. Doed. ad Tac. Ann. VI 35. Tum ad *ὀψέ* aut *ἐκέκτηντο* mente repetendum aut, quod praestare, cum ea quae sequuntur ad solos Athenienses spectent, videtur, *ἦν* subaudiendum. Cf. 6, 5 *οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδή* et ibid. § 3; *ἀφ' οὗ* pro *ὅτε* ita dictum est ut ex suo tempore scriptor rem spectet. Similia sunt ubi scriptor quae alique loco sunt ex suo loco spectat, qualia habes 64, 1. II 13, 7, ubi cf. adn. Eodem modo Strab. p. 210 *ὀψὲ δέ ποτε ἀφ' οὗ μετέδοσαν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν πολιτείαν.* Iniuria igitur *ἀφ' οὗ* del. Krueg. — *Ἀθηναίους Θεμιστοκλῆς ἔπεισε.* Cf. Herod. VII 144. Plut. Them. 4 et ibi Sint. Nep. Them. 2. — *Αἰγινήταις πολεμοῦντας.* De hoc bello vid. Herod. VI 88 sqq. Cum verba *τοῦ βαρβάρου* (h. e. rege Persarum, ut 18, 2. 69. 73 al., cf. adn. 69, 5) *προσδοκίμου ὄντος* de Xerxe rectius quam de Dario sententiae causa intellegantur, rem post pugnam Marathoniam accidisse putaveris. Et revera, quanquam bellum antea initium habuit (cf. 41, 2), bellatum esse etiam post pugnam Marathoniam narrant Curtius Hist. Gr. II p. 32 sq., et Dunck. Hist. ant. VII p. 169 sqq. Praeterea ex papyro Berolinensi fragmen-

www.libtool.com.cn

*βάρου προσδοκίμου ὄντος, τὰς ναῦς ποιήσασθαι, αἷσπερ καὶ ἐναυμάχησαν· καὶ αὗται οὔπω εἶχον διὰ πάσης καταστρώματα.*

15. *Τὰ μὲν οὖν ναυτικὰ τῶν Ἑλλήνων τοι-* 1
*αῦτα ἦν, τά τε παλαιὰ καὶ τὰ ὕστερον γενόμενα. ἰσχὺν δὲ περιεποιήσαντο ὅμως οὐκ ἐλαχίστην οἱ προσσχόντες αὐτοῖς χρημάτων τε προσόδῳ καὶ ἄλλων ἀρχῇ· ἐπιπλέοντες γὰρ τὰς νήσους κατεστρέφοντο, καὶ μάλιστα ὅσοι μὴ διαρκῆ εἶχον*

Cap. 15. § 1. *γενόμενα* Aug. Pal. et plerique libri mss., vulgo *γιγνόμενα*. „Scriptura *γιγνόμενα* eo spectans ut de opibus Graecorum paulatim crescentibus cogitemus potest illa quidem ferri; tamen quia res de qua hoc loco agitur ad finem perducta est, altera *γενόμενα* praeferenda videtur.“ Lange. de period. Thuc. p. 18.

tum Aristotelis politiae Atheniensium continenti cognovimus legem de aedificanda classe a Themistocle archonte Nicodemo, i. e. Ol. LXXIV 2 (a. Ch. 483), rogatam esse. Cf. Bergk. in Mus. Rhen. XXXVI p. 107 sq. Dunck. l. l. p. 182 sq. De *καί* cf. adn. 65, 1. — **ἐναυμάχησαν]** *ἐν Σαλαμῖνι δηλονότι.* Schol. — **καὶ αὗται οὔπω εἶχον διὰ πάσης καταστρώματα.** Inaequalitatem numeri adnotat Longin. *π. εὑρέσ.* IX p. 564 ed. Walz. Singularis *πάσης* (*νεώς*) potest distributive dictus esse (cf. adn. VII 65, 2); videtur tamen *διὰ π.* potius esse formula adverbialis. Cf. adn. 15, 2 et IV 126, 5. Boehm. confert *ἐκ καινῆς* (III 92, 6) *ἀπὸ πρώτης*, *ἀπὸ τῆς πρώτης* (I 77, 3. VII 43, 5), *διὰ κενῆς* (IV 125, 5), *κατὰ μόνας* (I 32, 5. 37, 4). *Καταστρώματα* Plautus aliquotiens stegas appellat, Petronius constrata, ut naves *καταστρώματα* habentes sive tectae (*κατάφρακτοι* 10, 4) saepe constratae vocantur. Quas inventas a Thasiis esse affirmat Plin. H. N. VII 56, 209.

Cap. 15. § 1. **ὅμως**, i. e. *εἰ καὶ τὰ ναυτικὰ τοιαῦτα ἦν.* Cf. de hist. Thuc. Comm. p. 85. — **οἱ προσσχόντες αὐτοῖς**, qui animum ad rem navalem attenderunt, dediti ei fuerunt; *προσκεῖσθαι ταῖς ναυσί* ita legimus 93, 7, ipsum *προσσχεῖν* VII 75, 7. Inutilis est Valckenarii coniectura *προύχοντες* a Cobeto l. l. frustra in lucem protracta. Nam de omnibus civitatibus ad rem navalem incumbentibus sermonem esse insequentia clarissime ostendunt. — **καὶ μάλιστα ... χώραν**, et ii praecipue qui regionem non sufficientem (ad victum vel alimentis) habebant. Tales erant Athenienses (vid. 2, 6 et Isocr. XII 165 sq.) et Corinthii, quorum hi ob colonias in Ortygiam, Corcyram, Leucadem deductas subegisse insulas recte dicantur. *Καὶ μάλιστα ... εἶχον* pro obiecto verbi *κατεστρέφοντο*, id quod Campius l. d. p. 15 suasit, haberi posse non existimamus; nam in eos potissimum qui regionem sufficientem victui non haberent impetum factum esse credibile non est.

www.libtool.com.cn


2 χώραν. κατὰ γῆν δὲ πόλεμος ὅθεν τις καὶ δύναμις περιεγένετο οὐδεὶς ξυνέστη· πάντες δὲ ἦσαν ὅσοι καὶ ἐγένοντο πρὸς ὁμόρους τοὺς σφετέρους ἑκάστοις, καὶ ἐκδήμους στρατείας πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ οὐκ ἐξῇσαν οἱ Ἕλληνες· οὐ γὰρ ξυνειστήκεσαν πρὸς τὰς μεγί-

§ 2. παρεγένετο codd. Cf. adn.

πάντες γὰρ Aug. Cass. A., quod defendi vix potest. Tum ἦσαν propter incertam in libris nonnullis sedem et nobis olim suspectum fuit et G. Hermanno in Philol. I p. 371. Sed variat nonnunquam in libris mss. collocatio verborum maxime genuinorum neque ipsum ἦσαν quicquam suspecti habet.

Alio ordine ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν πολὺ Cl. Ven. Similiter Aug. et Cass., sed in hoc πολὺ om., in illo ante ἐπ' legitur. Sed ideo πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν suspectum fieri non debet. Cf. VI 83, 5 et adn. infra scriptam.

§ 2. ὅθεν ... περιεγένετο, unde (praeterquam quod bellatum est) aliqua etiam potestas redundaret (cf. adn. 144, 3). Traditam scripturam unde (*in Folge dessen*) satis magnus exercitus adveniret sive collectus esset interpretantur Class. et Krueg., unde (ex quo) aliquid potentiae accederet alii. Sed hoc προσεγένετο dicendum fuisse respondet Krueg.; quod vero ad priorem rationem attinet, non ex bello, sed ad bellum copiae conveniunt sive colliguntur. Praeterea rerum necessitudo ostendit eandem rem atque supra verbo περιεποιήσαντο significari oportere. Recepimus igitur subtilem Tournieri (Revue de phil. I p. 271) emendationem. Herw. hoc loco κἂν pro καὶ reponendum esse duxit, quod quam falsum sit discas ex Kuehn. Gr. max. § 588, 6 et exemplis ibi allatis Xen. Hist. Gr. VII 4, 37. 5, 26. Memor. II 2, 8. — ὅσοι καὶ ἐγένοντο, quot etiam (praeter exceptionem modo verbis κατὰ γῆν δὲ ... ξυνέστη significatam) facta sunt. De hoc καί et proxime praegresso cf. 97, 2. II 51, 1. 54, 5. III 67, 2. IV 48, 5 — ἐκδήμους στρατείας ... ἐξῇσαν. Ἔκδημοι στρατεῖαι sunt expeditiones in terram peregrinam seu extra patriam factae. Cf. II 10, 1. De verbis στρατείας ἐξιέναι vid. adn. 3, 5. Lob. ad Soph. Ai. 290. Krueg. Gr. § 46, 5. Τῆς ἑαυτῶν cf. cum τῇ ἀλλήλων 44, 1 ubi vid. adn. Propter varias codicum scripturas non pro suspectis haberi debent πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν. Omnino enim necessaria sunt. Nam ἔκδημοι στρατεῖαι etiam πρὸς ὁμόρους fieri possunt, non possunt longinquae; praeterea etiam quod infra huic sententiae quodammodo opponitur κατ' ἀλλήλους ... οἱ ἀστυγείτονες ἐπολέμουν ut longinquae hic expeditiones significentur postulat. — οὐ γὰρ ξυνειστήκεσαν ... ὑπήκοοι. Verbi nomen est οἱ Ἕλληνες. Significare vult Thuc. minores civitates nondum cum maioribus consociatas fuisse ita ut sub earum dictione essent. Vid 8, 3 et de ξυνιστ. adn. 1, 1. ὑπήκοοι dictum est pro plenioribus ὥστε ὑπήκοοι εἶναι. Cf. V 29, 1 μέρος τι τῆς Ἀρκαδίας κατέστραπτο ὑπήκοον et ibi adn. —

www.libtool.com.cn

σιας πόλεις ὑπήκοοι, οὐδ᾽ αὖ αὐτοὶ ἀπὸ τῆς ἴσης κοινὰς στρατείας ἐποιοῦντο, κατ᾽ ἀλλήλους δὲ μᾶλλον ὡς ἕκαστοι οἱ ἀστυγείτονες ἐπολέμουν. μάλιστα δὲ ἐς τὸν πάλαι ποτὲ γενόμενον πόλεμον 3
Χαλκιδέων καὶ Ἐρετριῶν καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέστη.

16. Ἐπεγένετο δὲ ἄλλοις τε ἄλλοθι κωλύματα

αὖ habent Laur. m. A. C. γρ. Mosqu., in longe plurimis abest. Cf. adn.

Cap. 16. ἄλλοθεν E. et Valla aliunde. Cf. adn.

κωλύματα τοῦ αὐξ. It. Vat. Reg. H.

οὐδ᾽ αὖ, neque vero, ut 10, 4. IV 87, 5. 99. Κακοφωνία ob proximum αὐτοί non multo maior est quam in vv. οὐδ᾽ αὐτοὶ αὖ VII 56, 3. Cf. V 30, 2. — αὐτοί, ipsi, valet per se, μὴ ξυνεστηκότες. — κατ᾽ ἀλλήλους, inter se. Cf. IV 48, 2. V 60, 2. — ἀπὸ τῆς ἴσης. De grammatica horum verborum ratione vid. Krueg. Gr. § 43, 3 adn. 8 et adn. 14, 3. Sic iterum III 40, 6 ὁ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθρός. Similia dicendi genera sunt ἐξ ἴσης, ἐπ᾽ ἴσης nec multum diversa ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ 27, 1, ubi vid. adn., τῆς ἴσης καὶ ὁμοίας μετέχειν IV 105, 2, ut omittamus ἀπὸ πρώτης 77, 3, ubi vid. adn., et similia. Valent verba idem quod ἀπὸ τοῦ ἴσου, ἐκ τοῦ ἴσου, ex aequo (cf. Walch. ad Tac. Agric. 20), quod et ad sumptus et ad imperia bellorum referendum. Cf. 99, 2 οὔτε ξυνεστράτευον ἀπὸ τοῦ ἴσου. — ὡς ἕκαστοι. Cf. adn. 3, 4.

§ 3. πόλεμον Χαλκιδέων καὶ Ἐρετριῶν. Cf. Herod. V 99. Bellum ortum est de Lelanto vel Lelantio campo. Vid. Strab. p. 448 et cf. Thirlwall. Hist. Gr. I p. 456 sq. Grot. Hist. Gr. III p. 228 sq. (vers. Germ. II p. 133 sq.). Dunck. Hist. antiqu. V 489 sq. — ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέστη, i. e. διέστη (ut 18, 4) ὥστε ἑκατέροις ξυμμαχεῖν seu ut 1, 1 πρὸς ἑκατέρους ξυνίστασθαι. Cf. etiam διακριθῆναι πρός τινας 18, 2.

Cap. 16. Ἐπεγένετο δὲ ἄλλοις τε κ. τ. λ. Sic incipiens Thuc. pergere debebat καὶ Ἴωσιν (ἐνταῦθα) ὅτε Κῦρος ... ἐπεστράτευσε. Nunc autem orationem in altero membro ita mutavit ut si in priore legerentur ἄλλοις τε ἄλλοθι κωλύματα ἐπεγένετο. Quales orationis mutationes frequentes sunt post τέ. Vid. 53, 2. III 36, 2. 40, 8. 94, 3. IV 28, 4. 52, 2. 77, 2. 100, 1. 127, 2. Praeiverunt poetae velut Hom. Il. XXIV 632 εἰσορόων ὄψιν τ᾽ ἀγαθὴν καὶ μῦθον ἀκούων. — ἄλλοθι, aliis rerum condicionibus. Cf. Plat. Conviv. 184 e. Alc. I 110 b. Similiter Plat. de Rep. 574 a αἱ ἐν αὐτῷ ἡδοναὶ ἐπιγιγνόμεναι, non ἐξ αὐτοῦ. Repudiandum igitur ἄλλοθεν. — κωλύματα μὴ αὐξηθῆναι. Articulum τοῦ si desideres, cf. III 39, 3 παρέσχεν ὄκνον μὴ ἐλθεῖν ἐς τὰ δεινά, II 11, 2. III 32, 3 et omisso μὴ IV 67, 4 κώλυμα οὖσα προσθεῖναι et III 40, 1 ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν λήψονται. Cf. Matth. Gr. § 542 adn. 1 b. Krueg. Gr. § 50, 6 adn. 6. De μὴ vid. Matth. Gr. § 534 adn. 4, 3. Krueg. Gr.

www.libtool.com.cn

μὴ αὐξηθῆναι, καὶ Ἴωσι προχωρησάντων ἐπὶ μέγα τῶν πραγμάτων Κῦρος καὶ ἡ Περσικὴ ἐξουσία, Κροῖσον καθελοῦσα καὶ ὅσα ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ πρὸς θάλασσαν, ἐπεστράτευσε καὶ τὰς ἐν τῇ ἠπείρῳ πόλεις ἐδούλωσε, Δαρεῖος δὲ ὕστερον τῷ Φοινίκων ναυτικῷ κρατῶν καὶ τὰς νήσους.

1 17. Τύραννοι δὲ ὅσοι ἦσαν ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ ἐφ' ἑαυτῶν μόνον προορώμενοι ἔς τε

ἐξουσία Aug. Cass. Cl. Ven., vulgo βασιλεία, ex illius, ut videtur, interpretatione ortum.
Δαρεῖός τε Laur. Pal. Aug. M. cum plerisque deteriorum.
Cap. 17. § 1. τύραννοί τε Laur. Pal. Aug. Cass. Cl. Ven. m. A. C. E., quod ferri potest. Cf. ἐπειδή τε 13, 5 ibique adn.

§ 67, 12 adn. 3. — Ἴωσι ... Κῦρος ... ἐπεστράτευσε. Cf. 13, 6 et ibi adn. Dativus et cum προχωρησάντων et cum ἐπεστράτευσε verbis cohaeret. Ceterum ante Persicum regnum iam Lydiam imperantibus Mermnadis incrementis Ionum obstitisse satis constat. Cf. Herodot. I 14 sq. — Κροῖσον καθελοῦσα. Similiter καθαιρεῖν 77, 5 legitur. — καὶ ὅσα. Simul audi ἐστί. Cf. 87, 2. 91, 2. II 9, 2. 13, 4. 97, 3. — ἐντός, eis. Cf. adn. II 9, 4. — Ἅλυος ποταμοῦ sine artic. ut 46, 4. 100, 1. II 97, 1. IV 102, 1. VI 4, 1. Cf. Krueg. Gr. § 50, 7 adn. 1. — ἐδούλωσε. Usus medii 18, 2 similiter collocati Thucydidi non magis necessarius visus est quam in ἀπολέξας IV 70, 2, μεταβάλλοντες VI 77, similibus. Cf. Matth. Gr. § 496, 2 et infra III 17, 4. 46, 1. — Δαρεῖος ... καὶ τὰς νήσους. Ionicas insulas devictis ab Harpago civitatibus continentis Ioniae Cyro se dedidisse narrat Herodot. I 143. 151. 169. Sed aut oboedientia insularum tunc simulata nec diuturna fuisse existimanda est aut deditio voluntaria a Thuc. hic omnino neglegitur ad solam violentam harum insularum oppressionem respicienti, quae postquam bello Ionico una cum ceteris Ionibus defecerunt, post pugnam navalem ad Laden factam sub imperium Persarum redactae sunt. Phoenices autem, quorum classe Darius usus est, a Cambyse subactos esse docuit Dahlmann. Vit. Herodot. p. 151 sqq. — κρατῶν est pollens.

Cap. 17. § 1. Τύραννοι. Hos enumeravit Wachsm. I. ad 13, 1 allato. — τὸ ἐφ' ἑαυτῶν μόνον προορώμενοι, suis tantum rebus prospicientes. Cf. Matth. Gr. § 584 γ p. 1368 et 141, 6. Saepius τὸ ἑαυτῶν μόνον σκοποῦντες (VI 12, 2) dicitur. De re vid. Wachsm. I. d. I p. 503 sqq. — ἔς τε τὸ σῶμα. Nonnulli τὸ ad αὔξειν referentes zeugma, de quo vid. Matth. Gr. § 634, 6, in his verbis volunt inesse. Cui explanationi non obstare alterum articulum omissum nec recte apud Greg. Cor. ad Hermog. p. 1249 εἰς τὸ σῶμα legi apparet ex 136, 3 ἐς τὸ σῶμα σῴζεσθαι, ubi vid. adn. Ob duritiam tamen orationis ita orientem ἔς τε τὸ σῶμα per se intellecta malumus interpretari et quod attinet ad corpus s. corporis praesidium. Σῶμα enim Graecis saepe de corporis securitate vel integri-

www.libtool.com.cn

*τὸ σῶμα καὶ ἐς τὸ τὸν ἴδιον οἶκον αὔξειν δι' ἀσφαλείας ὅσον ἐδύναντο μάλιστα τὰς πόλεις ᾤκουν, ἐπράχθη τε ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν ἔργον ἀξιόλογον, εἰ μή τι πρὸς περιοίκους τοὺς αὐτῶν ἑκάστοις [οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ ἐπὶ πλεῖστον ἐχώρησαν δυνά-*

*εἰ μὴ εἴ τι*, quod apud Th. quidem praeter hunc l. non legitur, Laur. Aug. m. deterioresque aliquot.

In plerisque mss. *τους αὐτῶν*. Utrum praestet valde dubium est. Cf. adn. Retinuimus tamen *αὐτῶν* ob verba 15, 2 *πρὸς ὁμόρους τοὺς σφετέρους ἑκάστοις*.

tate ponitur (cf. Vig. p. 143 sq.), de *ἐς* autem vid. Matth. Gr. § 578 d. — *δι' ἀσφαλείας ὅσον ἐδύναντο μάλιστα*, i. e. *ὅσον ἐδύναντο ἀσφαλέστατα*. Cf. II 22, 1. 77, 3. V 40, 3. VII 21, 1. 69, 3. VIII 45, 1. Matth. Gr. § 580 g. Pflugk. ad Eur. Hel. 809. — *τὰς πόλεις ᾤκουν*. *Οἰκεῖν* est quidem interdum idem fere quod *διοικεῖν* (cf. II 37, 1. III 37, 3), sed hic desidiae notio simul eo videtur contineri. — *ἀπ' αὐτῶν*, iis auctoribus. De hoc usu praepositionis *ἀπό* vid. Matth. Gr. § 573 p. 1330. Krueg. Gr. § 52, 5 adn. 1 et cf. exempla Thucydidea (III 36, 6. 82, 7. IV 76, 2. VI 28, 1. 32, 3. 61, 1. VIII 48, 7. 68, 4), ex quibus Thucydidem hoc *ἀπό* cum verbis agendi, dicendi, mittendi maxime coniunxisse cognoscitur. Add. Herbst. de Cob. emend. p. 48 sq. De sententia cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 64, 4. — *εἰ μή τι*. Subaudiendum *ἔργον ἀξιόλογον ἐπράχθη*. — *πρὸς περιοίκους τοὺς αὐτῶν*. Et *αὐτῶν* dici potuit, quod *τὶ ἐπράχθη ἑκάστοις* idem significant atque *τὶ ἔπραξαν ἕκαστοι*, et *αὐτῶν*, quod subiectum huius enuntiati proprie est *τι*, remotius autem subiectum enuntiati potioris nec curatur saepe a Graecis (cf. adn. V 32, 5) et hic, si formam magis quam sententiam verborum *ἐπράχθη … ἀξιόλογον* spectamus, insuper est *ἔργον*. Sed adeo in simplicibus enuntiatis haud raro *αὐτῶν* scriptum reperitur ubi ut *ἑαυτῶν* legatur Latini sermonis ratio suadet. Etenim Graeci, cum duo intelleguntur nomina, unum primarium et nominativo aut in oratione obliqua accusativo expressum, alterum secundarium et in verbis enuntiationis relativae vim habentibus abditum, velut in participio (c. 133), in praepositione cum articulo iuncta (ut praeter incertiora 10, 3. 50, 2. IV 27, 3 II 65, 1 *ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν*, VI 16, 5 *οἶδα τοὺς τοιούτους ἐν τῷ κατ' αὐτοὺς βίῳ λυπηροὺς ὄντας*, quibuscum cf. IV 128, 1) et adeo in genetivo possessivo (cf. ad. 50, 1. 82, 1. 144, 2, qua de re cf. adn. III 22, 6), cum in his postremis dicendi generibus participium *ὤν* lateat, pronomen ad subiectum primarium referendum voce *αὐτοῦ* exprimere possunt. Cf. Arndt. de pronom. reflex. usu apud Graecos p. 22 sq., sed etiam id. de pronom. simpl. construct. relat. p. 30 sqq. — *οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ κ. τ. λ.* Qua ratione haec sententia cum superioribus cohaereat in obscuro est, quare Wexius in Thuc. p. 10 et Linwood (Remarks and emendations) eam post verba *πλὴν τῶν ἐν Σικελ.* transponendam esse audacius suspicati sunt. Sed ne sic quidem cum antecedentibus apte conectitur. Stephanus ante eam haec fere cogitari iubet: non loquor

www.lbtool.com.cn

2 μεως]. οὕτω πανταχόθεν ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ πολὺν χρόνον κατείχετο μήτε κοινῇ φανερὸν μηδὲν κατεργάζεσθαι κατὰ πόλεις τε ἀτολμοτέρα εἶναι.
1 18. Ἐπειδὴ δὲ οἵ τε Ἀθηναίων τύραννοι καὶ οἱ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐπὶ πολὺ καὶ πρὶν τυραννευθείσης οἱ πλεῖστοι καὶ τελευταῖοι πλὴν τῶν ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατελύθησαν (ἡ

**οὐδὲν** pro **μηδὲν** Aug. Cass. Cl. Ven.

tamen hic de Siciliae tyrannis sive excipio tamen Siciliae tyrannos. Sed quae apud alios scriptores reperiuntur exempla brevium sententiarum ante **γάρ** omissarum aliorum generum sunt et ut, si haec mens esset Thucydidis, **ἀλλὰ γάρ** legeretur postularent. Nec exemplis Thucydideis, velut 120, 1. V 95, illa ellipsis Stephaniana videtur defendi. Idem valeret, si quod certe fecerunt Siciliae tyranni (sic olim Poppo) vel similia (ut Kaempf. l. l. p. 14) mente supplere vellemus. Neque Cobeti emendatione **μόνοι γὰρ οἱ ἐν Σ.** idoneus verborum conexus restitui videtur. Certe ita nimium esse videtur **ἐπὶ πλεῖστον ἐχώρησαν δυνάμεως**. Itaque nos Krueg. et Class. secuti haec verba pro spuriis habemus. Fortasse ad **ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι** in margine adscripta sunt, ut indicaretur civitates Graeciae proprie dictae significari, in Siciliae civitatibus id quod deinde de tyrannis dicitur non valere.

§ 2. **ἡ Ἑλλὰς . . . εἶναι.** Haec, si **ἀτολμοτέρα εἶναι** arcte cum **κατείχετο** iungimus et negandi particulam in **μήτε** atque **μηδέν**, ut saepe post verba impediendi (cf. c. 16 adn.), redundare existimamus in altero membro, nisi ibi, quod Madv. Observ. synt. p. 57 censet, solam cogendi notionem intellegi volumus, falsam sententiam praebent. Quare, si Latine quoque insolentius loqui licet, potius sic convertenda sunt: Graecia diu retinebatur sive cohibebatur ita ut neque communiter quicquam illustre gereret et singulae civitates minus strenuae essent. De infinitivo sine **ὥστε**, quod post **κατέχειν** IV 130, 6 et alibi addi docet Classen, rei effectae vim habenti etiam post verba complementis notionum non indigentia vid. Matth. Gr. § 532 f. Cf. III 23, 1. 66, 2. VI 69, 3. **Μήτε** autem et **τέ** ut alibi **οὔτε** et **τέ** inter se respondent. Cf. Matth. Gr. § 609, 1 c γ et infra 141, 6.

Cap. 18. § 1. **Ἐπειδὴ δὲ κ. τ. λ.** De hac comprehensione verborum vid. Hermog. **περὶ μεθόδου δεινότητος** c. 14 p. 419. — **οἵ τε Ἀθηναίων τύραννοι καὶ οἱ κ. τ. λ.** In primis verbis ad Hippiam potissimum respicitur. Cf. VI 59, 4 et Herod. V 68 sqq. De vv. **οἱ ἐκ . . . Ἑλλάδος** vid. adn. 8, 2. Nominativi **οἱ . . . τύραννοι . . . οἱ πλεῖστοι καὶ τελευταῖοι** per appositionem correctioni similem inter se iuncti sunt. Cf. adn. 2, 6. — **τυραννευθείσης.** Passivum tale qualia apud Thuc. sunt **ἄρχομαι, ἀμελοῦμαι.** Cf. adn. 68, 2 et 142, 7. Ceterum Class. verba **ἐπὶ πολὺ . . . τυραννευθείσης** falso pro attributo accipit, cum appositionis vice fungantur. Cf. adn. c. 7. — **πλὴν τῶν ἐν Σικελίᾳ.** Cf. Wachs. Antiqu. Gr. I p. 497. — **ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατελύθησαν.** Cf.

www.libtool.com.cn

γὰρ Λακεδαίμων μετὰ τὴν κτίσιν τῶν νῦν ἐνοικούντων [αὐτὴν] Δωριῶν ἐπὶ πλεῖστον ὧν ἴσμεν χρόνον στασιάσασα ὅμως ἐκ παλαιοτάτου καὶ ηὐνομήθη καὶ αἰεὶ ἀτυράννευτος ἦν· ἔτη γάρ ἐστι μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου, ἀφ' οὗ Λακεδαιμόνιοι

Cap. 18. § 1. *κτῆσιν* codd. paene omnes. Cf. adn.

*αὐτὴν* in Pal. om., in Ven. post *Δωριῶν* collocatur; *αὐτῇ* pro eo habet Greg. Cor. ad Hermog., *ἐν αὐτῇ* ipse Hermog. Similiter 91, 4 ad *ἐνοικοῦντας* vulgo addita erant verba *ἐν αὐτῇ* nunc deleta.

*παλαιτάτου* pauciores codd.

Mans. Spart. I 2 p. 301 sqq. Wachsm. l. d. p. 186 et 607. Curt. Hist. Gr. I p. 276 sqq. — *κτίσιν*. Utrum hoc praestet an librorum mss. paene omnium scriptura *κτῆσιν* valde dubium est. Nam vocat quidem Isocrates IV 16 Heraclidas atque Dorienses *οἰκιστὰς Σπάρτης* atque ante eorum adventum haec urbs parva videtur fuisse (vid. Muell. Dor. I p. 91 sq.), proprie tamen eam non condiderunt, etsi hoc factum esse suspicatur Nieb. Hist. ant. I p. 282, sed ab Achaeis prius habitatam occupaverunt atque *ξυνοικίσαντες* (cf. adn. 10, 2) possederunt, quare *κτῆσιν*, quod locis Isocr. XII 254 et VI 16 non multum probantibus tuetur Did., anteponendum videatur. Vulgatam tamen retinendam putavimus propter verba V 16, 3 *ὅτε τὸ πρῶτον Λακεδαίμονα κτίζοντες τοὺς βασιλέας καθίσταντο*. Accedit quod ipsum dicendi genus *μετὰ τὴν κτῆσιν τῶν Δωριῶν* ideo displicet quia, si *κτῆσις* acquisitionem significet, pro eo occupationis vocabulum, sin possessionem sonet, *ἀπό* pro *μετά* scriptum malumus. Ceterum quocunque modo scribitur, attende rariorem apud haec nomina genetivum auctoris, de quo cf. adn. III 40, 6. 58, 5. — *ἐπὶ πλεῖστον ὧν ἴσμεν χρόνον*. Simillime Polyb. VI 10, 11 *πλεῖστον* *ὧν ἡμεῖς ἴσμεν χρόνον*. Quaeritur utrum *ὧν* sit *ἀνθρώπων* an *χρόνων*. Sed Thucydidi ad temporum vim exprimendam *ὧν ἴσμεν χρόνων* scribendum fuisse recte affirmare videtur Camp. p. 18 et *ὧν ἴσμεν* similiter de hominibus leguntur c. 4. V 105. — *στασιάσασα*. Cf. Herod. I 65. Isocr. XII 177. Plut. Lyc. 2. Thirlwall. Hist. Gr. I p. 315 sq. De vv. *ἐκ παλαιοτάτου* cf. adn. 2, 6. — *ηὐνομήθη*, bonas leges accepit, bene constituta est. Aor. incohativus. Huius *εὐνομίας* auctor putatur Lycurgus. — *μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω*. Plerumque testibus Eratosthene et Apollodoro octingentis octoginta quattuor annis a. Chr. n., quadringentis octoginta ante finem belli Pelop. Lacedaemoniorum civitatis formam a Lycurgo emendatam esse statuunt. Sed in Lycurgi aetate definienda quantopere iam veteres dissentiant docet Plut. Lyc. c. 1. 2. Cf. Mans. Spart. I 1 p. 79. Muell. Dor. I p. 132 sqq. Herm. Antiqu. Gr. I § 23, 9. Grot. Hist. Gr. II p. 456 sqq. (vers. G. I p. 659 sqq.). Dunck. l. l. V p. 257 sqq. Cum Thucydide propius consentiunt Eusebius et Syncellus, ex quibus ille a. 821, hic a. 828 Lycurgi leges latas esse dicit. Cf. Ullr. Symb. ad explic. Thuc. p. 108. De *μάλιστα* vid. adn. 13, 3.

www.libtool.com.cn


τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ χρῶνται· καὶ δι' αὐτὸ δυνάμενοι καὶ τὰ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι καθίστασαν), μετὰ δὲ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν ἐκ τῆς Ἑλλάδος οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον καὶ ἡ ἐν Μαραθῶνι
2 μάχη Μήδων πρὸς Ἀθηναίους ἐγένετο. δεκάτῳ δὲ ἔτει μετ' αὐτὴν αὖθις ὁ βάρβαρος τῷ μεγάλῳ στόλῳ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα δουλωσόμενος ἦλθε. καὶ μεγάλου κινδύνου ἐπικρεμασθέντος οἵ τε Λακεδαιμόνιοι τῶν ξυμπολεμησάντων Ἑλλήνων ἡγήσαντο δυνάμει προύχοντες, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιόντων τῶν Μήδων διανοηθέντες ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν καὶ ἀνασκευασάμενοι ἐς τὰς ναῦς ἐσβάντες ναυτικοὶ ἐγένοντο. κοινῇ τε ἀπωσάμενοι τὸν βάρβαρον ὕστερον οὐ πολλῷ διεκρίθησαν πρός τε Ἀθηναίους

§ 2. ἧκε pro ἦλθε Aug. Cass. C. ἐσβάντες Laur. Aug. M. Cass. Cl. et tres alii mss., vulgo ἐμβάντες, quod, ubicunque apud Thuc. legatur, dubium esse iure hic affirmant Arn. et Class. Cf. II 94, 2. III 80, 1. IV 25, 5 et infra adn.

Paulo post δυνάμενοι est δυνατοὶ ὄντες, ut 33, 3. — μετὰ δὲ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν. Repetitur paulo aliis verbis sententia quae initio capitis adfuit. Similes ἐπαναλήψεις leguntur VII 42, 3. Xen. Cyr. II 3, 19. VII 2, 28. Cf. Gron. et Drak. ad Liv. XLIV 39. De δέ vid. adn. 11, 1, de articulo post substantivum verbale κατάλυσιν non iterato cf. 110, 5. II 52, 1. 65, 3. III 44, 4. IV 29, 1. VI 55, 1. Krueg. Gr. § 50, 9 adn. 8. 9.

§ 2. δεκάτῳ δὲ ἔτει. Cf. Clinton. Fast. Hellen. p. 245 sqq. Deinde ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα δουλωσόμενος ἦλθε dicta sunt pro ἐπὶ τὴν Ἑλλ. ἦλθε δουλωσόμενος αὐτήν. Cf. Pflugk. ad Eur. Herc. 335. — τῶν ξυμπολεμησάντων Ἑλλήνων, non, ut plerumque participium aoristi dicitur, eorum Graecorum qui communiter bellum gesserant (nam primum bellum Persicum non erat communiter gestum), sed eorum, qui (tunc) bellum communiter susceperunt. Quare ξυμπολεμησάντων (aor. incohat.) ita tantum differt a ξυμπολεμούντων ut rei initium designet. Cf. adn. 3, 2. IV 112, 1. Krueg. Gr. § 53, 5 adn. 2. Ad alterum autem bellum Persicum perferendum plurimi Graeci se coniunxerunt, de qua societate vid. Herod. VII 145 sqq. et Ullrich. de Psephism. Megar. p. 15 sq. — ἡγήσαντο, aor. incohat. = imperium acceperunt. — ἀνασκευασάμενοι] τὰ σκεύη ἀναλαβόντες. Schol. De re vid. Herod. VIII 41 et infra c. 73. 74. — ἐς τὰς ναῦς ἐσβάντες. Eadem verba in simili rerum conexu 73, 4. 74, 2. — ὕστερον οὐ πολλῷ. Similiter collocata haec vide 137, 1. II 27, 1. 30, 3. V 34, 1. — διεκρίθησαν πρός. Cf. Matth. Gr. § 591 a p. 1390. Ita dissidere in Arminium ac

www.libtool.com.cn

*καὶ Λακεδαιμονίους οἵ τε ἀποστάντες βασιλέως
Ἕλληνες καὶ οἱ ξυμπολεμήσαντες· δυνάμει γὰρ
ταῦτα μέγιστα διεφάνη· ἴσχυον γὰρ οἱ μὲν κατὰ
γῆν, οἱ δὲ ναυσί. καὶ ὀλίγον μὲν χρόνον ξυν-* 3
*έμεινεν ἡ ὁμαιχμία, ἔπειτα δὲ διενεχθέντες οἱ Λα-
κεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι ἐπολέμησαν μετὰ τῶν
ξυμμάχων πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλή-
νων εἴ τινές που διασταῖεν, πρὸς τούτους ἤδη
ἐχώρουν. ὥστε ἀπὸ τῶν Μηδικῶν ἐς τόνδε αἰεὶ
τὸν πόλεμον τὰ μὲν σπενδόμενοι, τὰ δὲ πολε-
μοῦντες ἢ ἀλλήλοις ἢ τοῖς ἑαυτῶν ξυμμάχοις ἀφ-
ισταμένοις εὖ παρεσκευάσαντο τὰ πολεμικὰ καὶ
ἐμπειρότεροι ἐγένοντο μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας
ποιούμενοι.*

19. *Καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι οὐχ ὑποτελεῖς*

§ 3. *δὲ* post *ἔπειτα* om. Aug. Cass. M. Gr. C. Suid. s. v. *ὁμαιχμία*. Et *ἔπειτα* et *ἔπειτα δὲ* Th. in talibus pariter uti animadvertit Class.

*καὶ οἱ Ἀθην.* It. Pal. cum plurimis deteriorum.

*τὰ πολέμια* codd. Cf. adn. IV 80, 3.

Segestem Tac. Ann. I 55. Cf. etiam infra IV 25, 10. Tum de neutro *ταῦτα* vid. Matth. Gr. § 439. Demosth. IV 8. Ceterum Classenus recte monuit angustiorem fieri in verbo *διακριθῆναι* subiecti ambitum. Cum enim *ἀπωσάμενοι* ad Athenienses et Lacedaemonios cum eorum sociis pertinuisset, *διεκρίθησαν* ad solos utrorumque socios pertinere. Cf. adn. III 15, 1. VIII 47, 2. — *διεφάνη*, inter cetera apparuit, ut II 51, 3. IV 108, 4. VI 17, 5.

§ 3. *ὁμαιχμία* displicuit Polluci I 153. IV 80; sed eadem voce usi sunt Herod. Dion. Hal. Appi. al. Cf. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 223. Socii ipsi *ὁμαίχμοι* appellantur III 58, 4. — *διενεχθέντες*. Vid. c. 102 sqq. — *οἱ Λακ. καὶ Ἀθ.* frustra Cobeto auctore del. Herw. Nam non solum nullam molestiam habet hoc loco distincta subiecti significatio, sed etiam ideo commode additur quod verbi *διεκρίθησαν* subiectum non iam fuerunt Lacedaemonii et Athenienses. — *διασταῖεν* est *διενεχθεῖεν*. Paulo post attende traiectum *αἰεί*. — *τὰ μὲν σπενδόμενοι, τὰ δὲ πολεμοῦντες*, partim pactionibus faciendis, partim bello gerendo. De pactionibus cf. 103, 4. 108, 4. 111, 3. 117, 3. Sine causa haec verba suspectat Krueg. — *μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι*. Cf. Plut. Dem. 6 *ἐγγυμνασάμενοι κατὰ τὸν Θουκυδ. οὐκ ἀκινδύνως*.

Cap. 19. *οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι*. De re vid. Muell. Dor. I p. 179—183. Herm. Antiqu. Gr. I § 34. — *ὑποτελεῖς . . . φόρου*. Cf. Matth. Gr. § 344, 1.

www.libtool.com.cn

ἔχοντες φόρον τοὺς ξυμμάχους ἡγοῦντο, κατ' ὀλιγαρχίαν δὲ σφίσιν αὐτοῖς μόνον ἐπιτηδείως ὅπως πολιτεύσωσι θεραπεύοντες, Ἀθηναῖοι δὲ ναῦς τε τῶν πόλεων τῷ χρόνῳ παραλαβόντες πλὴν Χίων καὶ Λεσβίων καὶ χρήματα τοῖς πᾶσι τάξαντες φέρειν. καὶ ἐγένετο αὐτοῖς ἐς τόνδε τὸν πόλεμον ἡ ἰδία παρασκευὴ μείζων ἢ ὡς τα κράτιστά ποτε μετὰ ἀκραιφνοῦς τῆς ξυμμαχίας ἤνθησαν.

Cap. 19. πολιτεύσουσι Laur. Aug.

— τοὺς ξυμμάχους non cum ἡγοῦντο, sed cum ἔχοντες cohaerere manifestum est. Errant igitur grammatici ἡγεῖσθαι cum accusativo coniungi posse hinc docentes, in quorum numero sunt auctor libri qui est de syntaxi, (Bekk. Anecd. I 137) et Matth. Gr. § 360 adn. 2 b (ubi Thuc. I 89 legitur pro I 19) — σφίσιν αὐτοῖς cum ἐπιτηδείως iungendum ad Lacedaemonios refertur. Cf. 144, 2. V 81. Ne autem huic explanationi additum αὐτοῖς obstare putes, vid. 128, 1. VI 63, 3. VIII 14, 3. Arndt. de pronom. reflex. p. 30 sq. — Ἀθηναῖοι δὲ ναῦς ... παραλαβόντες. Cf. 99, 3. — χρήματα τάξαντες φέρειν. Cf. 96, 1. 99, 1. 3. — ἐγένετο αὐτοῖς. Pronomen a plerisque interpretibus ad solos Athenienses, de quibus simile quiddam II 20 legitur, refertur; verbis autem ὡς ... ἤνθησαν ad ea tempora respici putatur quae pugnam ad Coroneam factam (c. 113) praecesserunt. Sed αὐτοῖς ad Athenienses et ad Lacedaemonios spectare docere studuit Grot. Hist. Gr. V p. 355 sq. (interpr. III p. 204). Nam Atheniensium imperium iam ineunte bello Pelop. integrum non fuisse Thucydidem nusquam significare itaque verbis ὡς τὰ κράτ. ... ἤνθησ. potius tempus ὅτε ξυνέμεινεν ἡ ὁμαιχμία (18, 3) intellegi. Sed hoc fieri nequit. Nam etsi Atheniensium potestas soluta illa contra Persas societate, cum ipsi imperium suscepissent novamque cum civitatibus maritimis societatem constituissent adeo crevit ut maior fuisse videri possit quam prioris illius societatis opes, tamen Lacedaemoniorum potestas, cum a foedere illo recessissent imperiumque ad Athenienses translatum esset, procul dubio valde deminuta est. Itaque nos priorem rationem ita sequimur ut integritatem societatis (sive sociorum, qua de re cf. 119. 130, 2) ad ea tempora referamus ubi foederis cum maritimis civitatibus initi condiciones nondum ita mutatae erant ut pro plerisque tributo imposito ipsi Athenienses naves praeberent, quo factum est ut eorum dominationi illae subicerentur (98, 4. 99). Hac enim ipsa re Atheniensium potestas ita aucta est ut etiam deminuta societate (113. 114. 115, 1) plus valerent quam antea integra et sociorum condicione nondum in deterius mutata. — τὰ κράτιστα ut 31, 1 adverbialiter dictum est. Cf. Bornem. ad Xen. Apol. Socr. 18, τὰ ἄριστα V 9, 9, τὰ μέγιστα VI 84, 2 et τὰ τελευταῖα 24, 5. De articuli τῆς collocatione vid. adn. 6, 1. Vox ἀκραιφνής male a Dion. Hal. p. 793 obsoletis vel parum usitatis et difficilibus intellectu adnume-

www.libtool.com.cn

20. Τὰ μὲν οὖν παλαιὰ τοιαῦτα ηὗρον, χα- 1
λεπὰ ὄντα παντὶ ἑξῆς τεκμηρίῳ πιστεῦσαι. οἱ
γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ
ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως ἀβασανίστως παρ'
ἀλλήλων δέχονται. Ἀθηναίων γοῦν τὸ πλῆθος 2
Ἵππαρχον οἴονται ὑφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογεί-
τονος τύραννον ὄντα ἀποθανεῖν καὶ οὐκ ἴσασιν
ὅτι Ἱππίας μὲν πρεσβύτατος ὢν ἦρχε τῶν Πει-
σιστράτου υἱέων, Ἵππαρχος δὲ καὶ Θεσσαλὸς ἀδελ-

ratur; nam usi sunt ea Soph. et Eur., ipse Dion. Hal. Appi. Plut. Nic. 20 al. (cf. praeter alios Fix. in Steph. Thes.) et explicatur recte *ἀκεραιοφανής* vel omnino *ἀκέραιος*.

Cap. 20. § 1. *Τὰ μὲν οὖν . . . πιστεῦσαι* = *ἃ παντὶ ἑξῆς τεκμηρίῳ πιστεῦσαι χαλεπόν ἐστί* (cf. 1, 2 *εὑρεῖν ἀδύνατα ἦν*), cui propter quodvis deinceps (cf. VII 29, 4. Dem. IX 69. XXIV 70) testimonium fidem tribuere (cf. adn. 1, 2) difficile est. Haec non ad *τοιαῦτα*, sed ad *τὰ παλαιά* referuntur; nam de hac difficultate Th. non antea exposuit, sed deinde expositurus est. Repudianda est obscurissima horum verborum interpretatio a L. Herbstio in Phil. XVI p. 319 sq. prolata. *Πᾶν τι* (per apposit. partit.) scripsit Krueg., quod defendit in Stud. hist. II p. 210. Sed ita sententia pessumdatur. Neque enim difficile est quidvis testimonio credere, modo hoc satis firmum sit, sed aliquid cuilibet testimonio credere. — *ἀκοαί* sunt *φῆμαι*. — *σφίσιν*. Ita hoc pronomen in enuntiatis secundariis ad subiecta potiorum enuntiationum non solum ibi refertur ubi illorum hominum cogitata commemorantur et Latini quoque sui dicunt, ut 31, 3, sed etiam alibi, ut apud indicativos et participia in hos resolvenda. Cf. 30, 3. 55, 2. 58, 1. II 81, 8. IV 113, 4. V 44, 1. VI 32, 2. 61, 5. VII 3, 1. 70, 2 et Arndt. de pronom. reflex. p. 36 sq. — *ὁμοίως*, pariter, scil. ac si non *ἐπιχώρια* sint, nihilominus. Cf. VII 68, 3. Utroque loco temere Herw. *ὅμως* scribit. — *ἀβασανίστως* exquisitius pro *ἀνεξετάστως*. *Ἡ λέξις μετενήνεκται ἀπὸ τῆς βασάνου, τῆς λίθου ἥτις τὸν χρυσὸν δοκιμάζει.* Schol. Sic *ἀβασανίστως δέχεσθαι* Menand. Rhet. X p. 219, *ἀβ. παραδέχεσθαι* Athenag. c. 21.

§ 2. *Ἀθηναίων γοῦν κ. τ. λ.* De re fuse agitur VI 54 sqq.; quare Thucydidi cum haec scriberet nondum propositum fuit alteram digressionem interponere. Postquam autem uberius postea de eadem re disseruit, delevisset utique eius mentionem hoc loco factam, si extremam ubique operi manum imposuisset. Atheniensium nomini § 3 respondent verba *καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλλ.* De plurali *οἴονται* cf. 125, 1. — *πρεσβύτατος . . . υἱέων*] *τὸ ἑξῆς, πρεσβύτατος ὢν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἦρχε, τῶν Ἀθηναίων δηλονότι.* Schol. Disiunctum est *πρεσβύτατος ὢν* intendendi causa. — *τῶν Πεισιστράτου . . . αὐτοῦ* perperam del. Cob. in Mnemos. XI p. 344. Nam Hippias non tyrannus factus est quod natu maximus, sed quod Pisistrati filius natu maximus erat; Hipparchum autem non alia fuisse condicione atque Thessalum fratrem Th. significare voluit. —

www.libtool.com.cn


φοὶ ἦσαν αὐτοῦ, ὑποτοπήσαντες δέ τι ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ παραχρῆμα Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐκ τῶν ξυνειδότων σφίσιν Ἱππίᾳ μεμηνῦσθαι, τοῦ μὲν ἀπέσχοντο ὡς προειδότος, βουλόμενοι δὲ πρὶν ξυλληφθῆναι δράσαντές τι καὶ κινδυνεῦσαι, τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες περὶ τὸ Λεωκόριον καλούμενον τὴν Παναθηναϊκὴν πομ-
3 πὴν διακοσμοῦντι ἀπέκτειναν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα
ἔτι καὶ νῦν ὄντα καὶ οὐ χρόνῳ ἀμνηστούμενα καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες οὐκ ὀρθῶς οἴονται, ὥσπερ τούς

**ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.** H. e. die caedis constituta. Cum his arcte iungenda proxima **καὶ παραχρῆμα**, idque in ipsa re, cum rem ipsam perpetraturi erant. De **ἐκ** cf. adn. III 69, 1. — **ὡς προειδότος**, quod eum rem antea compertam habere putabant. Cf. adn. 2, 6. — **βουλόμενοι . . . καὶ κινδυνεῦσαι**, nolentes, antequam comprehenderentur (id quod futurum esse exspectabant fugam desperantes), periculum (ne comprehenderentur) subire nisi perpetrato aliquo facinore. Cf. III 53, 3 *εἰπόντας τι κινδυνεύειν* ibique adn. Nota est Pindari sententia *ἐπεὶ ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικε*. Nostra interpretatione concidit Cobeti suspicio, qui l. l. *πρὶν ξυλληφθῆναι* tanquam ex VI 57, 2 huc illatum delere voluit. Neque quicquam quod ad defendendam hanc opinionem valeat idem pertinaciter eam defendens in Mnemos. nov. ser. VIII p. 72 affert. — **Λεωκόριον.** Monumentum putatur fuisse filiarum Leo pro salute patriae olim mactatarum, situm in Ceramico interiore. Cf. schol. Suid. s. v. (etsi aliter indicat Lob. Pathol. elem. p. 550) ac de situ eius VI 57, 3 ibique adn. Tum ad *ἀπέκτειναν* simul audi *αὐτόν*. Cf. adn. VI 76, 3.

§ 3. **τούς τε Λακεδαιμονίων βασιλέας κ. τ. λ.** In re Thucydides, ut c. 4, ubi vid. adn., II 8, 3 et aliquotiens (cf. Creuzer. Herod. et Thuc. p. 4 sqq. 18 sqq.), dissentit ab Herodoto VI 57 *τοὺς μάλιστά σφι τῶν γερόντων προσήκοντας ἔχειν τὰ τῶν βασιλέων γέρεα, δύο ψήφους τιθεμένους, τρίτην δὲ τὴν ἑαυτῶν*, quem dissensum variis modis componere studuerunt homines docti, velut Tittm. Respubl. Gr. p. 121. Huellm. Ius publ. antiqu. p. 196 sq. Muell. Dor. II p. 102. Cf. etiam Herm. Antiqu. I § 24, 6. Sed si accurate Herodoti verba interpretamur, revera ille dissensus exsistit. Cum enim *τρίτην τὴν ἑαυτῶν τιθεμένους* ita tantum intellegi possint ut illi senes pro se quisque tertium calculum posuerint (coniuncti enim unum calculum certe non posuerunt), sequitur pro regibus binos quemque posuisse. Aut igitur Herodotus magna dicendi neglegentia usus est aut vera est Thucydidis verborum eius interpretatio. Herodoti tamen, quem hic tecte reprehendi etiam schol. putat, scripta nota fuisse Thucydidi negat Dahlmann. Quaestion. histor. I p. 95 sqq. et II p. 118 sqq. Sed contra hunc disputat Salomon de Thuc. et Herod. quaest. hist. p. 14 sqq. et de eadem re cf. adn. 13, 2. Etiam sermonis illius ab hoc imitatione expressi exempla complura inveniuntur. Cf. adn. 23, 1. III 17, 3. VI

www.libtool.com.cn

*τε Λακεδαιμονίων βασιλέας μὴ μιᾷ ψήφῳ προστίθεσθαι ἑκάτερον, ἀλλὰ δυοῖν, καὶ τὸν Πιτανάτην λόχον αὐτοῖς εἶναι, ὃς οὐδ' ἐγένετο πώποτε. οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας καὶ ἐπὶ τὰ ἑτοῖμα μᾶλλον τρέπονται.*

21. *Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων τεκμηρίων ὅμως* 1
*τοιαῦτα ἄν τις νομίζων μάλιστα ἃ διῆλθον οὐχ ἁμαρτάνοι, καὶ οὔτε ὡς ποιηταὶ ὑμνήκασι περὶ αὐτῶν ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμοῦντες μᾶλλον πιστεύων, οὔτε ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγω-*

3, 3. — *μιᾷ ψήφῳ προστίθεσθαι*, proprie se adiungere sive accedere (vel, si mavis, suum suffragium addere) uno suffragio, i. e. suffragari uno suffragio. Cf. VI 50, 1 et ut pro *προστιθέναι ἑαυτόν* illud poni posse tibi persuadeas praeter alia VIII 48, 4. 87, 4. Schoem. ad Plut. Ag. 12, 2 (vicissim de ellipsi *ψῆφον* interpr. Soph. Phil. 1448). Significari simul his reges non primos suffragia tulisse adnotat Schoem. Antiqu. Gr. I p. 246. — *Πιτανάτην λόχον . . . πώποτε*. Rursus discrepat ab Herod. IX 53. Cf. ibi Baehr. et Stein. Mans. Spart. I 2 p. 126. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 373. Muell. Dor. II p. 50. Salom. p. 30 sqq. (qui publice hoc nomine Lacedaemonios uti non consuevisse suspicatur). De lochis Lacedaemoniorum universis vid. adn. IV 8, 9. V 68, 3. — *ἀταλαίπωρος*, non operosa, indiligens, ut vulgi indiligentiam veri commemorat Tac. Hist. IV 49. — *τὰ ἑτοῖμα*, ea quae in promptu sunt.

Cap. 21. § 1. *Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων ὅμως*. Supra 20, 1 Thucydides dixit *τὰ μὲν οὖν παλαιὰ τοιαῦτα ηὗρον, χαλεπὰ ὄντα . . . πιστεῦσαι*. Iam postquam causas τοῦ *χαλεπὰ εἶναι . . . πιστεῦσαι* attulit, redit ad superiora, et *ὅμως* valet *εἰ καὶ τὰ παλαιὰ χαλεπά ἐστι . . . πιστεῦσαι*. — *τοιαῦτα . . . διῆλθον*, si quis res quas enarravi tales potissimum esse putet (quales supra ostendi). Cum *ἂν ἁμαρτάνοι* autem non tantum *νομίζων*, sed etiam *πιστεύων* et *ἡγησάμενος* cohaerent. De collocatione particulae *ἂν* vid. adn. 11, 2, de vv. *ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμεῖν* 10, 3. — *οὔτε ὡς ποιηταὶ ὑμνήκασι . . . μᾶλλον πιστεύων*, neque quomodo poëtae cecinerunt . . . magis fidem habens. Cf. Hom. Il. II 139 *ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω πειθώμεθα πάντες*, XVI 83 *πείθεο δ' ὥς τοι ἐγὼ μύθου τέλος ἐν φρεσὶ θείω*. — *λογογράφοι* sunt ii qui *λόγους* componunt, i. e. prosa oratione scribunt, et hic opponuntur poëtis *ἔπη* componentibus. Hoc igitur nomine ea de causa Th. priores rerum scriptores appellavit quod prosa oratione usi sunt. Iidem *λογοποιοί* vocantur ab Arr. Exped. Al. V 6, 5. Cf. Creuzeri Ars histor. Gr. p. 178 sqq. Nitzsch. in Stud. philol. Kilon. p. 444. Dahlmann. Herod. p. 108 sqq. Ulric. Historic. antiqu. p. 24 sqq., ut eos omittamus qui de litterarum Graecarum historia universa scripserunt. — *ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει*, magis aures ut delinirent. Similiter *ἐπαγωγός* IV

www.libtool.com.cn


γότερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον, ὄντα ἀνεξέλεγκτα καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ χρόνου [αὐτῶν] ἀπίστως ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκνενικηκότα, ηὑρῆσθαι δὲ ἡγησάμενος ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων σημείων ὡς
2 παλαιὰ εἶναι ἀποχρώντως. καὶ ὁ πόλεμος οὗτος, καίπερ τῶν ἀνθρώπων ἐν ᾧ μὲν ἂν πολεμῶσι τὸν παρόντα αἰεὶ μέγιστον κρινόντων, παυσαμένων δὲ τὰ ἀρχαῖα μᾶλλον θαυμαζόντων, ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων σκοποῦσι δηλώσει ὅμως μείζων γεγενημένος αὐτῶν.
1 22. Καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι ἢ μέλ-

88, 1. VI 8, 2; **προσαγωγός** etiam Luci. Dial. de or. 20, 11. **Ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον** cum **ἐπὶ τὸ βέλτιον**, de quibus dictum est ad 6, 3, comparat Stallb. ad Plat. Gorg. p. 513 b. Praeterea cf. Matth. Gr. § 456. — **τῇ ἀκροάσει.** Solebant enim tales libri apud Graecos recitari potius quam legi, ut etiam Herodotus partes historiae suae publice recitasse dicitur. — **ὄντα ἀνεξέλεγκτα**, quae demonstrari argumentis nequeunt. Cf. IV 126, 5 et Stallb. ad Plat. Apol. 33 c. Pendent autem haec ex **ξυνέθεσαν**. — **τὰ πολλά** appositio partitiva est ad **ἃ διῆλθον** referenda. Ex constanti autem huius appositionis usu dici nequit **ἃ διῆλθον τὰ πολλὰ αὐτῶν ὑπὸ χρόνου . . . ἐκνενικηκότα**, sed **αὐτῶν** omittendum est. Cf. 18, 1. III 32, 1. IV 52, 1. V 72, 4. 96. VII 88, 4. Praeterea male post **χρόνου** id collocatum esse monet Herw. Certe ambiguitatem ibi habet. — **ἀπίστως** est ita ut nulla fides iis haberi debeat. Cf. Krueg. Gr. § 66, 1 adn. 9. — **ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκνενικηκότα**, propr. in fabulositatem evaluerunt, i. e. in fabulas abierunt. De **ἐκνικᾶν** vid. adn. 3, 2. — **ὡς παλαιὰ εἶναι.** Cf. Matth. Gr. § 545, 3. Krueg. Gr. § 55, 1 adn. 1. Lob. ad Phryn. p. 275. Explicationem quidem ibi propositam consuetudini sermonis non satis consentaneam esse docuit Camp. p. 19 sq. Sed quam ipse Haasii interpretationem secutus excogitavit, ut verba sic coniungerentur: **ἡγησάμενος εἶναι ἀποχρώντως ηὑρῆσθαι ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων σημείων ὡς παλαιά**, ea nobis ferri posse non videtur. Nam et collocatio verborum repugnat et **ἀποχρώντως εἶναι** pro **ἀποχρῆν** sive **ἅλις εἶναι** Graece dici posse non arbitramur, cum nec **ἀποχρώντως**, ut **ἅλις**, sit adverbium primigenium nec **εἶναι** eandem vim habeat atque in exemplo a Campio comparato IV 10, 3, ubi cf. adn.

§ 2. **ἐν ᾧ**, quando. Cf. 37, 4. 42, 2. IV 17, 2. VIII 29, 4. — **τὸν παρόντα**, scil. **πόλεμον**, et paulo post ad **παυσαμένων** simul audi **τοῦ πολεμεῖν**. — **ἀπ' αὐτῶν.** De **ἀπό** cf. adn. 10, 2. — **δηλώσει . . . γεγενημένος.** Cf. Matth. Gr. § 549, 5. Krueg. Gr. § 56, 7 adn. 5.

Cap. 22. § 1. **λόγῳ εἶπον.** Cf. VII 69, 2 **λόγῳ οὔπω ἱκανὰ εἰρῆσθαι**, II 46. Lob. ad Soph. Ai. 310. Born. ad Xen. Cyr. I 6, 40. Matth. Gr. § 636, 1 p. 1541. Respondent his § 2 verba **τὰ δ' ἔργα τῶν πραχθέντων.** Et Lobeckius Paral. Gr. Gr. II p.

www.libtool.com.cn

λοντες πολεμήσειν ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν ἐμοί τε ὧν αὐτὸς ἤκουσα καὶ τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν· ὡς δ' ἂν ἐδόκουν ἐμοὶ ἕκαστοι περὶ τῶν αἰεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστ' εἰπεῖν, ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων, οὕτως εἴρηται. τὰ δ' ἔργα τῶν πραχθέντων ἐν τῷ πο- 2

525 sq., si verbo quod aut praecederet aut sequeretur nomen additum esset necessarium, aequabilitatis membrorum causa Graecos verbo quod nullo additamento egeret adiunxisse nomen affine docuit. Attamen πραχθέντων ut mox indicabitur, hic suam quoque vim habet. Singularem λόγῳ Krueger interpretatur *durch Rede (als Redner)*. — ἐν αὐτῷ, i. e. τῷ πολεμεῖν s. τῷ πολέμῳ. Εἶναι ἔν τινι saepe esse versari in re satis constat. — χαλεπὸν ... ἦν. Protasi magis consentanea haec orationis conformatio videatur: τούτων τῶν λεχθέντων τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν διαμνημονεῦσαι χαλεπὸν ἦν. Sed simile exemplum legitur IV 126, 4, ubi cf. adn., et alibi quoque apodoses relativarum enuntiationum ita conformantur ut si pro relativis εἰ cum demonstrativis aut infinitis pronominibus praecesserit. Cf. 70, 7. IV 92, 2. Saepe id fit post ὃς ἄν. Cf. adn. II 44, 1 et Krueg. Gr. § 51, 13 adn. 12. — τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν ... διαμνημονεῦσαι, ipsa dictorum verba accurate servata *(den genauen Wortlaut des Gesprochenen)* in memoriam revocare (aor. incoh.). Opponitur infra ἡ ξύμπασα γνώμη τῶν ἀληθῶς λεχθέντων. — ὡς δ' ἂν ἐδόκουν κ. τ. λ., ut autem (i. e. eo autem modo quo si dixissent s. quem si in dicendo secuti essent) mihi videbantur maxime consentanea dicturi fuisse. Ἂν ad infinitivum referendum est, a quo non raro multum distat. Cf. II 33, 3. 89, 5. III 42, 2. 89, 5. — ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης, retinenti (cf. 140, 1. VIII 81, 1) quam maxime (vel accedenti quam proxime ad) summam sententiam vel universum argumentum. De universo tantum consilio quod dicentes secuti sint cogitare nos vetat oppositum τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων. — εἴρηται de orationum tanquam perfectarum (cf. II 46, 1) habitu dicitur, similiter atque γέγραφε V 26, 1. Totus autem hic locus memorabilis est, quia quae de Thucydidis orationibus iudicanda sint nos docet. Is igitur noluit orationes, ut ab aliis rerum scriptoribus factum est, prorsus confingere, sed cum verba ipsa oratorum reddere neque posset neque vellet, veritatis certe quantum fieri poterat studiosus fuit, id secutus ut summas orationum vere habitarum sententias ita accurate exprimeret ut perfectiore quadam dicendi forma ac specie eas explicaret. Itaque in iis amplificandis et exornandis suis non modo verbis, sed etiam cogitationibus usus est. Quales autem fere fuerint summae illae sententiae quas ita Th. reddidit cum cernere liceat ex orationum argumentis obliquo sermone ab eo traditis, tum quomodo eas explicatis orationibus amplificaverit et exorna-

www.libtool.com.cn

λέμῳ οὐκ ἐκ τοῦ παρατυχόντος πυνθανόμενος, ἠξίωσα γράφειν οὐδ' ὡς ἐμοὶ ἐδόκει, ἀλλ' οἷς τε αὐτὸς παρῆν καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ὅσον δυνατὸν
3 ἀκριβείᾳ περὶ ἑκάστου ἐπεξελθών. ἐπιπόνως δὲ

Cap. 22. § 2. δοκεῖ It. Vat. Pal. Aug. M. Cass. Ven. A. G. H., quod reliquis temporibus minus convenit.

verit ex 72, 1. IV 114, 3 optime cognoscitur. Illic enim ipsa ἡ σύμπασα γνώμη orationis inde a c. 73 insequentis significatur; hic postquam Brasidam eadem fere Toronaeis dixisse narratum est atque antea Acanthiis, argumentum eorum quae Toronaeis dixerit additur, ita ut idem fere sit argumentum orationis Acanthiorum quam IV 85—88 legimus. Cf. Rosch. Vit. Th. 154 sqq. Vischeri Script. min. I p. 415 sqq. Popp. in Comment. de Hist. Thuc. p. 29.

§ 2. τὰ δ' ἔργα τῶν πραχθέντων. Etiam orationes cum ad res agendas pertinerent, rerum actarum quodammodo partes erant. Itaque non solum concinnitatis causa haec Th. scripsit, de qua cf. ad λόγῳ εἶπον § 1 adnotata. Parum recte Krueg. Stud. hist. II p. 215 τὰ ἔργα res bellicas vult esse, cum τὰ πραχθέντα etiam alia inter bellum gesta complectantur. Nam orationibus omnes res gestae opponuntur. — οὐκ ἐκ τοῦ παρατυχόντος, ex quovis homine mihi obvio. — ἠξίωσα, animum induxi. Cf. 132, 5. II 11, 8. De aoristo cf. ad ξυνέγραψε 1, 1 adnotata. — οἷς τε ... ἐπεξελθών, res scribere animum induxi et quibus ipse adfueram et ab aliis quantum fieri poterat (cf. VI 22) cum accuratione (cf. VII 87, 4) de quaque percontatus. Duo membra inaequaliter conformata sunt. Ab altero enim ita procedit oratio quasi praecesserit αὐτός τε παρών, de qua varietate cf. adn. VI 18, 1. Inverso autem ordine inter se respondent ὡς ἐμοὶ δοκεῖ: οἷς τε αὐτὸς παρῆν, ἐκ τοῦ παρατυχόντος: παρὰ τῶν ἄλλων ... ἀκριβείᾳ ... ἐπεξελθών. Verbum ἐπεξέρχεσθαι, quod III 67, 1, ut saepius apud alios scriptores (cf. Plat. Tim. 38 d. Parm. 128 d. Phil. 23 b. 24 e. 66 d. Gorg. 492 d. de Rep. 366 e), exponere explicare valet, hic exquirendi (Schol. ἐρευνῶν) vim habet. Quae quomodo ex propria persequendi notione oriri potuerit ostendunt Herod. VII 166 τὸ πᾶν γὰρ ἐπεξελθεῖν διζήμενον et Soph. fragm. 659 (Dind.) οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν. Cum παρά praep. similiter iungitur atque apud Dem. VIII 76 τὰ μὲν ἔργα παρ' ὑμῶν αὐτῶν ζητεῖτε legimus. Ita nobis hic locus recte explicari videtur. Nam non multum valent quae Class. opponit. Neque enim articulus ante ἄλλων suspectus est, si interpretamur παρὰ τῶν ἄλλων παρ' ὧν ἐπυνθανόμην, praesertim cum etiam supra denotati sint οἱ ἄλλοι verbis τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν, et rebus quibus ipse Th. adfuit oppositae sunt quas quoque loco ab aliis percontatus est, cum ἕκαστος, ut Latinorum quisque, saepissime non de omni re in universum, sed de omni re ad id de quo sermo est, velut hic ad aliorum percontationem, pertinenti dicatur. Itaque supersedemus et Ullrichii coniectura τὰ παρὰ τῶν ἄλλων (Symb. ad expl. Th. p. 128), quae insuper ideo displicet quod accusativo τὰ παρὰ τῶν ἄλλων appositio

www.sliktoob.com

ηὑρίσκετο, διότι οἱ παρόντες τοῖς ἔργοις ἑκάστοις
οὐ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον, ἀλλ' ὡς ἑκα-
τέρων τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι. καὶ ἐς μὲν ἀκρόα- 4
σιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν ἀτερπέστερον φα-
νεῖται· ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων
τὸ σαφὲς σκοπεῖν καὶ τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις
κατὰ τὸ ἀνθρώπειον τοιούτων καὶ παραπλησίων
ἔσεσθαι, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτὰ ἀρκούντως ἕξει.
κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παρα-
χρῆμα ἀκούειν ξύγκειται.

§ 3. *ἑκατέρῳ* It. Val. Aug. M. Cass. Ven. A. E. G. Dativum forsitan comparatis verbis VII 57, 1 tueare, sed singularis de alterutra parte vel civitate ferri non potest. De genet. vid. adn.

distributiva diversae formae adiungitur (legitimum enim est dicere *τὰ παρὰ τῶν ἄλλων . . . ἕκαστον ἐπεξελθών*), et Linwoodii (Annal. phil. a. 1862 p. 197) a Class. accepta *περὶ τῶν ἄλλων*, quae et ipsa insoliti aliquid habet; nam praepositionem in appositione partitiva vel distributiva ita iteratam nusquam invenimus. Cf. adn. 6, 5.

§ 3. *ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον.* Similiter iterato *ὁ αὐτός* III 56, 7. VI 38, 5. Polyb. III 32. — *ὡς ἑκατέρων τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι*, ut quis in alterutros amore propensior erat aut reminiscebatur. De genetivis *εὐνοίας* et *μνήμης* vid. Matth. Gr. § 337, 1. Krueg. Gr. § 47, 10 adn. 5, de genetivo *ἑκατέρων* VII 57, 10. Matth. Gr. § 367. Krueg. Gr. § 47, 7 adn. 5.

§ 4. *τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν*, scil. *τῶν ὑπ' ἐμοῦ γραφέντων.* — *ὅσοι δὲ βουλήσονται . . . ἀρκούντως ἕξει.* Hic locus, in quo expediendo, cum verborum structuram parum intellegerent, multum laboraverunt, facillime explicatur, si hoc modo vertimus: quicunque autem volent et rerum factarum certam cognitionem habere et earum quae aliquando postea (cf. adn. V 36, 1), ut sunt res humanae, tales atque similes futurae sunt, eos utilia ea (i. e. hanc historiam, ut antea *αὐτῶν* in verbis *τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν*) existimare sufficiet. Ante *ὠφέλιμα* igitur *τούτους* cogitandum est. Temere spreta hac interpretatione Krueg. *ὠφέλιμα κρίνειν αὐτὰ* uncis inclusit. — *τοιούτων καὶ παραπλησίων.* Eaedem voces particula *καί* copulatae sunt 143, 3 et particulis *τὲ καί* VII 78, 1, similes I 140, 1. V 74, 1. VII 42, 2. Nec dissimilia Latina haec atque talia et alia, de quibus cf. Walch. ad Tac. Agric. 12 et Kritz. ad Sal. Cat. 14, 4. Etiam post numeralia *καί* sic poni videbimus 82, 2. — *κτῆμά τε ἐς αἰεὶ . . . ξύγκειται.* Illustris sententia a Lucian. de hist. scrib. c. 42. Plin. Ep. V 8, 11 aliis repetita. In ea *κτῆμα ἐς αἰεί* est possessio perpetua, res in perpetuum utilis hanc historiam legentibus. *Ἀγώνισμα*, quo vocabulo Duk. ad VII 86 non solum certamen, sed etiam praemium victoriae et omnia studia et facinora quae gloria consequeretur

www.libtool.com.cn

1 23. Τῶν δὲ πρότερον ἔργων μέγιστον ἐπράχθη τὸ Μηδικόν, καὶ τοῦτο ὅμως δυοῖν ναυμαχίαιν

significari demonstravit, hic non tam certamen ludicrum et commissionem, quibus verbis interpretati erant Steph. et Casaub., quam opus quod ἐπιδείξεως causa certamen init, spectaculum (Prunkstück. Cf. ἀγωνίσαιτ' ἄν III 38, 2) esse docuit Goell. Sed commissionis quoque voci hanc notionem subiecit Suet. Calig. c. 53. Lucianus l. d. (ubi vid. Fr. Hermann p. 257 sq.) et schol. in ea voce respicere Thucydidem putaverunt ad certamina Graecorum musica ac poëtica, in quibus paulo ante Herodotus, qui hic tecte carpatur, cum historiam suam recitasset, ingenti omnium plausu exceptus fuerit. Sane utcunque de Herodoti illa recitatione existimatur, respicere hic ad tales operum historicorum recitationes Th. admodum probabile est. Ξύγκειται (αὐτά, τὰ ὑπ' ἐμοῦ γραφέντα) valet composita est haec historia. Particula τε in sententia superiora comprehendenti et concludenti posita est, ut saepius in locutionibus ἁπλῶς τέ (III 38, 7. 45, 7. 82, 5), τό τε ξύμπαν (IV 64, 3. VI 37, 2), ξυνελών τε (II 41, 1). Apte ad totam seutentiam Krueg. confert Pol. III 31, 12 ἀγώνισμα μέν, μάθημα δὲ οὐ γίγνεται, καὶ παραυτίκα μὲν τέρπει, πρὸς δὲ τὸ μέλλον οὐδὲν ὠφελεῖ τὸ παράπαν, ad ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν Class. II 11, 7 ἐν τῷ παραυτίκα ὁρᾶν. Maxime vituperandus est Herw. quod ἀκούειν del., quia non legeretur in cod. Flor. Dionysii Hal. hunc locum de Comp. verb. p. 165 afferentis; praeterea non lectum esse videri a Polybio l. l. Plinio l. l. Quintiliano X 1, 31. Nam ex his tale quid omnino cognosci nequit, Dionysii autem cod. Flor. cur pluris faciamus quam ipsius Th. codices omnes? Deinde maximi ponderis hic est ἀκούειν respiciens ad ἀκρόασιν paulo antea et 21, 1 in eadem re memoratam. Nam contra atque logographi fecerunt se ait historiam composuisse non ad brevem aurium oblectationem, sed ad perpetuam utilitatem ex rerum cognitione percipiendam.

Cap. 23. § 1. Τῶν δὲ πρότερον ἔργων κ. τ. λ. Haec verba non ad proxime praegressa, sed ad 21, 2 applicantur. Significantur enim res hoc bello, de cuius magnitudine 21, 2 sermo fuit, priores. Hic autem rerum contextus interposito c. 22 prorsus interrumpitur. Quare suo iure Krueg. hoc caput minus suo loco positum esse iudicat. Videtur igitur Th. postea id addidisse, sed, cum huic parti extremam manum non imposuisset, omisisse rerum conexum in init. c. 23 solutum restituere. — τὸ Μηδικόν. Hoc bellum Troiano maius fuisse, ut Thucydides Peloponnesiacum utroque, demonstrare studuit Herodot. VII 20. — δυοῖν ναυμαχίαιν καὶ πεζομαχίαιν] ναυμαχίαι δύο ἐν Ἀρτεμισίῳ, ἐν Σαλαμῖνι· πεζομαχίαι δύο ἐν Πύλαις, ἐν Πλαταιαῖς. Schol. Cum plures his pugnae bello Persico altero pugnatae sint, quaeritur quae sint illae binae. Alii igitur navales pugnas ad Salamina et ad Eurymedontem, terrestres ad Plataeas et ad Mycalen factas intellegi malunt, Krueger autem ad Mycalen commissam bis numerat. Cohaerent haec cum quaestione de vi verborum κρίσιν ἔσχε, quae cum valeant in his proeliis fortunam belli disceptasse seu de summa rei decretum esse, etsi bellum nondum sit finitum, de pugna ad Eurymedontem pugnata certe non videtur cogitari posse; nam et

www.libtool.com.cn

καὶ πεζομαχίαιν ταχεῖαν τὴν κρίσιν ἔσχεν. τούτου
δὲ τοῦ πολέμου μῆκός τε μέγα προύβη, παθήματά
τε ξυνηνέχθη γενέσθαι ἐν αὐτῷ τῇ Ἑλλάδι οἷα
οὐχ ἕτερα ἐν ἴσῳ χρόνῳ. οὔτε γὰρ πόλεις τοσαίδε 2
ληφθεῖσαι ἠρημώθησαν, αἱ μὲν ὑπὸ βαρβάρων, αἱ
δ' ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἀντιπολεμούντων (εἰσὶ δὲ αἳ
καὶ οἰκήτορας μετέβαλον ἁλισκόμεναι), οὔτε φυγαὶ
τοσαίδε ἀνθρώπων καὶ φόνος, ὁ μὲν κατ' αὐτὸν
τὸν πόλεμον, ὁ δὲ διὰ τὸ στασιάζειν. τά τε πρό- 3
τερον ἀκοῇ μὲν λεγόμενα, ἔργῳ δὲ σπανιώτερον
βεβαιούμενα οὐκ ἄπιστα κατέστη, σεισμῶν τε πέρι,
οἳ ἐπὶ πλεῖστον ἅμα μέρος γῆς καὶ ἰσχυρότατοι οἱ
αὐτοὶ ἐπέσχον, ἡλίου τε ἐκλείψεις, αἳ πυκνότεραι

prior atque maioris momenti fuit quae apud Mycalen facta est et apud Eurymedontem *πεζομαχίαν καὶ ναυμαχίαν* fuisse ipse Thucydides narrat 100, 1. Schol. interpretationem confirmat Plut. de Herod. malign. 43, qui easdem quattuor huius belli pugnas nominat. — **τούτου ... προύβη**, huius autem belli magnitudo longe processit, Port. Cf. Ios. B. I. VII 6, 5 *χρόνος οὐκ ὀλίγος τῇ μάχῃ προύβη*. — **ξυνηνέχθη γενέσθαι** = *ξυνέβη* (cf. 1, 2) *γενέσθαι*. Sic Herod. VI 23. 117. VII 4. 117. VIII 88 et aliquotiens Procop.

§ 2. **ἠρημώθησαν.** Simul audi *πρότερον ἐν ἴσῳ χρόνῳ*. — **ὑπὸ βαρβάρων.** Ut Mycalessus (VII 29. Cf. Paus. IX 19). Colophonis (III 34) memores nos esse mavult Ullr. l. d. p. 113 sq. — **ὑπὸ σφῶν αὐτῶν.** Ut Plataeae (III 68), Thyrea (IV 57). Plura vide apud Ullr. p. 120. — **οἰκήτορας μετέβαλον.** Audi *ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ*. Spectant haec ad Potidaeam (II 70), Aeginam (II 27), Scionen (V 32), Thyream (IV 57), Sollium (II 30), Anactorium (IV 49), Delum (V 1), Melum (V 116). Cf. Ullr. — **ἁλισκόμεναι.** Cf. Krueg. Gr. § 53, 1 adn 3. — **οὔτε φυγαὶ ... καὶ φόνος.** Haec, ne *οὔτε* pro *καί* exspectetur, arte iungenda, ut si patrio sermone dixeris *noch so viele Verbannungen und Metzeleien*. Similiter apud Latinos post neque non solum aut et ve, sed etiam que poni demonstravit Wellauer in Additam. ad Vechner. Hellenolex. p. 23 sqq. Et apud Graecos hunc usum latius quam docuit Matth. Gr. § 609 B γ patere ex hoc exemplo Thucydideo liquet. Deest autem *ἐγένοντο* vel ex sqq. repetendum *κατέστησαν*. Deinde **πόλεμος**, quia adiectum est *αὐτός* et contrarium *τὸ στασιάζειν*, pugnas belli significat. — **διὰ τὸ στασιάζειν.** Ut Corcyrae (III 69 sqq. 81 sq. IV 48), Megaris (IV 74), Sami (VIII 21), alibi.

§ 3. **σεισμῶν.** Vid. II 8, 3. III 87, 4. 89, 1. IV 52, 1. V 45, 4. 50, 5. VI 95, 1. VIII 6, 5. 41, 2. — **μέρος** non male quidem omitteretur; sed cf. adn. IV 18, 4 et super *ἐπὶ πλεῖστον καὶ ἰσχυρότατοι* Krueg. Gr. § 59, 2, 3. — **ἐπέσχον**, obtinuerunt. Cf. Dion. Cass. LXVIII 25, 5 *ἐπὶ πλείους ἡμέρας ὁ σεισμὸς ἐπεῖχε*, Polyb. V 5, 6 *τῶν ἐτη-*

www.libtool.com.cn


παρὰ τὰ ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου μνημονευόμενα ξυνέβησαν, αὐχμοί τε ἔστι παρ' οἷς μεγάλοι καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ λιμοὶ καὶ ἡ οὐχ ἥκιστα βλάψασα καὶ μέρος τι φθείρασα ἡ λοιμώδης νόσος. ταῦτα γὰρ πάντα μετὰ τοῦδε τοῦ πολέμου ἅμα ξυνεπέθετο.
4 ἤρξαντο δὲ αὐτοῦ Ἀθηναῖοι καὶ Πελοποννήσιοι

**σίων ἐπεχόντων**, Tac. Germ. 22 plurimum hiems occupat et **κατέχειν** III 89, 2 deque hoc adn. I 10, 1. — Cum haec scriberet Th. nondum cognovisse vehementissimum illum terrae motum quo sola Cos insula a. 412 conquassata esset (VIII 41, 2) suspicatus est Steup. in Quaest. Thuc. p. 12; neque enim de maximis iisdemque per maximam terrae partem diffusis terrae motibus Th. locuturum fuisse. Sed hoc loco de rebus singularibus et quae rarissime acciderint sermo est, cuius generis in Graecia non erant terrae motus exiguis finibus contenti (cf. 101, 2), qualis is est qui tum in Coo insula exstitit. Itaque hic Th. de iis potissimum cogitavit quos III 87, 4. 89 commemoravit non solum vehementissimis, sed etiam latius effusis.— **ἡλίου τε ἐκλείψεις.** Mutata est oratio et simul audiuntur **οὐκ ἄπιστοι κατέστησαν.** In proximis autem incisis magis solum **κατέστησαν** (i. e. **ἐγένοντο**) cogitandum, certe in extremis. De re cf. II 28. IV 52, 1. Ullr. l. d. p. 178 sqq. Mirati sunt quod non item lunae defectus inter belli terrores Th. commemoravisset, praesertim cum Atheniensibus a Syracusis abire parantibus mora maxime fatalis ipsa luna deficiente interposita esset (VII 50, 4), atque inde hanc particulam ante bellum Siciliense conscriptam esse suspicati sunt. Sed cum propter insolitam frequentiam Th. potissimum solis defectuum mentionem fecerit, lunae quidem defectus per belli tempus non fuisse frequentiores pro numero eorum qui antea exstitisse memorabantur hoc silentio ostenditur. Fuerant autem etiam bello decennali quattuor, quorum non minus meminisse debebat, si omnino hic eos afferendi causa fuisset. Cf. Ullr. l. l. p. 181. Commemorantur autem hic solis defectus minus propterea quod Thuc. eos in malis habuerit quam ut doceatur belli Pelop. tempus etiam ob ostenta in coelo et rerum natura monstrata memorabile fuisse (cf. II 28), nisi forte populi iudicium hic iusto maiorem vim ad animum Thucydidis habuisse dicere malimus. Vid. Rosch. l. d. p. 222. — **πυκνότεραι.** Cf. VIII 97, 2 **ἐγίγνοντο . . . πυκναὶ ἐκκλησίαι** et VII 44, 4. — **παρὰ τὰ . . . μνημονευόμενα.** Cf. Matth. Gr. § 455 adn. 3a. — **αὐχμοί.** „**Αὐχμούς** ubi memoret et **λιμούς** inde ortos non memini me legere. Seorsum quidem et aestus Atheniensibus noxios attingit II 52. VII 87 et famem obsessis Potidaeatis II 70, Plataeensibus III 52. [Chiis VIII 55.]“ Haack. *Αὐχμοί* tamen non sunt aestus, sed siccitates. Cf. Heysch. — **ἡ . . . βλάψασα . . . ἡ λοιμώδης νόσος.** De articulo iterato cf. 126, 4. VII 54. VIII 90, 4. Matth. Gr. § 277a et § 279. Kuehn. Gr. max. § 464, 7. Verba **μέρος τι** valent magnam partem. Cf. adn. IV 30, 3. De pestilentia vid. II 48 sqq. et III 87. — **μετὰ . . . ἅμα ξυνεπέθετο.** Aut **ἅμα** aut **ξύν** poterat abesse; sed similia redundantiae verborum exempla satis frequentia sunt. Cf. adn. § 5. 122, 4. 133.

www.libtool.com.cn

λύσαντες τὰς τριακοντούτεις σπονδὰς αἳ αὐτοῖς
ἐγένοντο μετὰ Εὐβοίας ἅλωσιν. διότι δ' ἔλυσαν 5
τὰς αἰτίας προέγραψα πρῶτον καὶ τὰς διαφοράς,
τοῦ μή τινα ζητῆσαί ποτε ἐξ ὅτου τοσοῦτος πό-
λεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη. τὴν μὲν γὰρ ἀλη- 6

§ 4. **τὰς τριακοντούτεις σπονδάς.** Vid. 115, 1. — **μετὰ Εὐβοίας ἅλωσιν.** Vid. 114, 3 et de articulis omissis adn. 12, 3.

§ 5. **προέγραψα πρῶτον.** Similia sunt *προπέμψαντες πρότερον* 29, 1 (etsi ibi *πρό* loci, *πρότερον* temporis vim habere Krueg. docet), *πρότερον προύσκεπτο* VIII 66, 1, *ἔφθασαν προκαταλαβόντες* III 112, 1, *πρὶν ... προδιάγνωτε* I 78, 1, *πρὸ ... πρότερον* I 3, 1. Cf. Popp. ad Xen. Cyr. III 1, 19. De Latinis vid. Drak. ad Liv. XXI 20, 8. De aoristo cf. adn. ad 1, 1. *Αἰτίαι* et *διαφοραί* toto reliquo hoc libro continentur (vid. argum. Graec. p. 1 sq.), *ἀρχή* belli II 1. — **τοῦ μή ... ζητῆσαι.** Cf. adn. 4 extr.

§ 6. **τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην κ. τ. λ.** Thucydides causas belli ideo exponendas fuisse significat quia multiplices fuerint neque omnes palam declaratae sint; nam verissimam quidem causam esse auctam Atheniensium potestatem, sed palam alias esse dictitatas. Discernit igitur causas belli veras atque palam dictitatas. Hae, quas ansas fortuitas et occasiones magis quam causas praetextas esse ex 126, 1 apparet, duae sunt, bellum Corcyraeum et Potidaeae defectio, de quibus statim c. 24 sqq. explicatur. Causa vera hic tantum paucis verbis indicata c. 88 et sqq. demum plenius aperitur. Quae rerum dispositio frustra a Dion. Hal. p. 831 sqq. reprehenditur. Iam *αἰτία* et *πρόφασις* interdum quidem sic distinguuntur ut illa causa vera sit, haec simulata; sed hic utrumque nihil nisi causam significat et adiectis vocabulis definitur. Similiter *πρόφασις* et II 49, 2. III 13, 1. VI 6, 1 (ubi iterum *ἀληθ.* additum est) et apud alios scriptores legitur. Cf. Pflugk. ad Eur. Hec. 340 et Held. ad Plut. Timol. 20. Vicissim Latinos causam et causari interdum de ficta causa dicere constat, idemque fecit Thuc. V 53 et addito *εὐπρεπής* vel *εὐπρόφασιστος* VI 76, 3. 105, 2. Quod ad orationis compositionem attinet, quemadmodum Graeci dicunt *οἶδα ἐκεῖνον ὅτι τοῦτο ἐποίησε* et quemadmodum Thucydides scribere potuit *τὴν ... ἀλ. αἰτίαν τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι ὅτι μεγάλοι γιγνόμενοι ... ἠνάγκασαν*, ita posito infinitivo forsitan videatur usus esse verbis *τὴν ... ἀλ. αἰτ. τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι, μεγάλους γιγνομένους ... ἀναγκάσαι*, quorum sententia eadem sit atque usitatiorum *τὴν — ἀλ. αἰτίαν ἡγοῦμαι (εἶναι) τὸ τοὺς Ἀθην. μεγ.* Sed pro illo *ὅτι* = quod *(der Umstand dass)* infinitivus sine articulo substitui nequit. Impugnat etiam hanc explicationem Camp. p. 22 genus dicendi ex duobus conflatum ut Krueg. statuens; sed neuter rem idoneis exemplis comprobavit. Cf. adn. IV 18, 3. Arnoldus infinitivum interdum sine articulo legi ubi eum additum velis docet. Quod quanquam verum est, tamen per collocationem vocis *Ἀθηναίους* hic non videtur fieri posse neque usquam sic infin. eandem illam quam *ὅτι* vim habet (cf. adn. III 38, 1); praeterea haec ratio hic maximam habet obscuritatem, quod subiectum (*τοὺς Ἀθ. ... ἀναγκάσαι*) articulo careret, qui in praedicato

www.libtool.com.cn


θεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι μεγάλους γιγνομένους καὶ φόβον παρέχοντας τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν· αἱ δὲ ἐς τὸ φανερὸν λεγόμεναι αἰτίαι αἵδε ἦσαν ἑκατέρων ἀφ᾽ ὧν λύσαντες τὰς σπονδὰς ἐς τὸν πόλεμον κατέστησαν.

1 24. Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι
τὸν Ἰόνιον κόλπον· προσοικοῦσι δ᾽ αὐτὴν Ταυ-
2 λάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. ταύτην ἀπῴ-
κισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δ᾽ ἐγένετο Φαλίος

(*τὴν μὲν ἀληθεστάτην πρ. . . . λόγῳ*) positus esset. Recte igitur Class. *τὴν μὲν ἀλ. πρ. . . . λόγῳ* pro appositione praedicativa accipere videtur (de articulo cf. Krueg. Gr. § 50, 4 adn. 14), ita ut sententia eadem sit ac si legeremus *ἡ μὲν γὰρ ἀληθεστάτη ἦν πρόφασις, ἀφανεστάτη δὲ λόγῳ, τοὺς Ἀθ. κ. τ. λ.* Cf. adn. VII 29, 5. — *ἀναγκάσαι*, scil. *αὐτούς*. Cf. adn. 20, 2. — De re cf. c. 88 et 118. — *αἱ δ᾽ ἐς τὸ φανερὸν λεγόμεναι αἰτίαι.* *Ἐς* dicendi generibus *λέγειν* s. *εἰπεῖν ἐς τὸ κοινόν* IV 58, *ἐς τοὺς πολλούς* VIII 48, 2, similibus apud Matth. Gr. § 578c satis explicatur. Appianus tamen etiam participio tali non addito *πρόφασις ἐς τὸ φανερὸν* (*γέγονε*) scripsit Pun. VII 1. Cf. adn. 6, 5, et Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 5. Paulo post *ἀφ᾽ ὧν* interpretare propter quas. Cf. adn. 12, 2.

Cap. 24. De historia belli inter Epidamnios, Corinthios, Corcyraeos gesti cf. Diod. XII 30 sqq.

§ 1. *Ἐπίδαμνος*] *ἡ νῦν Δυρράχιον καλεῖται, ἥντινα παραγραμματίζοντες Δοράκιον* (Durazzo) *καλοῦσι.* Schol. Cf. adn. 26, 5. — *ἐν δεξιᾷ.* Latini ad dextram (a dextra, dextra sine praep.) dicunt. Cf. II 19, 2. 98, 2. III 24, 1. 95, 1. — *ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον.* De dativo vid. Matth. Gr. § 388b. Krueg. Gr. § 48, 5 adn. 1, de Latinis Gron. ad Liv. I 8, 5. Fabr. ad Liv. XXI 38, 5, Simillima Liv. XXVI 26 sita Anticyra est laeva parte sinum Corinthium intrantibus. Cf. II 97, 1. IV 16, 6. Deinde malumus quidem *ἐς τὸν Ἰ. κ.*; nam praepositionem alibi usquequaque Thuc. addit; interponere tamen, etsi habet Pseudodemetr. 199 (Rhet. Gr. ed. Walz. IX p. 88), ausi non sumus. Cf. Procop., qui haec exscripsit II p. 37 Dind. et imitatur p. 62 ac I p. 309, Matth. Gr. § 426. Pflugk. ad Eur. Androm. 969. *Ἰόνιος κόλπος* est mare Adriaticum aut totum aut (cf. Strab. p. 123. Agath. II 1) pars eius in meridiem spectans, ut VI 13, 1; nomen *Ἀδρίας* enim apud Thuc. nusquam reperitur. Cf. Mannert Geogr. IX 1 p. 9 et Suid. ac Phot. in vv. *Ἰόνιον πέλαγος.* — *προσοικοῦσι δ᾽ αὐτὴν Ταυλάντιοι.* Cf. Strab. p. 326. Muell. Maced. p. 44, et de accus., pro quo usitatior dativus, adn. 26, 5. Prisci. XVIII 27, 280. Matth. § 402b adn.

§ 2. *ἀπῴκισαν*] *ἀποικίαν πέμψαντες ᾤκισαν.* Schol. Id factum esse Ol. XXXVIII 1/2, 627 a. Chr. n., testatur Euseb. — *Φαλίος Ἐρατοκλείδου.* De articulo omisso vid. Matth. Gr. § 274 extr. Cf. II 67, 2. 99, 6.

www.libtool.com.cn

Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος, τῶν ἀφ' Ἡρα-
κλέους, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μη-
τροπόλεως κατακληθείς· ξυνῴκισαν δὲ καὶ τῶν
Κορινθίων τινὲς καὶ τοῦ ἄλλου Δωρικοῦ γένους.
προελθόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐγένετο [ἡ τῶν Ἐπι- 3
δαμνίων πόλις] μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος. στα-
σιάσαντες δὲ ἐν ἀλλήλοις ἔτη πολλά, ὡς λέγεται, 4
ἀπὸ πολέμου τινὸς τῶν προσοίκων βαρβάρων
ἐφθάρησαν καὶ τῆς δυνάμεως τῆς πολλῆς ἐστερή-
θησαν. τὰ δὲ τελευταῖα πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου 5
ὁ δῆμος αὐτῶν ἐξεδίωξε τοὺς δυνατούς, οἱ δὲ
ἐπελθόντες μετὰ τῶν βαρβάρων ἐλῄζοντο τοὺς

Cap. 24. § 3. δύναμις pro πόλις Laur. Vind. Ar. Chr. Dan. Mosqu. C. D. E., δύναμις πόλις Pal. M., δύναμις καὶ πόλις Gr. Clar. Duo interpretamenta fuerunt: ἡ τῶν Ἐ. πόλις et ἡ τῶν Ἐ. δύναμις.

§ 5. ἀπελθόντες codd. Cf. adn.

VIII 91, 2. — *Κορίνθιος γένος*. Vid. Krueg. Gr. § 46, 4, et de proximis id. § 47, 9, 1. — *κατὰ δὴ τὸν παλ. νόμ.* Propter imitationes recentiorum (Arrian. Anab. VII 24, 3. Appian Bel. Civ. III 84) τινά pro τόν conicias. Etiam Plat. εἰς δή τινα τόπον Phaedon. 107 d, ubi vid. Heind. et Stallb. ad Symp. 179 c. Cf. Thuc. III 104, 1 κατὰ χρησμὸν δή τινα. Sed ipsa κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν λόγον habet Procop. p. 120 et p. 134. Illius moris exemplum alterum vid. VI 4, 2. — *κατακληθείς* artificiosius sic interpretatur schol.: τὸ κατακληθεὶς κυρίως εἶπεν· ἀπὸ γὰρ μειζόνων τῶν Ἡρακλειδῶν· ὥσπερ ἀνακληθεὶς ἀπὸ ἐλασσόνων λέγεται. Est enim a c c i t u s, ut apud Polyb. XXVI 5, 1. Strab. p. 346. Plut. Sol. 24. Them. 13, quos locos Class. affert. Similem vim in verbo κατάγειν praep. κατά habet IV 68, 6. Frustra igitur παρακληθείς coni. Herw.

§ 4. *ἀπὸ πολέμου ... ἐφθάρησαν*. I. e. bellum occasionem dedit eorum calamitatis et detrimenti: *in Folge eines Krieges*. De praepos. ἀπό cf. adn. 12, 2; differt ab hoc usus ad 17, 1 illustratus. Similiter ἐξ 2, 2. „Arnoldus et alii ἀπὸ πολέμου cum στασιάσαντες volunt coniungi. Sed. vid. Camp. Observ. p. 24 sq.“ K r u e g. Barbari finitimi praeter Taulantios possunt esse Bulliones et Parthini. Cf. Strab. l. d. Illos tamen intellegi voluisse Thucydidem ex § 1 videtur colligi posse.

§ 5. *τὰ δὲ τελευταῖα*. Cf. Matth. Gr. § 283, infra VIII 85, 3. adn. ad c. 19 extr. Web. ad Demosth. c. Aristocr. 186. — *ἐπελθόντες*. Codd. omnium scripturam ἀπελθόντες emend. Haas. Lucubr. p. 60. „Qui aliquid faciunt, inquit, ἀπελθόντες profecto id alio loco faciunt quam unde discesserunt; atque optimates quidem barbaros exciverunt et exercitum comparaverunt: quae si enarraret Th., paulo quidem fusior oratio esset neque tamen inepta. Nunc vero non quae post discessum gesserint

www.libtool.com.cn


6 ἐν τῇ πόλει κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν. οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει ὄντες Ἐπιδάμνιοι ἐπειδὴ ἐπιέζοντο, πέμπουσιν ἐς τὴν Κέρκυραν πρέσβεις ὡς μητρόπολιν οὖσαν, δεόμενοι μὴ σφᾶς περιορᾶν φθειρομένους, ἀλλὰ τούς τε φεύγοντας ξυναλλάξαι σφίσι καὶ τὸν τῶν βαρβάρων πόλεμον καταλῦσαι.
7 ταῦτα δὲ ἱκέται καθεζόμενοι ἐς τὸ Ἥραιον ἐδέοντο. οἱ δὲ Κερκυραῖοι τὴν ἱκετείαν οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ ἀπράκτους ἀπέπεμψαν.

1 25. Γνόντες δὲ οἱ Ἐπιδάμνιοι οὐδεμίαν σφίσιν ἀπὸ Κερκύρας τιμωρίαν οὖσαν, ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθαι τὸ παρόν, καὶ πέμψαντες ἐς Δελφοὺς τὸν θεὸν ἐπήροντο εἰ παραδοῖεν Κορινθίοις τὴν πόλιν ὡς οἰκισταῖς καὶ τιμωρίαν τινὰ πειρῷντο ἀπ᾽ αὐτῶν

enarrat, sed quae post reditum. Quare apparet in illo ἀπελθόντες id repeti quo iam dicto nihil opus erat, id vero omitti quod dici necesse erat. Atque id iam ante me video Lennepium [ad Phalar. p. 238 sq.] sensisse, quem quod ἀπελθεῖν pro ἐπανελθεῖν dictum esse existimat facile est refutare.“ Simile vitium est VIII 92, 2. Frustra traditam scripturam tuetur L. Herbst in Philol. XXIV p. 642.

§ 6. *ἐν τῇ πόλει ὄντες Ἐπιδάμνιοι* auctore Cob. del. Herw. Abesse sane possunt; num debeant valde dubium est. — *ὡς μητρόπολιν οὖσαν*, reputantes eam m. esse. Cf. adn. 20, 2. — *τοὺς . . . φεύγοντας*, exsules, ut 26, 3. 118, 1. III 85, 2. — *τὸν τῶν βαρβάρων πόλεμον* ut Lat. bellum Pyrrhi et similia dicuntur. Cf. 82, 4 et Breitenb. ad Xen. Hell. III 2, 22.

§ 7. *καθεζόμενοι ἐς τὸ Ἥραιον*. Supplices enim in templis et aris notum est consedisse. Cf. 126, 10. 136, 3. III 28, 2. 70, 5. 75, 3, ex quibus locis simul considendi verbis Graecos plerumque ἔς τι, ἐπί τι, πρός τι adiungere apparet. Cf. Matth. Gr. § 578 a, sed etiam adn. 126, 11. De ipso hoc templo vid. adn. III 75, 5.

Cap. 25. § 1. *τιμωρίαν* = *βοήθειαν*, ut paulo post iterum et § 3. 38, 6. 58, 1. 69, 5. — *ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθαι τὸ παρόν*, ambigebant quomodo componerent s. nesciebant componere rem praesentem. Nam *ἐν ἀπόρῳ* s. *ἐν ἀπορίᾳ* (Herod. IV 131) *ἔχεσθαι* idem est atque *ἀπορίᾳ ἔχεσθαι* sive *ἐν ἀπόρῳ εἶναι*, quae formula similiter atque haec cum infinitivo iuncta legitur III 22, 6. Cf. adn. c. 16. Ipsis verbis *ἐν ἀπόρῳ ἔχεσθαι* etiam Dio Cass. Luci. Cantac. usi sunt. Cf. Steph. Thes. in *ἔχω* p. 2629 ed. rec. *Θέσθαι τὸ παρόν* valent quod adest componere (Hor. Od. III 29, 32), ordinare. Similiter Procop. Vand. I p. 102 *ἐν ἀπόρῳ εἶχον θέσθαι τὸ παρόν*. Etiam alibi *θέσθαι* non addito *εὖ* significat componere. Cf. 31, 3. V 80, 1. De omni hoc verbi *τίθεσθαι* usu cf. L. Herbst. in Philol. XVI p. 280 sq. — *εἰ παραδοῖεν*. Vid. Krueg. Gr. § 54, 7 adn. 1. — *τιμω-*

www.libtool.com.cn

ποιεῖσθαι. ὁ δ' αὐτοῖς ἀνεῖλε παραδοῦναι καὶ
ἡγεμόνας ποιεῖσθαι. ἐλθόντες δὲ οἱ Ἐπιδάμνιοι 2
ἐς τὴν Κόρινθον κατὰ τὸ μαντεῖον παρέδοσαν τὴν
ἀποικίαν, τόν τε οἰκιστὴν ἀποδεικνύντες σφῶν ἐκ
Κορίνθου ὄντα καὶ τὸ χρηστήριον δηλοῦντες, ἐδέ-
οντό τε μὴ σφᾶς περιορᾶν φθειρομένους, ἀλλ'
ἐπαμῦναι. Κορίνθιοι δὲ κατά τε τὸ δίκαιον ὑπ- 3
εδέξαντο τὴν τιμωρίαν, νομίζοντες οὐχ ἧσσον ἑαυ-
τῶν εἶναι τὴν ἀποικίαν ἢ Κερκυραίων, ἅμα δὲ καὶ
μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν
ὄντες ἄποικοι· οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοι- 4
ναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα οὔτε Κορινθίῳ

Cap. 25. § 2. διαφθειρομένους plurimi codd. praeter Laur. M. m. et aliquot deteriores. Sed cf. 24, 6. ΔΙ ex praegresso Ν repetitum est. Cf. sd. VII 5, 1.

ρίαν ... ποιεῖσθαι, quod alibi (cf. 124, 1) auxilium ferre significat, hic est auxilium sibi efficere, sibi parare. Pariter πίστεις καὶ βεβαιότητα ποιεῖσθαι IV 51, 1, ἄδειαν ποιεῖσθαι VI 60, 3, ubi cf. adn. Praeterea cf. κλέος ποιεῖσθαι Hom. Od. II 126, τὸν βίον ποιεῖσθαι 5, 1 et Xen. Oec. 6, 11. Parum considerate igitur nec dicendi usu satis cognito Cob. πορίζεσθαι coni., quod praepropere recepit Herw.

§ 2. παρέδοσαν. Ol. LXXXV 4 aut LXXXVI 1, a. Chr. 436. — σφῶν. Pro usitatiore ἑαυτῶν. Vid. adn. II 20, 2 et ad h. l. Krueg.

§ 3. κατά τε ... ἅμα δὲ καί. Cf. adn. 11, 1. VI 83, 1. — παρημέλουν. De re cf. Herod. III 49. — ὄντες ἄποικοι. Cf. Muell. Dor. I p. 118. Herm. Antiqu. Gr. I § 86, 7.

§ 4. οὔτε γὰρ κ. τ. λ. De necessitudine quae apud Graecos inter colonias et maiores patrias intercedebat et utrarumque officiis atque iuribus cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 73 sq. Schoem. Antiqu. iur. publ. p. 418 sq. et quos hi laudant. De tota quae hinc incipit comprehensione hoc monendum est, ita a nominativis participiorum eam ordiri quasi inde a 26, 1 secuturum sit ἐγκλήματα παρεῖχον τοῖς Κορινθίοις, ὥστε ἄσμενοι τὴν ὠφελίαν ἐς τὴν Ἐπίδαμνον ἔπεμπον, sed post interposita verba ἢ ... πολεμεῖν ita in aliam formam transire ut simul superiora verbis πάντων τούτων in unum comprehendantur, cuius orationis mutationis similia exempla attulimus ad 9, 2. Cf. Annal. phil. a. 1863 p. 466. Symb. phil. Bonn. p. 389. Frustra γὰρ del. Herw. — ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς] ἐν Ὀλυμπίοις, Νεμέοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἀγῶσιν. Schol. Goeller fortasse rectius sollemnia maiori patriae cum colonia communia vult esse; mittebant enim coloniae legatos (θεωρούς) cum sacrificiis in maiores patrias in dies quosdam festos. Cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 74, 4. — γέρα τὰ νομιζόμενα] τὰς τιμὰς καὶ προεδρίας. Schol. Didotius propter verba Diodori XII 30, 4 τοὺς δὲ Κερκυραίους μισοῦντες διὰ τὸ

www.libtool.com.cn


ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ αἱ ἄλλαι ἀποικίαι, περιφρονοῦντες δὲ αὐτοὺς καὶ χρημάτων

μόνους τῶν ἀποίκων μὴ πέμπειν τὰ κατειθισμένα ἱερεῖα τῇ μητροπόλει munera putat esse, alii rectius omnia ea quae honoris causa metropoli essent praestanda diebus festis, προεδρίαν, ἱερεῖα, al. Diod. aliud quam γέρα apud Th. legisse opinatur Herw. Cui non magis credimus quam Cobeto in Mnemos. nov. ser. VIII p. 73 γέρα pro ἱερεῖα apud Diod. rescribenti. Pro omnibus enim honoribus hic praecipuum quoddam genus nominavit. Cf. adn. 13, 1. — *οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν.* Haec obscuriora et variis modis explanata sunt. Scholiastes interpretatur διδόντες τὰς καταρχάς, qua ratione κατάρχεσθαι τῶν ἱερῶν non dicitur, quod est auspicari sacra, deinde omnino immolare s. mactare hostiam. Cf. Monk. ad Eur. Alc. 74. Nos igitur haec olim sic convertimus: non in usum viri Corinthii sacra auspicantes seu primas victimas immolantes. Quam explicationem Schoemanno Ant. iur. publ. Gr. p. 421 probatam Goeller ideo reicit quia viscerum distributio inter homines heroicis quidem temporibus facta, at serius exta diis oblata sint. Ipse dativos Κορινθίῳ ἀνδρί ex superioribus διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα censet pendere. At Thucydides si Κορίνθιον ἄνδρα civitati Corinthiorum opponeret, hoc nomen in superiore membro, ubi sane cogitandum est, addere, sin, id quod Goell. putat, κοιναῖς πανηγύρεσι sacra Corcyraeorum propria contraria esse vellet, in altero enuntiato ἰδίᾳ aut simile quiddam adicere debebat; nam οὔτε ἐν κοιναῖς πανηγύρεσι διδόντες (Κορινθίοις) οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ (διδόντες) ex adverso collocari non possunt. Nos explicationem neque per virum Corinthium facientes sacrorum initium sive, quae verba sunt Stephani, neque rem divinam auspicabantur viro Corinthio operante sacris nunc veram existimaremus, cum Appianus Civ. I 110 similiter de cerva Sertorii scripserit αὐτῇ προκαταρχόμενοι (ubi Schweigh.: „velut illa duce et auspice usus; simillima verbi illius constructio Thuc. I 25 neque in sacris faciundis duce et auspice Corinthio cive utebantur“), si dativus instrumenti videretur apud scriptorem Atticum de homine dici posse. De quo cum merito dubitetur, Goelleri dubitatio fortasse ita solvenda est ut Kruegerum secuti dicamus exta vel primitias Corinthio ideo videri attributas esse ut eas diis combureret. Ita si facimus, quodammodo retinetur schol. interpretatio. Paulo aliter Class. cum inter sollemnes sacrorum auspicandorum ritus qui locutione κατάρχεσθαι τῶν ἱερῶν significarentur (cf. Buttm. Lexil. I p. 103. Hom. Od. III 445. Herod. II 45. IV 60. 103. Arist. Av. 959. Eur. Iph. T. 40) ille quoque fuerit ut crines in fronte hostiarum recisos adstantibus distribuerent (cf. Hom. Il. III 273 sq.), hos civibus qui ex metropoli coloniarum festis intererant primis datos esse suspicatur. Sed verbi κατάρχεσθαι vis uno hoc usu non continetur, sed, ut ipse Class. indicat, latius patet. — *ὥσπερ αἱ ἄλλαι ἀποικίαι.* De his cf. Muell. Dor. I p. 115 sq. Herm. Ant. Gr. I § 86. — *περιφρονοῦντες δὲ αὐτοὺς* = ὑπερφρονοῦντες αὐτούς. Cf. Arist. Nubb. 225 sq. et de accusativo αὐτούς Matth. Gr. § 378 adn. 2. — *καὶ . . . ὄντες . . . δυνατώτεροι.*

www.libtool.com.cn

*δυνάμει ὄντες κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὁμοίᾳ τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις καὶ τῇ ἐς πόλεμον παρασκευῇ δυνατώτεροι, ναυτικῷ δὲ καὶ πολὺ προέχειν ἔστιν ὅτε ἐπαιρόμενοι καὶ κατὰ τὴν τῶν Φαιάκων*

§ 4. *ὁμοία*, i. e. *ὁμοίᾳ* (cf. sd. 1, 1), It. Vat., *ὅμοια* Laur., vulgo *ὁμοῖα*. Cf. adn. et sd. 120, 5.

Similis coniunctio atque in *καὶ ἐλπίσας* 1, 1, ubi cf. adn. Contemptionis enim causa additur. — *χρημάτων δυνάμει.* Sic iterum dixit 82, 1 itemque Herod. VII 9. — *ὁμοίᾳ τοῖς Ἑ. πλουσιωτάτοις* = *ὁμοίᾳ τῇ τῶν Ἑ. πλουσιωτάτων*, de qua breviloquentia cf. Krueg. Gr. § 48, 13 adn. 9. Quod codd. longe plurimi praebent *ὁμοῖα* sanum sensum non habet. Nam quod *ὄντες πλούσιοι* vel *δυνατοὶ ὁμοίως τῶν Ἑ. πλουσιωτάτοις* interpretantur, usu *ὁμοῖα* vocabuli non comprobatur. Nam si haec exempla accuratius consideraveris: VII 29, 4 *τὸ γὰρ γένος ὁμοῖα τοῖς μάλιστα τοῦ βαρβαρικοῦ* (scil. *φοινικοῖς οὖσι*) *φοινικώτατόν ἐστι*, Herod. III 8 *σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὁμοῖα τοῖς μάλιστα* (scil. *σεβομένοις*), III 57 *θησαυρὸς ἐν Δελφοῖς ἀνακέεται ὁμοῖα τοῖς πλουσιωτάτοις* (per breviloquentiam = *ὁμοῖα τοῖς τῶν πλουσιωτάτων*), VII 118. 141 *ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα* (scil. *δοκίμῳ*), Plut. Them. 31 *τιμώμενος ὅμοια Περσῶν τοῖς ἀρίστοις*, Cass. Dion. fragm. 21, 1 *ἐπί τε τῷ γένει καὶ τῷ πλούτῳ ὅμοια τοῖς ἀρίστοις φρονοῦντες*, facile perspicies *ὁμοῖα* nullo supplemento (nam quae supra significavimus *τοῖς* vel *τῷ μάλιστα* verborum supplementa sunt) ad ipsum praedicatum pertinere ideoque secundum horum exemplorum similitudinem interpretandum esse, ut Krueg. fecit: cum pecuniae vi pariter atque Graecorum ditissimi Corinthiis potentiores essent. Sed sic a rerum necessitudine plane alienum est *ὁμοῖα τοῖς Ἑ. πλουσιωτάτοις*. Quid enim ad describendam Corcyraeorum superbiam attinet etiam ditissimos Graecorum opulentia Corinthios superasse? Licet tamen *δυνατοί* vel *πλούσιοι* ad *ὄντες* suppleri possit, etiam sententia habet in quo offendamur. Ita enim Corcyraei opulentia ditissimos Graecorum aequasse, belli autem apparatu etiam superasse dicuntur. Num igitur etiam Athenienses hoc superaverunt? Nam hi certe in ditissimis fuerunt. Contra scriptura a nobis recepta Corcyraei dicuntur pecuniae vi ditissimorum Graecorum opes aequante et belli apparatu potentiores fuisse Corinthiis. Quam sententiam ab omni parte aptam cum duorum optimorum librorum lectio suppeditet, ab omni verborum mutatione abstinendum est, etiam a lenissima quam postremo Class. probavit *κἂν χρ. δυνάμει ὄντες*, praesertim cum ea etiam sententiae vis deminuatur. Nam pecuniae quidem vim perinde atque opulentissimi Graecorum Corcyraei habuisse ita dicuntur, Corinthios ea superasse, quae ipsa causa erat cur eos despicerent, non dicuntur. Cf. Annal. phil. a. 1863 p. 465 sq. a. 1868 p. 176. — *προέχειν . . . ἐπαιρόμενοι.* Alibi cum infinitivo vix iungitur. Sed cf. Matth. Gr. § 534 b et de *ἔστιν ὅτε*, nonnunquam, II 81, 3. — *καὶ κατὰ τὴν τῶν Φαιάκων προενοίκησιν τῆς Κερκύρας*, vel propterea quod Phaeaces antea in Corcyra habi-

www.libtool.com.cn

προενοίκησιν τῆς Κερκύρας κλέος ἐχόντων τὰ περὶ τὰς ναῦς (ᾗ καὶ μᾶλλον ἐξηρτύοντο τὸ ναυτικὸν καὶ ἦσαν οὐκ ἀδύνατοι· τριήρεις γὰρ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ὑπῆρχον αὐτοῖς ὅτε ἤρχοντο πολεμεῖν)·
1 (26.) πάντων οὖν τούτων ἐγκλήματα ἔχοντες οἱ Κορίνθιοι ἔπεμπον ἐς τὴν Ἐπίδαμνον ἄσμενοι τὴν ὠφελίαν, οἰκήτορά τε τὸν βουλόμενον ἰέναι κελεύοντες καὶ Ἀμπρακιωτῶν καὶ Λευκαδίων καὶ ἑαυτῶν
2 φρουρούς. ἐπορεύθησαν δὲ πεζῇ ἐς Ἀπολλωνίαν Κορινθίων οὖσαν ἀποικίαν, δέει τῶν Κερκυραίων μὴ κωλύωνται ὑπ' αὐτῶν κατὰ θάλασσαν περαι-
3 ούμενοι. Κερκυραῖοι δὲ ἐπειδὴ ᾔσθοντο τούς τε οἰκήτορας καὶ φρουροὺς ἥκοντας ἐς τὴν Ἐπίδαμνον τήν τε ἀποικίαν Κορινθίοις δεδομένην, ἐχαλέπαινον· καὶ πλεύσαντες εὐθὺς πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶ καὶ ὕστερον ἑτέρῳ στόλῳ τούς τε φεύγοντας ἐκέ-

taverant. De κατά cf. V 43, 2, de coniunctione genetivorum diversorum ex eodem nomine pendentium vid. VII 34, 6 (quod exemplum simillimum), tum II 49, 7. IV 85, 3. Lob. ad Soph. Ai. 309. Phaeaces eorumque peritiam artis navalis ex Homeri Odyssea vel tirones noverunt. Eos in Corcyra habitasse veteres omnes (ex quibus cf. maxime schol. Apoll. Rhod. IV 891 et 983) credunt. Pertinet huc etiam Alcinoi apud Corcyraeos cultus III 70, 4 memoratus. — **κλέος ἐχόντων κ. τ. λ.** non cum Class. pro attributo, sed eodem modo accipiendum est atque in c. 7 **ἐπὶ πολὺ ἀντισχοῦσαν**, ubi cf. adn. — **τριήρεις . . . ἑκατόν.** Ex his quanta tunc frequentia incolarum Graeciae fuerit colligit Nieb. Hist. ant. II p. 38 sq.

Cap. 26. § 1. **ἔπεμπον:** Imperfectum verborum mittendi haud raro ibi legitur ubi aoristum exspectes. Sed mittendi actio tanquam continuatur, non perfecta donec missi advenerunt. Cf. II 6, 1, **ἀπέστελλον** VII 20, 2. VIII 64, 2, **ἀπέπεμπον** VII 29, 1. Held ad Plut. Timol. p. 484. — **φρουρούς** Krueg. non recte ex **ἔπεμπον** videtur pendere velle.

§ 2. **Ἀπολλωνίαν.** De hac urbe ab Aoi ostio non procul sita praeter Herod. IX 92 sq. et alios veteres vid. Herm. Ant. Gr. § 86, 5. Leak. Graec. sept. I p. 368 sqq. Forb. Geogr. III p. 849. A Thucydide Corinthiorum, a Scymno et Paus. Corinthiorum et Corcyraeorum colonia dicitur. Cf. Muell. de Corc. rep. p. 18. Tum de **περαιούμενοι** vid. Matth. Gr. § 555 adn. 2 p. 1288. Cf. Athenienses aedificantes prohibere Nep. Them. 6 et Verg. Aen. IX 286, item infra II 62, 2. Proprie participio vim condicionalem subiciendam esse apparet ex 107, 3.

§ 3. **καὶ ὕστερον.** Inanes sunt dubitationes quibus commotus Herw. haec verba del. — **ἑτέρῳ στόλῳ.** Navibus 15, id quod ex § 4 colligitur. Non discernit navium subsidia a classe prius missa Diod. XII 30, 5 etiam in aliis paulum hic a

λευον κατ' ἐπήρειαν δέχεσθαι αὐτούς (ἦλθον γὰρ ἐς τὴν Κέρκυραν οἱ τῶν Ἐπιδαμνίων φυγάδες τάφους τε ἐπιδεικνύντες καὶ ξυγγένειαν, ἣν προϊσχόμενοι ἐδέοντο σφᾶς κατάγειν) τούς τε φρουροὺς οὓς Κορίνθιοι ἔπεμψαν καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀποπέμπειν. οἱ δὲ Ἐπιδάμνιοι οὐδὲν αὐτῶν ὑπή- 4
κουσαν, ἀλλὰ στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι τεσσαράκοντα ναυσὶ μετὰ τῶν φυγάδων ὡς κατάξοντες, καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς προσλαβόντες.

Cap. 26. § 3. ἀποδεικνύντες omnes praeter Vat. Cf. adn.
§ 4. ὡς δὲ οἱ Ἐ. H. Reg. rec. Vat. omittentes simul ἀλλὰ H. et Reg. Est haec correctura propter ἀλλά paulo insolentius positum facta. Cf. adn.

Thuc. dissentiens. — κατ' ἐπήρειαν, per malitiam (*aus Chikane* Class.). — τάφους τε ἐπιδεικνύντες maiorum in Corcyra humatorum. Magis ad hunc locum ἐπιδεικνύντες quam ἀποδεικνύντες convenit. Praeterquam enim quod utrumque verbum demonstrare, comprobare significat (cf. adn. III 64, 4), illud monstrare (*auf etwas hinweisen*. Cf. VI 46, 3. 47), hoc ostendere (*etwas vorweisen*. Cf. I 29, 1. VII 57, 9) valet.

§ 4. οὐδέν. Sic rursus 29, 1. Cf. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 6. Matth. Gr. § 425, 5 et 446, 8. Similiter τἄλλα ὑπήκουον 139, 2. Deinde αὐτῶν Krueg. neutrum esse vult, quod probatur propter 29, 1. — ἀλλὰ στρατεύουσιν. Cogita ἀλλ' οὐχ ὑπακουσάντων αὐτῶν στρατεύουσιν ἐπ' αὐτούς. Pariter 111, 3 οὐ μέντοι εἷλόν γε, ἀλλ' ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου, ubi cogitandum ἀλλ' οὐχ ἑλόντες ἀπ. ἐπ' οἴκου. Neque sic deest iusta oppositio. Nam si Epidamnii oboedivissent, infesto exercitu Corcyraei contra eos non essent profecti. Non solum sine idonea causa, sed etiam contra sensum et Th. dicendi usum Meinek. (Annal. phil. a. 1863 p. 385 sq.) ἅμα coniecit. Nam res non simul, sed, sive στρατεύουσιν ad navium profectionem referimus, iam ante, sive ad ipsius belli initium, postea facta est, neque usquam sic simplici ἅμα Th. utitur. Idem proponit Steup. l. l. p. 40 sqq. deletam praeterea post προσκαθεζόμενοι particulam δέ ante Κερκυραῖοι inserens, ut στρατεύουσι pro part. praes. accipi possit; quasi vero omissa expeditione Epidamnii Corcyraeis obsecuturi fuerint. Neque huic credimus Corcyraeos iam inde ab eo tempore quo navibus profecti sunt στρατεύειν ἐπ' αὐτούς. Nam antea, cum de oblatis pacis condicionibus ageretur, praesenti classe minabantur bellum Corcyraei, sed nondum intulerunt; repudiatis demum iis condicionibus bellum revera Epidamniis illatum est. Similiter bellum ab Atheniensium classe Naxi hiemante Siculis instabat, nisi oblatam societatem accepissent; illatum est iis qui eam repudiaverant (VI 88, 5). — τεσσαράκοντα ναυσί. Quinquaginta Diod. l. l. Cf. Ullr. Symb. ad expl. Th. p. 15 sq. Paulo post de Illyriis cf. adn. 24, 4. — καὶ ante τοὺς Ἰλ. valet etiam.

www.libtool.com.cn

5 *προσκαθεζόμενοι δὲ τὴν πόλιν προεῖπον Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τοὺς ξένους ἀπαθεῖς ἀπιέναι· εἰ δὲ μή, ὡς πολεμίοις χρήσεσθαι. ὡς δ' οὐκ ἐπείθοντο, οἱ μὲν Κερκυραῖοι (ἔστι δὲ ἰσθμὸς τὸ χωρίον) ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν.*

1 27. *Κορίνθιοι δ', ὡς αὐτοῖς ἐκ τῆς Ἐπιδάμνου ἦλθον ἄγγελοι ὅτι πολιορκοῦνται, παρεσκευάζοντο στρατιάν, καὶ ἅμα ἀποικίαν ἐς τὴν Ἐπίδαμνον ἐκήρυσσον ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι· εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὲν μὴ ἐθέλει ξυμπλεῖν, μετέχειν δὲ βούλεται τῆς ἀποι-*

§ 5. τῇ πόλει pro priore τὴν πόλιν nonnulli libri deteriores. Cf. adn.

χρήσεσθαι ex solo Laur. enotatum est, vulgo χρήσασθαι.

Cap. 27. § 1. ἐθέλει Laur., plurimi ἐθέλοι. Illud verum esse βούλεται ostendit. Cf. adn.

§ 5. **προσκαθεζόμενοι δὲ τὴν πόλιν.** Cf. adn. 24, 1. Eur. Hec. 935 et Lat. assidere urbem. Distinguitur ab obsidendo, τῷ πολιορκεῖν, paulo post et 61, 3. — **προεῖπον ... ἀπιέναι**, pronuntiaverunt ut abirent. Cf. adn. V 30, 5. — **ἔστι δὲ ἰσθμὸς τὸ χωρίον** obsidionis facilitatem explicat. Cf. VIII 26, 1. Παρεμβολήν hoc enuntiatum vocat Tiber. π. σχημ. (ed. Walz.) VIII p. 577. Saepius ita enuntiata γάρ continentia anteponuntur. Cf. adn. 31, 2. Isthmus est Dyrrhachii paeninsulae, ex qua urbem illic sitam nomen invenisse docet Strabo p. 316.

Cap. 27. § 1. **ἀποικίαν... ἐκήρυσσον.** Sic κηρύσσειν ἀγῶνας Soph. Ai. 1240, χρήματα Herod. VI 121, μήνυτρα Andoc. I 40. — **ἰέναι.** Cf. adn. 26, 5. — **ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ.** Cf. c. 145 διαλύεσθαι περὶ τῶν ἐγκλημάτων ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, V 15, 2 ἐπὶ τῇ ἴσῃ καταλύεσθαι, at V 79, 1 ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις δίκας διδόντας. Add. Lennep. ad Phal. Epist. 103 p. 322. Lob. Paral. Gr. I p. 61 et adn. supra 15, 2. Scholiastes simul audit τοῖς Ἐπιδαμνίοις, Wachsmuth. Antiqu. Gr. I p. 527 de sententia disputans ἀλλήλοις (καὶ τοῖς Ἐπιδαμνίοις). Etiam Corinthiis in patria remanentibus aequale ius intellegi posse ob verba 34, 1 arbitratur Bloomf. Ex his supplementum ἀλλήλοις ceteris exemplis maxime consentaneum est. Bloomfieldianum certe reiciendum esse docet Camp. p. 26 probans primum. Totum autem hoc enuntiatum per epexegesin verbis ἀποικίαν ἐκήρυσσον est adiectum similiter atque 50, 1, ubi cf. adn. Temere Cobeto auctore ἀποικίαν del. Herw. — **εἰ δέ τις ... ἐθέλει.** Vulgata scriptura ἐθέλοι tolerari nequit. Neque enim optativus potentialis ad μένειν, quod iubetur ideoque futuri temporis est, convenit neque optativus obliquus pro ἐάν cum coniunctivo ad rem futuram spectante positus, quoniam non alio tempore cupiunt atque volunt et praesentem et cupiditatem et voluntatem significari apertum est. Perperam βούλεται Cobeto auctore del. Herw. Cf. IV 105, 2. —

www.libtool.com.cn

κίας, πεντήκοντα δραχμὰς καταθέντα Κορινθίας
μένειν. ἦσαν δὲ καὶ οἱ πλέοντες πολλοὶ καὶ οἱ
τἀργύριον καταβάλλοντες. ἐδεήθησαν δὲ καὶ τῶν 2
Μεγαρέων ναυσὶ σφᾶς ξυμπροπέμψαι, εἰ ἄρα κω-
λύοιντο ὑπὸ Κερκυραίων πλεῖν. οἱ δὲ παρεσκευ-
άζοντο αὐτοῖς ὀκτὼ ναυσὶ ξυμπλεῖν, καὶ Παλῆς
Κεφαλλήνων τέσσαρσιν. καὶ Ἐπιδαυρίων ἐδεήθη-
σαν, οἳ παρέσχον πέντε, Ἑρμιονῆς δὲ μίαν καὶ
Τροιζήνιοι δύο, Λευκάδιοι δὲ δέκα καὶ Ἀμπρακι-
ῶται ὀκτώ. Θηβαίους δὲ χρήματα ᾔτησαν καὶ
Φλειασίους, Ἠλείους δὲ ναῦς τε κενὰς καὶ χρή-
ματα. αὐτῶν δὲ Κορινθίων νῆες παρεσκευάζοντο
τριάκοντα καὶ τρισχίλιοι ὁπλῖται.

28. Ἐπειδὴ δὲ ἐπύθοντο οἱ Κερκυραῖοι τὴν 1
παρασκευήν, ἐλθόντες ἐς Κόρινθον μετὰ Λακε-
δαιμονίων καὶ Σικυωνίων πρέσβεων, οὓς παρ-
έλαβον, ἐκέλευον Κορινθίους τοὺς ἐν Ἐπιδάμνῳ

§ 2. ξυμπροπέμψαι Laur. m.; reliquorum plurimi ξυμπρο-πέμψειν.

δραχμὰς καταθέντα Κορινθίας. De nummis Corinthiis vid. Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 65 sqq. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 26 et Quaest. metrolog. p. 95 sq. Hic altero loco eos qui olim Aegineticis aequiparandi fuissent postea deteriores atque iam ante bellum Pelop. Atticis aequales factos esse studet docere. Cf. tamen etiam Mommsen. Hist. rei num. Rom. p. 61. Κατατιθέναι et paulo post καταβάλλειν est ἐκτίνειν.

§ 2. ἐδεήθησαν δὲ κ. τ. λ. Singuli populi quos naves aut pecunias rogarunt praeter Palenses aut foedere civitatum Peloponnesiacarum continebantur (cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 34 et infra 31, 2) aut ipsorum Corinthiorum erant coloni, quod de Palensibus quoque, prae ceteris Cephallenibus bellorum Graecorum sociis (cf. Herod. IX 28), suspicatur Raoul Rochett. Colon. Gr. III p. 293. — Ἠλείους. Cur ab his pecuniam, ut a Thebanis mediterraneis, et vacuas naves postulaverint minus apparet, praesertim cum naves compleant 46, 1. — τρισχίλιοι ὁπλῖται. Numerus iusto maior. Nam in singulis navibus centeni fuissent milites, quot tempore belli Peloponnesiaci in singulis Atheniensium quidem navibus nunquam fuerunt. Cf. Boeckh. Oec. civ. I p. 386 sqq. Schwartz Ad Ath. rem milit. stud. Thuc. p. 32 sq. Deinde revera proficiscuntur Corinthii 29, 1 septuaginta suis et sociorum navibus et duobus tantum milibus graviter armatorum. Qui numerus cum ad navium numerum bene conveniat (cf. IV 42, 1), hoc loco numerum patet corruptum esse. Accurate responderent militum duobus milibus in septuaginta navibus octingenti in triginta navibus.

www.libtool.com.cn


φρουρούς τε καὶ οἰκήτορας ἀπάγειν, ὡς οὐ μετὸν
2 αὐτοῖς Ἐπιδάμνου. εἰ δέ τι ἀντιποιοῦνται, δίκας ἤθελον δοῦναι ἐν Πελοποννήσῳ παρὰ πόλεσιν αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν· ὁποτέρων δ' ἂν δικασθῇ εἶναι τὴν ἀποικίαν, τούτους κρατεῖν· ἤθελον δὲ καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς μαντείῳ ἐπιτρέψαι.
3 πόλεμον δὲ οὐκ εἴων ποιεῖν· εἰ δὲ μή, καὶ αὐτοὶ ἀναγκασθήσεσθαι ἔφασαν, ἐκείνων βιαζομένων, φίλους ποιεῖσθαι οὓς οὐ βούλονται, ἑτέρους τῶν

Cap. 28. § 1. ὡς οὐ μετόν, quod Epidamni partem non haberent, Epidamnus nihil ad eos pertineret. Cf. adn. 20, 1. 24, 6 et Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 6.

§ 2. εἰ δέ τι ἀντιποιοῦνται (τῆς Ἐπιδάμνου), si vero aliqua ex parte (Epidamnum) ad se vindicarent. Coniungi et hoc verbum (IV 122, 4) et μεταποιεῖσθαι (I 140, 1. II 51, 5) cum genetivo docet Krueg. Gr. § 47, 14, quem de τί vid. ibid. adn. 5. — δίκας . . . δοῦναι, iudicio contendere, rem disceptandam ac diiudicandam permittere. Cf. 85, 2. 140, 2. 144, 2 et Muell. Dor. I p. 183. Quod autem ἤθελον sine μέν scriptum est, indicium est scriptorem hic nondum anaphora uti voluisse, quae sequitur in ἤθελον δέ. Cf. II 86, 1. 2. 101, 2. 3. — παρὰ πόλεσιν αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν = παρ' αἷς ἂν (δίκας δοῦναι) ἀμφ. ξυμβ. Cf. Krueg. Gr. § 51, 11 adn. 1. Tales urbes ἔκκλητοι dicuntur. Vid. Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 148 et de re cf. V 79, 4. — κρατεῖν. Krueger animo obversari putat ἔλεγον. Cur non superius ἤθελον? — ἐπιτρέψαι, rem decernendam permittere. Cf. V 31, 3. IV 54, 3. VII 18, 3. Res nomine ἐπιτροπή significatur V 41, 2.

§ 3. πόλεμον δὲ οὐκ εἴων ποιεῖν, bellum vero excitare eos vetabant. Cf. adn. VI 72, 2. Tum de εἰ δὲ μή vid. Matth. Gr. §. 617 b. Krueg. Gr. § 65, 5 adn. 12. Cf. 131, 2. II 5, 5. 71, 2. — ἔφασαν Krueg. uncis frustra inclusit. Nam etsi non prorsus necessarium est, commode tamen additur. Class. II 5, 5 confert. — ἑτέρους τῶν νῦν ὄντων μᾶλλον, alios potius quam qui tunc essent. De genetivo comparativo ab ἑτέρους pendente cf. Matth. Gr. § 366 d. Krueg. Gr. § 47, 26 adn. 5. Preibisch. de Compar. usu Thuc. p. 13 sq. Ἑτέρους esse Athenienses ex iis quae postea facta sunt apparet. Amicos qui tunc essent Illyrios (26, 4) et exsules Epidamniorum vocari Arn. et Goell. adnotarunt. Praeter hos etiam barbari Corcyrae vicini intellegi possunt (vid. 47, 3), si Graeci ob 31, 2 esse non queunt. Attamen Illyrios et exsules Epidamniorum ideo esse non vult Camp. p. 28 quia nihil Corcyraeos impediverit quominus societate cum Atheniensibus facta illorum amicitiam retinerent. Atque οἱ νῦν φίλοι fortasse Peloponnesii foederati ideo appellari possunt quia, etsi Corcyraei Corinthiis odio erant, tamen non sublata erat communis originis memoria, sed quaedam necessitudo iis cum Doribus restabat; quare Lacedaemonii et Sicyonii eos Corinthum comitati sunt. Ceterum μᾶλλον, potius, ad φίλους ποιεῖσθαι ἑτέρους

www.libtool.com.cn

νῦν ὄντων μᾶλλον, ὠφελίας ἕνεκα. οἱ δὲ Κορίν- 4
θιοι ἀπεκρίναντο αὐτοῖς, ἢν τάς τε ναῦς καὶ
τοὺς βαρβάρους ἀπὸ Ἐπιδάμνου ἀπαγάγωσι, βου-
λεύσεσθαι· πρότερον δ' οὐ καλῶς ἔχειν τοὺς
μὲν πολιορκεῖσθαι, αὐτοὺς δὲ δικάζεσθαι. Κερ- 5
κυραῖοι δὲ ἀντέλεγον, ἢν καὶ ἐκεῖνοι τοὺς ἐν
Ἐπιδάμνῳ ἀπαγάγωσι, ποιήσειν ταῦτα· ἑτοῖμοι
δὲ εἶναι καὶ ὥστε ἀμφοτέρους μένειν κατὰ χώραν
σπονδὰς [δὲ] ποιήσασθαι ἕως ἂν ἡ δίκη γένηται.
29. Κορίνθιοι δὲ οὐδὲν τούτων ὑπήκουον, 1
ἀλλ' ἐπειδὴ πλήρεις αὐτοῖς ἦσαν αἱ νῆες καὶ οἱ
ξύμμαχοι παρῆσαν, προπέμψαντες κήρυκα πρό-

Cap. 28. § 4. ἀπάγωσι plerique codd. Nobis alterum ob § 5 retinendum visum est.

§ 5. δὲ om. schol. ἑτοῖμοι δὲ εἶναι] ἀντὶ τοῦ ἑτοίμως ἔχουσιν, εἰ μὴ ἐκεῖνο βούλονται, σπονδὰς ποιήσασθαι, μένειν ἐν Ἐπιδάμνῳ καὶ τοὺς πεμφθέντας Κορινθίων καὶ τοὺς πεμφθέντας Κερκυραίων μηδὲν πράττοντας εἰς κάκωσιν, ἕως ἂν δίκας δώσωσιν, quae verba dissoluta nobis ex his duobus scholiis videntur conflata esse: ἑτοῖμοι δὲ εἶναι] ἀντὶ τοῦ ἑτοίμως ἔχουσιν, εἰ μὴ ἐκεῖνο βούλονται, σπονδὰς ποιήσασθαι ἕως ἂν δίκας δώσωσιν. ἀμφοτέρους μένειν κατὰ χώραν] μένειν ἐν Ἐπιδάμνῳ καὶ τοὺς πεμφθέντας Κορινθίων καὶ τοὺς πεμφθέντας Κερκυραίων μηδὲν πράττοντας εἰς κάκωσιν. Ceterum cf. adn.

pertinet; futurum enim esse aiunt ut cogantur alios potius amicos sibi conciliare.

§ 4. αὐτοὺς δὲ δικάζεσθαι. Αὐτοί Corcyraei, qui § 2 δίκας δοῦναι se velle dixerunt, et Corinthii una sunt, non Corinthii soli, de quibus σφᾶς legeretur.

§ 5. ἑτοῖμοι . . . ποιήσασθαι. Coniunctio δέ in codd. tradita si genuina esset, ὥστε cum utroque infinitivo ab ἑτοῖμοι penderet. Sed quanquam ἱκανός et δυνατός adiectivorum cum ὥστε iunctorum non desunt exempla (cf. Saupp. ad Plat. Prot. 338 c), tamen ἑτοῖμος vocabuli sic iuncti exempla frustra quaesivimus. Et Th., quamvis saepe eo utatur, ubique nudum infinitivum adiungit. Krueger, ne ὥστε ad ἑτοῖμοι pertineat, δικάζεσθαι vult mente repeti; sed hoc nobis et remotius et ita cum reliqua superiore enuntiatione coniunctum videtur ut non commode solum audiatur; praeterea obscurissima est haec ratio. Nos olim δέ post σπονδάς positum uncis inclusimus idque schol. confirmat. Sententia igitur haec est: paratos vero etiam sese esse hac condicione foedus facere ut suo utrique loco maneant. De vv. σπονδὰς ποιήσαθαι ὥστε vid. III 75, 1 et Matth. Gr. § 479 a; κατὰ χώραν ut II 58, 3. III 22, 6.

Cap. 29. § 1. ὑπήκουον. De imperf. cf. Madv. Synt. § 113. — προπέμψαντες...πρότερον. Cf. Arist. Eccl. 1018 et

www.libtool.com.cn


τερον πόλεμον προεροῦντα Κερκυραίοις, ἄραντες
ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πέντε δισχιλίοις τε ὁπλί-
ταις ἔπλεον ἐπὶ τὴν Ἐπίδαμνον, Κερκυραίοις ἐν-
2 αντία πολεμήσοντες· ἐστρατήγει δὲ τῶν μὲν νεῶν
Ἀριστεὺς ὁ Πελλίχου καὶ Καλλικράτης ὁ Καλλίου
καὶ Τιμάνωρ ὁ Τιμάνθους, τοῦ δὲ πεζοῦ Ἀρχέ-
τιμός τε ὁ Εὐρυτίμου καὶ Ἰσαρχίδας ὁ Ἰσάρχου.
3 ἐπειδὴ δὲ ἐγένοντο ἐν Ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας γῆς,
οὗ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν, ἐπὶ τῷ στό-
ματι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου, οἱ Κερκυραῖοι κή-
ρυκά τε προέπεμψαν αὐτοῖς ἐν ἀκατίῳ ἀπεροῦντα
μὴ πλεῖν ἐπὶ σφᾶς, καὶ τὰς ναῦς ἅμα ἐπλήρουν,
ζεύξαντές τε τὰς παλαιὰς ὥστε πλοΐμους εἶναι καὶ

adn. 23, 5. — **ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πέντε.** Similiter numeralibus separatis et καί post maiorem numerum addito ἑβδομήκοντα ἡμέραι καὶ δύο IV 39, 1. τριάκοντα ναυσὶ καὶ τρισί VII 34, 3, τεσσαράκοντα ναυσὶ καὶ τέσσαρσι I 116, 1. Cf. Krueg. et Frank. ad Dem. Phil. III 23 et ad. 87, 6. Frustra καὶ πέντε om. Diod. XII 31, 2 et vulgarem ordinem servavit Doxop. II p. 443 Walz. Ex hoc numero efficitur Eleos septem naves misisse (cf. 30, 2). Nam XXX Corinthiorum naves + VIII Megarensium + IV Palensium + V Epidauriorum + I Hermionensium + II Troezeniorum + X Leucadiorum + VIII Ambraciotarum + VII Eleorum (vid. 27, 2) = LXXV naves. — **δισχιλίοις τε ὁπλίταις]** καὶ μὴν ἄνω [27, 2] τρισχιλίους ἡτοίμαζον. ῥητέον οὖν ὅτι ἴσως οὐκ ἦν χρεία τῶν χιλίων· ἢ καὶ καταφρονοῦντες τῶν Κερκυραίων τοῦτο ποιοῦσι. Schol. Similiter Class. Corinthios mille militibus alio loco usos esse putat. Sed ne sic quidem numerus ei quem 27, 2 legimus satis convenit. Nam etiam socii praeter Eleos completas naves praebuerunt. Itaque tribus militum milibus in triginta navibus hic fere responderent septem milia et quingenti, ita ut plus quinque milia desiderentur. Itaque alterutro loco numerum corruptum esse necesse est. Herw. autem hoc loco pro πέντε δισχιλίοις τε legendum πεντακισχιλίοις proposuit, ut simul Th. cum Diod. l. l. consentiret. Sed ne sic quidem numeri satis inter se conveniunt et potius 27, 2 numerum corruptum esse supra ostendimus. — **ἐναντία πολεμεῖν** ut III 55, 3 βοηθεῖν ἐναντία Θηβαίοις. Cf. adn. VII 34, 6. I 65, 2.

§ 2. **ἐστρατήγει.** De singulari cf. Matth. Gr. § 304. Krueg. Gr. § 63, 4.

§ 3. **ἐγένοντο ἐν Ἀκτίῳ.** Γενέσθαι cum praepos. ἐν, ἐπί, πρός et dat. atque κατά et accus. iunctum saepe est versari, pervenisse. Cf. 62, 5. II 12, 3. III 102, 2. IV 3, 1. De Actio promunturio et agro Anactorio, si placet, cf. Leak. Graec. septentr. IV p. 30 sqq. Bursi. Geogr. I p. 114.— **ἀπεροῦντα μὴ πλεῖν.** De μή vid. adn. 10, 1. — **ζεύξαντές τε τὰς παλαιάς.** Ζεῦξαι Doxopater Rhet. II p. 245 τεχνικὸν ὄνομα, Hermogenes

τὰς ἄλλας ἐπισκευάσαντες. ὡς δὲ ὁ κῆρύξ τε 4
ἀπήγγειλεν οὐδὲν εἰρηναῖον παρὰ τῶν Κορινθίων
καὶ αἱ νῆες αὐτοῖς ἐπεπλήρωντο οὖσαι ὀγδοήκοντα
(τεσσαράκοντα γὰρ Ἐπίδαμνον ἐπολιόρκουν), ἀντ-
αναγαγόμενοι καὶ παραταξάμενοι ἐναυμάχησαν· καὶ
ἐνίκησαν οἱ Κερκυραῖοι παρὰ πολὺ καὶ ναῦς πεν-
τεκαίδεκα διέφθειραν τῶν Κορινθίων. τῇ δὲ αὐτῇ 5
ἡμέρᾳ αὐτοῖς ξυνέβη καὶ τοὺς τὴν Ἐπίδαμνον
πολιορκοῦντας παραστήσασθαι ὁμολογίᾳ ὥστε τοὺς
μὲν ἐπήλυδας ἀποδόσθαι, Κορινθίους δὲ δήσαν-
τας ἔχειν ἕως ἂν ἄλλο τι δόξῃ.

Cap. 29. § 4. ἀνταναγόμενοι codd. longe plurimi et optimi. Cf. adn.

III p. 403 ναυπηγικόν vocat. Cf. Poll. I 125. Gregorius Cor. ad Hermog. VII 2 p. 1125 ed. Walz. (qui deterius explicat p. 1111) sic interpretatur: τὸ ζεύξαντες τὰς παλαιὰς ναῦς ἀντὶ τοῦ ζυγώματα κρατύναντες (Schol. Thuc. ζυγώματα αὐταῖς ἐνθέντες) κεῖται. ζυγώματα δὲ καλοῦνται τὰ ξύλα τὰ ἀπὸ τοῦ τοίχου τῆς νεὼς πρὸς τὸν ἕτερον διατείνοντα τοῖχον· — ἢ ζυγώματα τὰ ξύλα τὰ ἐμβαλλόμενα ταῖς σανίσιν, ὥστε συζεῦξαι τὰς σανίδας τὰς διῃρημένας ἔστιν ὅτε. His auctoritatibus parendum, non Vanderburgio ad Hor. Carm. I 14, 6, quem comparat Goell. confundens ζεῦξαι et ὑποζῶσαι. Duas explicationes miscet Nieb. Hist. ant. II p. 50. — καὶ τὰς ἄλλας ἐπισκευάσαντες. Gregor. l. d. εἰπὼν δὲ τὰς ἄλλας ἐπισκευάσαντες τὰς μὴ οὔσας μὲν παλαιάς, φιλοκαλήσεως δέ τινος δεομένας ἐδήλωσε. ἐπισκευάσαι γάρ ἐστι τὸ φιλοκαλῆσαι καὶ καλλωπίσαι, οἷον μιλτῶσαι, πισσῶσαι· διαφέρει δὲ τὸ κατασκευάσαι τοῦ ἐπισκευάσαι, ὅτι τὸ μὲν κατασκευάσαι ἐστὶ τὸ μὴ ὂν ποιῆσαι καὶ ὥσπερ οἰκοδομῆσαι, ἐπισκευάσαι δὲ [plerumque Lat. reficere, sed cf. etiam VII 36, 2] τὸ φιλοκαλῆσαι [ornare] τὰ ὄντα.

§ 4. τεσσαράκοντα ... ἐπολιόρκουν] προεῖπε γὰρ [25, 4] ὅτι ἑκατὸν εἴκοσιν εἶχον. Schol. Krueg. αἱ τεσσ. aut ταῖς τεσσ. satis probabiliter legendum conicit. Alibi certe articulus talibus numeralibus partem noti alicuius numeri alteram significantibus additur. Accedit quod ipsae quadraginta naves iam antea (26, 4) nominatae sunt. — ἀνταναγαγόμενοι, adversus eos in altum evecti. Praesentis part. Krueg. ideo putat defendi posse quia haec actio ultra παράταξιν usque ad ipsam pugnam pertinuerit. Sed navium aciem constitutam esse antequam in altum evecti essent prorsus non est consentaneum. Cf. adn. 52, 1. Annal. phil. 1863 p. 402. — παρὰ πολύ] ἀντὶ τοῦ σφόδρα, διαφερόντως, μᾶλλον ἢ πολύ. Schol. Cf. II 89, 4. Alibi, ut 49, 6, solum πολύ.

§ 5. παραστήσασθαι, in suam potestatem redigere, ut 98, 4. III 35, 1. Simul audi αὐτήν, ne τούς post Ἐπίδ. transponendum existimes, quae suspicio est Kruegeri. — δήσαντας

www.fbtool.com.cn

1 30. Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν οἱ Κερκυραῖοι τροπαῖον στήσαντες ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ τῆς Κερκύρας ἀκρωτηρίῳ τοὺς μὲν ἄλλους οὓς ἔλαβον αἰχμαλώτους ἀπέκτειναν, Κορινθίους δὲ δήσαντες εἶχον.
2 ὕστερον δέ, ἐπειδὴ οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἡσσημένοι ταῖς ναυσὶν ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου, τῆς θαλάσσης ἁπάσης ἐκράτουν τῆς κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία οἱ Κερκυραῖοι, καὶ πλεύσαντες ἐς Λευκάδα τὴν Κορινθίων ἀποικίαν τῆς γῆς ἔτεμον καὶ Κυλλήνην τὸ Ἠλείων ἐπίνειον ἐνέπρησαν, ὅτι ναῦς
3 καὶ χρήματα παρέσχον Κορινθίοις. τοῦ τε χρόνου τὸν πλεῖστον μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἐκράτουν τῆς θαλάσσης καὶ τοὺς τῶν Κορινθίων ξυμμάχους ἐπιπλέοντες ἔφθειρον, μέχρι οὗ Κορίνθιοι περιιόντι

Cap. **30.** § 3. *περιιόντι* unus Aug., vulg. *περιόντι*. Cf. adn.

*ἔχειν*. Cf. Matth. Gr. § 559 b. Krueg. Gr. § 56, 3 adn. 6, infra 30, 1. 88, 6. VI 39, 2. 76, 2.

Cap. **30.** § 1. *τροπαῖον στήσαντες*. De activo *στήσαντες* vid. Krueg. Gr. § 52, 10 adn. 6. — *Λευκίμμῃ*. Cf. 47, 1. Plerumque id promunturium putatur esse quod hodie apud Italos Capo Bianco dicatur, apud Graecos vetus nomen retineat aut Levkimo seu Alefkimo vocetur. Cf. Dodw. It. Gr. I p. 39. Sed Alefkimo a Bianco discernens octo mil. ad septentrionem inde spectare docet Leak. Graec. sept. I p. 94. Cf. Muell. de Corcyr. rep. p. 8. Bursian. Geogr. II p. 357. De articulo ante *Λευκ.* addito cf. Krueg. Gr. § 50, 7 adn. 2. — *ἀπέκτειναν*. Violata pactione 29, 5.

§ 2. *τὴν Κορινθίων ἀποικίαν*. Cf. adn. IV 84, 1. Krueger olim propter articulum *ἀποικίαν* in suspicionem vocavit. — *τῆς γῆς ἔτεμον*. Cf. Matth. Gr. § 323 b. Krueg. Gr. § 47, 15 adn. 2. II 56, 6. VI 75, 2. 105, 1. — *Κυλλήνην*. De huius situ cf. Strab. p. 337 sqq. Paus. VI 26, 3. Ptol. III 14. Vulgo hodie Glarenzam ad Chelonatam sitam volunt esse; sed hanc opinionem impugnant Curt. Pelop. II p. 33 sq. et 102 sq. Burs. l. l. p. 308. — *ἐπίνειον*] *ἐπίνειόν ἐστι πόλισμα παραθαλάσσιον ἔνθα τὰ νεώρια τῶν πόλεων εἰσίν, ὥσπερ ὁ Πειραιεὺς τῶν Ἀθηναίων καὶ ἡ Νίσαια τῆς Μεγαρίδος*. Schol. Cf. II 84, 5. Nec de Piraeeo nec de Nisaea Thuc. hoc nomine utitur, sed Nisaea appellatur *νεώριον* II 93, 2, Piraeeus *λιμήν*.

§ 3. *τοῦ χρόνου τὸν πλεῖστον*. Cf. adn. 2, 3. Deinde Krueg. *τόν* excidisse suspicatur; sed *μετὰ τὴν ναυμ.* cum *ἐκράτουν* possunt coniungi. — *περιιόντι τῷ θέρει*. Vulgata *περιόντι τ. θ.* cum aestatis reliqua parte, ut interpretatur Ullr. Symb. III p. 5 comparans VII 9 *τῷ θέρει τελευτῶντι*, propter articuli collocationem significare non possit, debet aestate, cum illa (tota) reliqua esset, reddi. Sed hoc cum superioribus *τοῦ χρόνου τὸν πλεῖστον* conciliari

www.libtool.com.cn

τῷ θέρει πέμψαντες ναῦς καὶ στρατιάν, ἐπεὶ σφῶν
οἱ ξύμμαχοι ἐπόνουν, ἐστρατοπεδεύοντο ἐπὶ Ἀκτίῳ
καὶ περὶ τὸ Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος φυλακῆς
ἕνεκα τῆς τε Λευκάδος καὶ τῶν ἄλλων πόλεων
ὅσαι σφίσι φίλιαι ἦσαν. ἀντεστρατοπεδεύοντο δὲ 4
καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ ναυσί τε καὶ
πεζῷ. ἐπέπλεόν τε οὐδέτεροι ἀλλήλοις, ἀλλὰ τὸ
θέρος τοῦτο ἀντικαθεζόμενοι χειμῶνος ἤδη ἀν-
εχώρησαν ἐπ' οἴκου ἑκάτεροι.

31. Τὸν δ' ἐνιαυτὸν πάντα τὸν μετὰ τὴν ναυ- 1
μαχίαν καὶ τὸν ὕστερον οἱ Κορίνθιοι ὀργῇ φέρον-
τες τὸν πρὸς Κερκυραίους πόλεμον ἐναυπηγοῦντο
καὶ παρεσκευάζοντο τὰ κράτιστα νεῶν στόλον, ἔκ
τε αὐτῆς Πελοποννήσου ἀγείροντες καὶ τῆς ἄλλης
Ἑλλάδος ἐρέτας μισθῷ πείθοντες. πυνθανόμενοι 2
δὲ οἱ Κερκυραῖοι τὴν παρασκευὴν αὐτῶν ἐφο-

nequit. Quare *περιιόντι* a Kruegero commendatum et in Stud. hist. II p. 208 defensum recepit Arn. Utrum autem r e d e u n t e an a d f i n e m v e r g e n t e explicet ambigens alterum propter finem capitis anteponit, ex quo apparet omnia eadem aestate gesta esse. Cf. Herod. II 121. IV 155. Xen. Hist. Gr. III 2, 25. Aristid. I p. 349 et f l e x u a u t u m n i Tac. Hist. V 23. Ipsam pugnam navalem vere a. 434 videri factam esse scribit Krueger ad Clint. Fast. Hell. a. 435. Plerique eam in a. 435 referunt. Cf. adn. 31, 1. — *σφῶν* ... *σφίσι*. Cf. adn. 20, 1. De Chimerio vid. 46, 4. Leak. Graec. Sept. III p. 5 sqq. Forbig. Geogr. ant. III p. 879. Burs. I. I. I p. 28; de articulo Krueg. Gr. § 47, 5 adn. 6.

§ 4. *χειμῶνος ἤδη* coniungenda sunt. Cf. III 106, 3. V 17, 1. 59, 1. Schoem. ad Plut. Cleom. 20, 3.

Cap. 31. § 1. *Τὸν δ' ἐνιαυτὸν* ... *ὕστερον*. Aut a. 434 et 433 aut ab aestate (vere) a. 434 ad aestatem a. 432. Posteriorem sententiam probant Krueg. Stud. hist. I p. 49. Voemel Quo die Thuc. bell. Pel. inceperit p. 3. — *ὀργῇ φέροντες τὸν* ... *πόλεμον*, aut b e l l u m i r a c u n d e (s. a e g r e) f e r e n t e s aut a n i m o s e s. a c e r r i m e (m a g n o a n i m i a r d o r e e t i m p e t u) a d m i n i s t r a n t e s. Haec explanatio commendatur verbis V 80, 2 *τὰ ἄλλα θυμῷ ἔφερον*, et *ὀργή* non raro notionem *πάθους* vel *ὁρμῆς* habet. Cf. 140, 1. V 70, 1. Alteri interpretationi favet dicendi genus *οἴκτῳ φέρειν τι*, de quo vid. Pflugk. ad Eur. Andr. 144, et sic *ὀργῇ φέρειν* legitur Ios. A. I. XVII 10, 2. 13, 2, *τὸν πόλεμον προθύμως φέρειν* scripsit Thuc. IV 121, 1. Sed prior etiam propter sententiam praeferenda est. Classem enim ad bellum gerendum comparant, non ad ferendum. — *τὰ κράτιστα*. Cf. adn. c. 19. — *μισθῷ πείθοντες*. Cf. adn. 60, 1.

www.libtool.com.cn

βοῦντο, καὶ (ἦσαν γὰρ οὐδενὸς Ἑλλήνων ἔνσπον-
δοι οὐδὲ ἐσεγράψαντο ἑαυτοὺς οὔτε ἐς τὰς Ἀθη-
ναίων σπονδὰς οὔτε ἐς τὰς Λακεδαιμονίων) ἔδοξεν
αὐτοῖς ἐλθοῦσιν ὡς τοὺς Ἀθηναίους ξυμμάχους
3 γενέσθαι καὶ ὠφελίαν τινὰ πειρᾶσθαι ἀπ' αὐτῶν
εὑρίσκεσθαι. οἱ δὲ Κορίνθιοι πυθόμενοι ταῦτα
ἦλθον καὶ αὐτοὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρεσβευσόμενοι,
ὅπως μὴ σφίσι πρὸς τῷ Κερκυραίων ναυτικῷ τὸ
Ἀττικὸν προσγενόμενον ἐμπόδιον γένηται θέσθαι
4 τὸν πόλεμον ᾗ βούλονται. καταστάσης δὲ ἐκκλη-
σίας ἐς ἀντιλογίαν ἦλθον, καὶ οἱ μὲν Κερκυραῖοι
ἔλεξαν τοιάδε.

1 32. „Δίκαιον, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς μήτε εὐεργε-

§ 2. *ἦσαν γὰρ κ. τ. λ.* Hyperbaton hoc enuntiatum appellat Alexand. *περὶ σχημ.* VIII p. 482. Cf. Matth. Gr. § 615 p. 1465 infra 104, 2. 135, 3. 137, 2. Dubitatur autem utrum interpositionis signa melius omittantur, quod propter talia exempla quale est 72, 1 suadet Krueg., an melius adiciantur, quod, cum *καί* cohaereat cum *ἔδοξε*, iure commendat Class. diversam esse verborum structuram 72, 1 (cf. adn.) monens. Deinde *ἐσεγράψαντο ἑαυτούς* interpretare se inscribendos curaverant. Cf. adn. 33, 3. — *οὔτε ἐς τὰς Ἀθηναίων σπονδὰς οὔτε ἐς τὰς Λακεδαιμονίων.* De societate Atheniensium maritima et de foedere Lacedaemoniorum sive civitatum Peloponnesiacarum haec dicuntur qualia post pacem triginta annorum (115, 1) erant, qua concessum esse ut Corcyraei alterutri societati se adiungerent 35, 2 audiemus.— *ξυμμάχους.* Cf. Matth. Gr. § 536 adn., infra 53, 1. — *εὑρίσκεσθαι*, impetrare, ut 58, 1. V 32, 6.

§ 3. *πρεσβευσόμενοι*, acturi, *um zu unterhandeln.* Paulo diversum est V 39, 2 *ἦλθον πρεσβευόμενοι*, *sie kamen als Unterhändler.* Certe non opus est hic quoque *πρεσβευόμενοι* scribere. Cf. adn. VI 104, 2. — *θέσθαι.* Cf. adn. 25, 1.

§ 4. *οἱ μὲν Κερκυραῖοι.* Haud dubie princeps legationis nomine ceterorum. — *τοιάδε.* Cf. de Thuc. hist. com. p. 28. Vischer l. l. p. 428.

Cap. 32. Contio Corcyraeorum post exordium c. 32 in duos locos, *τὸ ὠφέλιμον* c. 33 et *τὸ δίκαιον* c. 34. 35, discernitur, quorum posterior utilitatis repetitione ita concluditur ut transitus fiat ad perorationem c. 36, qua Athenienses perspicere iubentur commodi sui ratione Corcyraeis obsequendum esse. Recte igitur schol. *ἡ τοῦ Κερκυραίου*, inquit, *δημηγορία μᾶλλον τὸ συμφέρον προβάλλεται ἢ τὸ δίκαιον.*

§ 1. *μήτε εὐεργεσίας ... προυφειλομένης*, i. e. non praestito antea beneficio adiumentove (cf. 42, 4. III 82, 1. VI 73, 2) propter quod iis gratia debeatur. Deinde *οἱ πέλας* sunt alii, ut saepe et pluralis (69, 3. 84, 3) et singularis (§ 4. II 87, 2. VI 12, 1), ab Elmsl. ad Eur. Med. 85 impugnatus, huius vocis legitur. Tum

www.libtool.com.cn

σίας μεγάλης μήτε ξυμμαχίας προυφειλομένης ἥκον-
τας παρὰ τοὺς πέλας ἐπικουρίας, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς
νῦν, δεησομένους ἀναδιδάξαι πρῶτον, μάλιστα μὲν
ὡς καὶ ξύμφορα δέονται, εἰ δὲ μή, ὅτι γε οὐκ
ἐπιζήμια, ἔπειτα δὲ ὡς καὶ τὴν χάριν βέβαιον ἕξου-
σιν· εἰ δὲ τούτων μηδὲν σαφὲς καταστήσουσι, μὴ
ὀργίζεσθαι ἢν ἀτυχῶσιν. Κερκυραῖοι δὲ μετὰ τῆς 2
ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως καὶ ταῦτα πιστεύοντες
ἐχυρὰ ὑμῖν παρέξεσθαι ἀπέστειλαν ἡμᾶς. τετύχηκε 3
δὲ τὸ αὐτὸ ἐπιτήδευμα πρός τε ὑμᾶς ἐς τὴν χρείαν
ἡμῖν ἄλογον καὶ ἐς τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐν τῷ παρ-
όντι ἀξύμφορον. ξύμμαχοί τε γὰρ οὐδενός πω 4

ad *ἡμεῖς* audi *δεόμεθα*. Cf. adn. IV 76, 2. V 44, 1. — *ἀναδιδάξαι*, meliora docere. Cf. III 97, 1. VIII 86, 1. — *ξύμφορα δέονται*. Cf. Matth. Gr. § 355 adn. 2. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 4 et 47, 16 adn. 17, item infra § 4. Ceterum respondent inter se *πρῶτον* particula *μέν*, ut V 61, 3. VII 23, 1. VIII 48, 1, propter collocationem carens et *ἔπειτα δέ*; *πρῶτον* autem rursus divisum est in *μάλιστα μέν* et *εἰ δὲ μή*, de quibus cf. 40, 4. Krueg. Gr. § 65, 5 adn. 12. Utraque autem divisio non ad tempus vel locum quo quidque exponatur, sed ad diversam causarum gravitatem refertur. Nam de utilitate et gratia c. 33 simul dicitur.

§ 2. *μετὰ τῆς ... αἰτήσεως*. De binis genetivis ita collocatis ut is qui ex altero pendeat praecedat cf. 65, 3. 84, 3. III 23, 5. V 42, 4. — *καὶ ταῦτα ... παρέξεσθαι*, se haec quoque firma vobis praestaturos sive se harum quoque rerum firmam vobis fidem facturos esse confidentes. Medium *παρέχεσθαι* similiter legitur II 62, 5, contra *ἐχυρὸν παρέχειν τί τινι* III 12, 1. Hic aptissimum est medium, cum ex sua condicione et potestate firma illa praestent. Cf. Krueg. Gr. § 52, 8 adn. 2, et adn. II 9. Tum de aor. *ἀπέστειλαν* cf. adn. 73, 1.

§ 3. *τὸ αὐτὸ ἐπιτήδευμα*, idem studium, quod quale fuerit deinde verbis *ξύμμαχοι οὐδενός πω ἐν τῷ πρὸ τοῦ ἑκούσιοι γενόμενοι* explicatur. — *τετύχηκε ἄλογον*, scil. *ὄν*. Huius usus tam multa inveniuntur exempla ut prudens nemo de eo dubitet. Cf. 106, 1. 120, 5. II 87, 5. Soph. Ai. 9. El. 46. 313. Arist. Av. 761. Xen. Hist. Gr. IV 3, 3. Plat. Prot. 318e. Phaedr. 263d. Gorg. 502b. de Rep. 369b. Tim. 61d. Soph. 234c. Matth. Gr. § 553, 3δ adn. 1. Krueg. Gr. § 56, 4 adn. 3. — *ἄλογον*, rationi non consentaneum. — *πρὸς ὑμᾶς* interpr. quod ad vos attinet, respectu vestro. — *ἐς τὰ ἡμέτερα αὐτῶν*, quod ad nostram ipsorum condicionem attinet, opponitur verbis *πρὸς ὑμᾶς*.

§ 4. *ξύμμαχοί τε κ. τ. λ.* Duae sunt huius comprehensionis partes, quarum prior ex duobus membris ita constat ut priore (*ξύμμαχοί τε ... ἤκομεν*) τὸ *ἄλογον*, posteriore (*καὶ ἅμα ... καθέσταμεν*) τὸ *ἀξύμφορον* ex-

www.libtool.com.cn

ἐν τῷ πρὸ τοῦ ἑκούσιοι γενόμενοι νῦν ἄλλων τοῦτο δεησόμενοι ἥκομεν καὶ ἅμα ἐς τὸν παρόντα πόλεμον Κορινθίων ἐρῆμοι δι' αὐτὸ καθέσταμεν, καὶ περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη, τὸ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν, νῦν ἀβουλία καὶ ἀσθένεια φαινομένη. τὴν μὲν οὖν γενομένην ναυμαχίαν αὐτοὶ κατὰ μόνας ἀπεωσάμεθα Κορινθίους· ἐπειδὴ δὲ μείζονι παρασκευῇ ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐφ' ἡμᾶς ὥρμηνται καὶ ἡμεῖς ἀδύνατοι ὁρῶμεν ὄντες τῇ οἰκείᾳ μόνον δυνάμει περιγενέσθαι καὶ ἅμα μέγας ὁ κίνδυνος εἰ ἐσόμεθα ὑπ' αὐτοῖς, ἀνάγκη καὶ ὑμῶν καὶ ἄλλου παντὸς ἐπικουρίας δεῖσθαι καὶ ξυγγνώμη

plicetur similiterque in altera parte ἡ ἀβουλία ad τὸ ἄλογον, ἡ ἀσθένεια ad τὸ ἀξύμφορον refertur. — *ἐν τῷ πρὸ τοῦ.* Sic iterum IV 72, 2. Similiter *ἐν τῷ πρίν, ἐν τῷ τότε, ἐν τῷ παραυτίκα.* Cf. adn. 2, 5. — *πόλεμον Κορινθίων.* Cf. adn. 24, 6. — *περιέστηκεν . . . σωφροσύνη . . . φαινομένη*, mutata est nostra quae prius esse videbatur prudens moderatio ita ut nunc imprudentiam et imbecillitatem eam esse appareat (cf. adn. 2, 1). Usitatius diceretur ἐς τὸ φαίνεσθαι; nam περιστῆναι εἴς τι, transire s. mutari in aliquid, cum apud alios legitur tum apud Thuc. ipsum 120, 5 et alibi. Imitati tamen sunt huius ipsius loci dictionem Dionys. Hal. Antiqu. VI 43. Procop. Bell. Goth. II p. 256. Ceterum proprie non ipsa σωφροσύνη, sed τὸ δοκεῖν τοὺς Κερκυραίους σωφρονεῖν mutatum est. De collocatione pronominis cf. adn. 144, 1. — *τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ* valent aliorum arbitratu.

§ 5. *τὴν . . . ναυμαχίαν . . . ἀπεωσάμεθα Κορινθίους.* Dicta sunt haec ad similitudinem verborum νικᾶν τοὺς πολεμίους μάχην (Matth. Gr. § 409, 3) et similium. Cf. Kuehn. Gr. max. § 411, 3b. De κατὰ μόνας vid. interpr. Xen. Mem. III 7, 4 et infra 37, 4. — *μέγας ὁ κίνδυνος εἰ ἐσόμεθα ὑπ' αὐτοῖς*, magnum est periculum ne sub eorum potestate futuri simus. Proprie εἰ hic valet *ob nicht*, ut II 53, 3, ubi vide adn. Cf. praeterea adn. IV 117, 2. — *ὑμῶν . . . ἐπικουρίας δεῖσθαι.* De duplici genetivo personae et rei cum verbo δεῖσθαι iuncto cf. Herod. V 40. Xen. Cyr. VIII 3, 19. Kuehn. Gr. max. § 417, 2. — *ξυγγνώμη εἰ . . . τολμῶμεν.* Εἰ μή non, ut plerumque, nisi, sed si non significant et separanda sunt. Ne οὐ requiri existimes, cf. Demosth. XX 2. XXI 109. Verba μὴ μετὰ κακίας . . . ἁμαρτίᾳ cohaerent cum τολμῶμεν et omnia breviter dicta sunt pro his; ξυγγνώμη (cf. Krueg. Gr. § 61, 7 adn. 5) εἰ (ὅτι) τῇ πρότερον ἀπραγμοσύνῃ ἐναντία τολμῶμεν, εἴπερ τοῦτο ποιοῦμεν μὴ μετὰ κακίας s. κακοὶ ὄντες, δόξης δὲ μᾶλλον

εἰ μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτίᾳ τῇ πρότερον ἀπραγμοσύνῃ ἐναντία τολμῶμεν.

33. Γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ 1
ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας, πρῶτον μὲν ὅτι ἀδικουμένοις καὶ οὐχ ἑτέρους βλάπτουσι τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε, ἔπειτα περὶ τῶν μεγίστων κινδυνεύοντας δεξάμενοι ὡς ἂν μάλιστα μετὰ αἰειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν καταθήσεσθε, ναυτικόν τε κεκτήμεθα πλὴν τοῦ παρ' ὑμῖν πλεῖ-
στον. καὶ σκέψασθε τίς εὐπραξία σπανιωτέρα ἢ 2

Cap. 33. § 1. κατάθησθε aut καταθῆσθε codd. Cf. adn.

ἁμαρτίᾳ s. ἀλλ' ὅτι δόξης ἡμαρτήκαμεν, quod spe (quam conceperamus, nos societate non inita quietos victuros) frustrati sumus. Itaque ἁμαρτίᾳ valet propter errorem (cf. 11, 1). Κακία autem est malitia et τὸ ἐναντία τολμᾶν est τὸ τολμᾶν ἄλλων ξυμμαχίας δεῖσθαι. Consulto autem Th. ἐναντία τολμῶμεν dixit, non ἐναντία ποιοῦμεν, quod audacia quaedam in eo cernitur quod aliorum societatem adhuc aspernati tamen aliorum auxilium impetrare conantur. Respondent inter se μετὰ κακίας et ἁμαρτίᾳ, ut saepe similia. Cf. II 44, 3. III 82, 8.

Cap. 33. § 1. ἡ ξυντυχία ... τῆς ἡμετέρας χρείας. Haec iunge sic interpretans: quod accidit ut auxilio vestro indigeamus. Cf. III 112, 7. VIII 98, 2. Plut. Tib. Gracch. 6. De genetivi collocatione cf. de Thucyd. hist. comm. p. 95. — ἔπειτα κ. τ. λ. Cum coniunctio ὅτι post ἔπειτα non repetita sit, oratio hic in enuntiationem primariam transit. Similis transitus exempla habes V 14, 1. VI 18, 4, ubi cf. adn. — μετὰ αἰειμνήστου μαρτυρίου, cum aeterno testimonio, i. e. ita ut beneficium quod nobis sic praestitistis aeternum sit testimonium nos vobis gratiam debere. — τὴν χάριν καταθήσεσθε, gratiam vobis comparabitis. Cf. adn. IV 87, 6. Traditam scripturam κατάθησθε si retineremus, ἔπειτα verbo suo destitutum esset. Nec licet ὅτι τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε hic cogitatione repetere. Nam hoc si Th. voluisset, antea scribere debebat ὅτι τὴν ἐπικουρίαν πρῶτον μὲν ἀδικουμένοις . . . ποιήσεσθε. Optativum autem καταθεῖσθε vel καταθοῖσθε cum vi futuri (cf. adn. III 38, 2) Bekk. auctore hic rescribere et ὡς μάλιστα (quam maxime) iungere nos vetat cum ἂν particulae collocatio tum quod altera haec causa non minore cum confidentia proferenda est quam prior ὅτι ... ποιήσεσθε. Ex ea quam recepimus emendatione ad ὡς ἂν μάλιστα subaudiendum est καταθοῖσθε. Cf. adn. VI 57, 3. Dem. I 21 οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστ' αὐτῷ τὰ παρόντα ἔχει, XVIII 291. XIX 156. 226. XXI 14. XXIII 154. XXIV 79. Xen. Anab. V 7, 22. Χάριν κατατίθεσθαι ut εὐεργεσίαν 128, 4, ubi vid. — ναυτικόν τε. Τέ refertur ad πρῶτον μὲν — ἔπειτα, ut 121, 3.

§ 2. τίς εὐπραξία σπανιωτέρα ..., εἰ ... πάρεστιν αὐτεπάγγελτος. In explicanda hac sententia negotium interpretes sibi facessere

www.libtool.com.cn



τίς τοῖς πολεμίοις λυπηροτέρα, εἰ ἣν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προσγενέσθαι, αὕτη πάρεστιν αὐτεπάγγελτος, ἄνευ κινδύνων καὶ δαπάνης διδοῦσα ἑαυτὴν καὶ προσέτι φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλοὺς ἀρετήν, οἷς δ' ἐπαμυνεῖτε χάριν, ὑμῖν δ' αὐτοῖς ἰσχύν· ἃ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ὀλίγοις δὴ ἅμα πάντα ξυνέβη, καὶ ὀλίγοι ξυμμαχίας δεόμενοι οἷς ἐπικαλοῦνται ἀσφάλειαν καὶ κόσμον οὐχ ἧσσον
3 διδόντες ἢ ληψόμενοι παραγίγνονται. τὸν δὲ πόλεμον, δι' ὅνπερ χρήσιμοι ἂν εἶμεν, εἴ τις ὑμῶν μὴ οἴεται ἔσεσθαι, γνώμης ἁμαρτάνει καὶ οὐκ αἰσθάνεται τοὺς Λακεδαιμονίους φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ πολεμησείοντας καὶ τοὺς Κορινθίους, δυναμένους

§ 3. *διόπερ* It. Vat. Pal. Aug. G. H., quod locis a Class. allatis 35, 5. 50, 5. 59, 2 minime excusatur.

non debebant. Nam „nihil aliud exprimitur nisi condicionale enuntiatum eius generis ut apodosis interrogationis speciem gerens protasi quae dicitur praecedat, pro usitatiore forma: *εἰ ἣν . . . ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προσγενέσθαι, αὕτη πάρεστιν αὐτεπάγγελτος κ. τ. λ.* (protasis), *τίς εὐπραξία σπανιωτέρα ἢ τίς τοῖς πολεμίοις λυπηροτέρα* (apodosis). Est id quidem factum cum propter protasis amplitudinem tum ob eam causam ut maior vis verbis *τίς εὐπραξία . . . λυπηροτέρα* tribueretur. Ex quo perspicitur recte ἢ ab hoc loco abesse eosque errare qui de omisso ἢ cogitaverint.“ Preibisch l. l. p. 42. — *φέρουσα ἐς τοὺς πολλοὺς ἀρετήν*, afferens apud vulgus virtutis existimationem. Cf. II 45, 2. III 58, 1 *κακίαν ἀντιλαβεῖν*, Soph. Ant. 924. Eur. Med. 218. 296. Iph. T. 676. Matth. Gr. § 430, 9 extr. Pro *τοὺς πολλοὺς* Camp. p. 29 *τοὺς πολεμίους* frustra coniecit. *Φέρειν ἐς* est proprie perferre ad, velut *ἀγγελίαν φέρειν ἔς τινας* dicimus et *ἐς* verbis loquendi ac demonstrandi adiungimus. Ceterum famam in posteros et similia etiam Tacitus dixit. Cf. Hand. Turs. III p. 215 et supra adn. 6, 2. — *χάριν*, gratum animum. — *παραγίγνονται*, accedunt s. adveniunt (legatione opem implorante). Verba *καὶ ὀλίγοι . . . παραγίγνονται* suspecta reddere conatur Krueg. Sed non perspexit haec verba, quanquam *καί* coniunctione superioribus iuxta ponantur, sententiae ratione iis subiecta esse perinde ac si scriptum esset *ἐπεὶ ὀλίγοι κ. τ. λ.* Similiter sententiae coniunguntur 80, 4. 91, 6. II 36, 3. IV 52, 3. 87, 4, ubi cf. adn.

§ 3. *φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ.* Cf. Matth. Gr. § 466, 2. Krueg. Gr. § 47, 7 adn. 8. Similiter paulo post *ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν*, ad invadendum in vos. Cf. 69, 5. 78, 6. 137, 4. — *πολεμησείοντας.* Cf. adn. 95, 7. — *καὶ τοὺς Κ. . . . προκαταλαμβάνοντας*

www.libtool.com.cn

*παρ' αὐτοῖς καὶ ὑμῖν ἐχθροὺς ὄντας, [καὶ] προκαταλαμβάνοντας ἡμᾶς νῦν ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν, ἵνα μὴ τῷ κοινῷ ἔχθει κατ' αὐτοὺς μετ' ἀλλήλων στῶμεν μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν,*

*κατ' αὐτῶν* libri deteriores. Cf. adn.

*ἡμᾶς νῦν ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν*, et Corinthios, qui apud illos multum valent vobisque infensi sunt, nos nunc praeoccupare (cf. Liv. XXXV 18, 8) velle (part. praes. de conatu ut II 62, 3. VI 89, 2, ubi cf. adn.) ad impetum in vos faciendum, i. e. nos prius coërcere nunc velle, ne vobis cum impetum in vos facturi sint auxilium feramus. Sententiarum conexus postulat ut ante *προκαταλαμβάνοντας καὶ* deleatur. Nam *δυναμένους παρ' αὐτοῖς καὶ ὑμῖν ἐχθροὺς ὄντας* eadem ratione ad *προκαταλαμβάνοντας* pertinet qua antea *φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ* ad *πολεμησείοντας*. De *δυναμένους* cf. adn. 18, 1. — *ὑμῖν ἐχθροὺς ὄντας*. Ob Megarenses. Vid. 42, 2. — *κατ' αὐτούς*, contra eos. Recte Boehm. animadvertit, ut *στῶμεν* ostendat, nos hic habere translationem ab exercitibus in acie sibi oppositis sumptam in eaque re sollemnem esse *κατά* praep. cum accusativo iunctae usum. Conferri iubet 46, 3. 48, 4. 62, 6. II 30, 2. Krueg. ad Xen. Anab. I 4, 3. 8, 21. Valck. et Schweigh. ad Herod. III 14. *Κατά* autem cum genet. contra valet apud verba dicendi, qua de re cf. Krueg. Gr. § 68, 24 adn. 2. Male Krueg. deteriorem scripturam secutus *κατ'* delet, ut *τῷ κοινῷ ἔχθει αὐτῶν* iungatur. — *μετ' ἀλλ. στῶμεν*. Cf. adn. III 39, 2. — *μηδὲ δυοῖν ... βεβαιώσασθαι*. *Ἢ — ἢ* ideo dictum esse videtur quia ne duobus excidant idem valeat atque ut alterutrum adipiscantur (cf. schol. *λείπει θάτερον*). Cui interpretationi Class. opponit Corinthios potius utrumque adipisci velle et dicendi usum repugnare; itaque *ἢ — ἢ* pro *μήτε — μήτε* positum esse. Sed quanquam prorsus negari nequit *ἢ — ἢ* eam vim habere posse (cf. enim V 105, 1 *οὐδὲν γὰρ . . . δικαιοῦμεν ἢ πράσσομεν*, quod idem est ac si legamus *οὐδὲν γὰρ δικαιοῦμεν οὐδὲ πράσσομεν*), tamen tantum abest ut dicendi usu Classeni ratio comprobetur ut eam repudiare cogamur. Cf. enim 122, 4 *καὶ οὐκ ἴσμεν ὅπως τάδε τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν ἀπήλλακται, ἀξυνεσίας ἢ μαλακίας ἢ ἀμελείας*, ubi rerum esse disiunctionem ipse Class. concedit, Andoc. I 20 *ἐν ᾧ δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτεῖν, ἢ [γὰρ] ἐμοῦ δόξαντος τὰ ὄντα μηνῦσαι κατ' ἐκείνου ὑπ' ἐμοῦ ἀποθανεῖν ἢ αὐτῷ σωθέντι ἐμὲ ἀποκτεῖναι*, Soph. El. 1319 sqq. *ὡς ἐγὼ μόνη οὐκ ἂν δυοῖν ἥμαρτον. ἢ γὰρ ἂν καλῶς ἔσωσ' ἐμαυτὴν ἢ καλῶς ἀπωλόμην*. Quod vero ad sententiam attinet, Corinthii bellum Corcyraeis inferentes aut opes eorum infringent, ut nihil aut non multum auxilii Atheniensibus praestare possint, aut sibi eos adiungentes ipsis praesidium sibi parabunt. Opponi quidem potest etiam fractis Corcyraeorum opibus Corinthios sibi praesidium paraturos neque minus Corcyraeis sibi adiunctis effecturos esse ne hi Atheniensibus opem ferant, sed Th. proximum et principalem rei effectum distinguendo respexit. Et licet arguta

www.libtool.com.cn

ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι.
4 ἡμέτερον δ' αὖ ἔργον προτερῆσαι, τῶν μὲν διδόντων, ὑμῶν δὲ δεξαμένων τὴν ξυμμαχίαν, καὶ προεπιβουλεύειν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν.

1 34. Ἢν δὲ λέγωσιν ὡς οὐ δίκαιον τοὺς σφετέρους ἀποίκους ὑμᾶς δέχεσθαι, μαθόντων ὡς πᾶσα ἀποικία εὖ μὲν πάσχουσα τιμᾷ τὴν μητρόπολιν, ἀδικουμένη δὲ ἀλλοτριοῦται· οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὁμοῖοι τοῖς λειπομένοις εἶναι ἐκ-
2 πέμπονται. ὡς δὲ ἠδίκουν σαφές ἐστιν· προκληθέντες γὰρ περὶ Ἐπιδάμνου ἐς κρίσιν πολέμῳ μᾶλλον ἢ τῷ ἴσῳ ἐβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετ-
3 ελθεῖν. καὶ ὑμῖν ἔστω τι τεκμήριον ἃ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ξυγγενεῖς δρῶσιν, ὥστε ἀπάτῃ τε μὴ παράγεσθαι ὑπ' αὐτῶν δεομένοις τε ἐκ τοῦ εὐθέος μὴ

sit haec distinctio, tamen Th. in orationibus, praesertim ubi contraria sibi opponuntur, arguta oratorum artificia non repudiasse satis constat. Itaque sententia totius enuntiationis haec est: neve duobus excidant, sed alterutrum potius prius (quam in vos impetum faciant) consequantur, ut aut nos malis afficiant aut se ipsos confirment. *Δυοῖν* igitur pendet ex *ἁμάρτωσιν*, et *φθάσαι*, quod audacter deletum vult Wex in Thucyd. p. 10, ambobus incisis praepositum est, quia ad utrumque, *ἢ κακῶσαι ἢ βεβαιώσασθαι*, pertinet, atque adiunctum habet infinitivum, ut III 82, 5. Cf. Matth. Gr. § 553 adn. 2 extr. et Ellendt. ad Arri. I 8, 10. Denique de *βεβαιώσασθαι σφᾶς αὐτοὺς* cf. Matth. Gr. § 492 b p. 1094. Krueg. Gr. § 52, 11 adn. 10.

§ 4. *ἡμέτερον* de Corcyraeis et Atheniensibus simul intellegendum. — *διδόντων*, offerentibus. Cf. adn. 35, 5. — *προεπιβουλεύειν*. Attende ὁμοιοτέλευτα et *παρονομασίαν* vel *παρίσωσιν*, quam vocat Hermog. *περὶ μεθ. δειν.* III p. 421. Cf. 122, 4. II 62, 3. III 39, 2.

Cap. 34. § 1. *ἐκπέμπονται.* Audi οἱ ἄποικοι. Cf. adn. c. 7.

§ 2. *προκληθέντες . . . ἐς κρίσιν.* Vid. 28, 2. — *τῷ ἴσῳ*, aequo iure. Cf. II 37, 1. III 53, 1. — *μετελθεῖν*, persequi. Cf. IV 62, 3.

§ 3. *ἀπάτῃ . . . παράγεσθαι*, fraudulentis verbis in errorem induci. Dicendi genus adverbiale (cf. adn. c. 51) *ἐκ τοῦ εὐθέος* quod sequitur ponitur quidem et de tempore, ut sit statim, et pro *ἄντικρυς*, nostro *gerade heraus*, *geradezu*; hic autem alteram vim subiectam et iungendum esse cum *δεομένοις*, ut haec valeant rogantibus ingenue, ex contrario *ἀπάτῃ* cognoscitur. Cf. III 43, 2. Propter oppositionem autem *ἀπάτῃ* et *δεομένοις* in initio membrorum posita eoque factum esse ut pro legitima iunctura *μήτε — μήτε* particularum copulativarum collocatio inverteretur recte animadvertit Class.

www.libtool.com.cn

ὑπουργεῖν· ὁ γὰρ ἐλαχίστας τὰς μεταμελείας ἐκ
τοῦ χαρίζεσθαι τοῖς ἐναντίοις λαμβάνων ἀσφα-
λέστατος ἂν διατελοίη. 35. λύσετε δὲ οὐδὲ τὰς 1
Λακεδαιμονίων σπονδὰς δεχόμενοι ἡμᾶς μηδετέρων
ὄντας ξυμμάχους. εἴρηται γὰρ ἐν αὐταῖς, τῶν 2
Ἑλληνίδων πόλεων ἥτις μηδαμοῦ ξυμμαχεῖ, ἐξεῖναι
παρ᾽ ὁποτέρους ἂν ἀρέσκηται ἐλθεῖν. καὶ δεινὸν 3

— μεταμελείας ... λαμβάνων. Et λαμβάνειν verbi cum μεταμελείας voce coniuncti (cf. τὸ ἐπίφθονον λαμβάνει II 64, 5) et pluralis μεταμέλειαι exempla vid. in Steph. Thes. ed. rec. — ἀσφαλέστατος ἂν διατελοίη. Simul audi ὤν. Cf. VI 89, 2 et adn. 32, 3.

Cap. 35. § 1. τὰς Λακεδαιμονίων σπονδάς. Foedus tricennale. Cf. 115, 1.

§ 2. εἴρηται γὰρ κ. τ. λ. Cf. Muell. Dor. I p. 194 adn. et adn. 115, 1. Tum verba παρ᾽ ... ἐλθεῖν dicta sunt pro plenioribus ἐξεῖναι ἐλθεῖν (παρ᾽ ἐκείνους) παρ᾽ ὁποτέρους ἂν ἐλθεῖν (τῶν Ἑλλ. πόλεων ἥτις μηδαμοῦ ξυμμαχεῖ) ἀρέσκηται, et insolentior est usus infinitivi apud ἀρέσκεσθαι, pro quo verbo βούλεσθαι ut 40, 2 scriptum malis aut illo servato παρ᾽ ἐκείνους ὁποτέροις, quoniam ἀρέσκεσθαί τινι (129, 3. H 68, 3) dicitur. Neque enim apud Thuc. ferri posse existimamus Herodoteum (VI 128. IX 79) ἀρέσκεται pro ἀρέσκει, placet, neo corrigamus ἀρέσκῃ aut ἀρέσκῃ αὐτῇ. Sed ἀρέσκομαι cum infinitivo semel coniunxit etiam Plotin. de Pulch. c. 8 μεῖναι οὐκ ἀρεσθείς.

§ 3. δεινὸν εἰ τοῖσδε μὲν ... ἡμᾶς δέ. Cf. Matth. Gr. § 622, 4, Popp. ad Xen. Cyr. II 2, 5, infra 121, 5 et VI 79, 2. Herw. ἔστι scripsit Cobeto, ut solet, praepropere obsecutus, quod quam falsum sit ostendit 121, 5. Paulo post attende ἀπό apud εἴργειν, quod cum hac praepositione V 59, 3 omissa coniungi posse adnotare neglexit Matth. Gr. § 353, 3. — καὶ οὐχ ἥκιστα (idque maxime) ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑπηκόων non tertio loco affertur, sed subiungitur verbis ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, quoniam Atheniensium ὑπήκοοι pars sunt reliquae Graeciae. Referuntur autem inter se ἀπὸ τῶν ἐνσπόνδων: ἀπὸ τῆς προκειμένης ξυμμαχίας, ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος: ἀπὸ τῆς ἀλλοθέν ποθεν ὠφελίας. — ἀπὸ τῆς προκειμένης τε ξυμμαχίας, ex societate quae nobis in promptu est sive patet ex foederis tricennalis condicione modo memorata. — εἶτε κ. τ. λ. Vox εἶτα, quam codd. praebent, h. l. accipienda esset pro κᾆτα, atque tum, quo de usu cf. Heindorf. ad Plat. Apol. 23 c. Sed propter sententiam ea ferri omnino nequit. Quomodo enim Corinthii Corcyraeos a societate prohibere possunt atque tum pro iniuria habere, si Athenienses eorum precibus obsecuti eos in societatem recipiunt? Aut enim Corinthii eos non prohibebant a societate aut Athenienses eos in societatem non recipiebant. Frustra huic argumentationi Classenus opponit, si Corinthii impediant quominus Corcyraei in societatem veniant, his nihil restare nisi ut missa societate Atheniensium auxilium implorent. Nam oblitus est ipsos socios Atheniensium Corcyraeos fieri velle eoque modo auxilium ab iis impetrare, quod expresse dictum est 31, 2 et supra § 1 verbo δεχόμενοι

www.libtool.com.cn

εἰ τοῖσδε μὲν ἀπό τε τῶν ἐνσπόνδων ἔσται πληροῦν τὰς ναῦς καὶ προσέτι καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος καὶ οὐχ ἥκιστα ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑπηκόων, ἡμᾶς δὲ ἀπὸ τῆς προκειμένης τε ξυμμαχίας εἴρξουσι καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλοθέν ποθεν ὠφελίας, εἴ τε ἐν ἀδικήματι θήσονται πεισθέντων ὑμῶν ἃ δε-
4 όμεθα· πολὺ δὲ ἐν πλείονι αἰτίᾳ ἡμεῖς μὴ πείσαντες ὑμᾶς ἕξομεν· ἡμᾶς μὲν γὰρ κινδυνεύοντας καὶ οὐκ ἐχθροὺς ὄντας ἀπώσεσθε, τῶνδε δὲ οὐχ ὅπως κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων καὶ ἐπιόντων γενήσεσθε, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς δύναμιν προσλαβεῖν περιόψεσθε· ἣν οὐ δίκαιον, ἀλλ' ἢ κἀκείνων κωλύειν τοὺς ἐκ τῆς ὑμετέρας μισθοφόρους

Cap. 35. § 3. εἶτα pro εἴ τε codd. Cf. adn. τὰς . . . μισθοφορὰς ex interpret. m. Ar. Chr. Vind. Cf. adn.

et insequenti foederis tricennalis condicione satis perspicue indicatur. Neque quicquam huc pertinet quod Class. εἶτα particulam vividae indignationis esse atque gradationem quandam significare dicit, quale nos nihil locis ab eo allatis (Plat. Ap. 23 c. Theaet. 151 c. Dem. I 12) invenimus. Itaque Kruegeri emendationem recepimus, quo efficitur ut duabus rebus Corcyraei repugnent, primum ne a Corinthiis ab omni societate et auxilio excludantur, deinde ne pro iniuria habeatur si Athenienses ipsos in societatem recipiant. Cum autem Corinthiorum illud studium quam iniquum sit illustretur contraria quam ipsi sequantur ratione in eodem verborum circuitu collata, non iniustum esse si Athenienses Corcyraeos recipiant separatim inde a proxima sententia (πολὺ δὲ . . . ἕξομεν) exponitur, eodem modo quo III 63, 3. VI 86, 5 refutatio a verbis πολὺ δὲ incipit. Ipse Krueg. εἴ τε ad sequentia pertinere vult πολὺ δὴ simul scribens, ut inde apodosis incipiat, quo nobis, licet per sententiam fieri possit, non videtur opus esse. Cf. Annal. phil. a. 1863 p. 467. — ἐν ἀδικήματι θήσονται, criminis loco ponent, scil. vobis, ut oppositum πολὺ δὲ ἐν πλείονι αἰτίᾳ ἡμεῖς . . . ὑμᾶς ἕξομεν ostendit. Similiter οὐ τίθημι ἐν ἀδικήματος μέρει Dem. XXIII 148.

§ 4. πολὺ δὲ ἐν πλείονι αἰτίᾳ. De collocatione horum vid. Popp. ad Xen. Cyr. I 6, 39 et de Lat. multo Kuehn. ad Cic. Tusc. V 36. Cf. VI 86, 5. II 89, 5. Krueg. Gr. § 49, 7 adn. 7. Breitenb. ad Xen. Hist. Gr. IV 5, 1. Dicendi genus ἐν αἰτίᾳ ἔχειν τινά frequens est. Cf. adn. 55, 1 et II 59, 2. — οὐχ ὅπως. Apud Atticos semper non solum non. Vid. Krueg. Gr. § 67, 14 adn. 3, infra III 42, 5. — προσλαβεῖν περιόψεσθε. Cf. Matth. Gr. § 553 adn. 2. Krueg. Gr. § 56, 6 adn. 3, infra 36, 3. II 20, 2. — ἀλλ', scil. δίκαιόν ἐστιν. — κἀκείνων κωλύειν τοὺς . . . μισθοφόρους. Propr. illorum mercennarios ex agris vestris conscriptos

ἢ καὶ ἡμῖν πέμπειν καθ' ὅ τι ἂν πεισθῆτε ὠφελίαν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς δεξαμένους βοηθεῖν. πολλὰ δέ, ὥσπερ ἐν ἀρχῇ ὑπείπομεν, τὰ ξυμφέροντα ἀποδείκνυμεν, καὶ μέγιστον ὅτι οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι ἡμῖν [ἦσαν] (ὅπερ σαφεστάτη πίστις), καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς, ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι· καὶ ναυτικῆς καὶ οὐκ ἠπειρώτιδος τῆς ξυμμαχίας διδομένης οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις· ἀλλὰ μάλιστα μέν, εἰ δύνασθε, μηδένα

prohibere, i. e. illorum quoque militum ex agro vestro conductiones impedire. **ἀπὸ τοῦ προφανοῦς.** Cf. 66, 1. II 93, 3. III 82, 7 et de similibus adn. I 77, 3. 141, 1. Matth. Gr. § 573 p. 1131. Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 5.

§ 5. **ὑπείπομεν.** Schol. *προείπομεν.* Cf. Weber ad Dem. Aristocr. 58. — **[ἦσαν]** Herw. recte propter falsum tempus delevit in Stud. Thuc. p. 9, in editione servavit aliquatenus dicens imperfectum tueri locos qualis sit Plat. Crit. 47 d, ubi cf. Stallb. Sed hic locus eo ipso a Platonico differt quod imperfectum a verbo *ἀποδείκνυμεν* pendet. Cf. adn. VI 29, 1. sd. VII 69, 2. — **ὅπερ.** Ne *ἥπερ* necessarium esse existimes, cf. Krueg. Gr. § 61, 7 adn. 4. — **πίστις,** ut saepe, est pignus fidei. — **καὶ οὗτοι,** iique. Cf. § 3 *καὶ οὐχ ἥκιστα* ibique interpretationem. — **μεταστάντας,** *die Abtrünnigen.* Cf. II 67, 1. V 29, 2. VIII 15, 1. Vulgo Corcyraeorum a Corinthiis defectionem designari putant. Sed hoc ineptum est, quod, si Corinthii satis potentes sunt ad Corcyraeorum a se defectionem puniendam, inde nihil commodi Atheniensibus redundat. Immo refertur ad Corcyraeos si ab Atheniensium societate, quam petunt, desciverint. Namque non verendum est ne Corcyraei ab Atheniensium societate defecturi sint, quia, si ita fecerint, Corinthii iis Atheniensium auxilio destitutis facile nocebunt. Itaque potestas Corinthiorum causa est quod Corcyraei, si in societatem ab Atheniensibus recepti erunt, fidem iis servabunt. — **καὶ ναυτικῆς κ. τ. λ.** Coniunctio *καί* ad superius *τέ* refertur. Per se autem constat haec enuntiatio, quae, si servatus esset sententiarum ordo ab initio institutus, et ipsa ab *ὅτι* penderet. Cf. adn. III 36, 2. — **διδομένης.** Cf. adn. 33, 4. 85, 2. — **οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις,** scil. *καὶ ἡ μὴ ἀλλοτρίωσις* sive *ἡ οἰκείωσις,* ut saepius in comparationibus contraria cogitando supplenda sunt (cf. adn. 68, 1). Inde oritur significatio haud indifferens. Cf. Her. VIII 80 *ἢν δὲ αὐτοῖσι μὴ πιστὰ γένηται, ὅμοιον ἡμῖν ἔσται* scil. *καὶ ἢν πιστὰ γένηται* et VIII 79 *ἴσον ἐστὶ πολλά τε καὶ ὀλίγα λέγειν,* ubi ipsum contrarium significatum est. Vulgo intellegunt *οὐχ ὁμοία,* i. e. *βλαβερωτέρα, ἢ εἰ ἠπειρῶτις δύναμις ἐδίδοτο.* Sed sic magis in promptu erat scribere *καὶ ναυτικῆς τῆς ξ. διδομένης οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις καὶ ἠπειρώτιδος.* — **ἀλλὰ . . . ἐὰν . . . ἔχειν.** Aut *διαφέρει,* praestat (ita Haack.), vel *ξυμφέρει* (quod suadet Arn.) ex *οὐχ ὁμοία* repetunt aut ex praegresso *ἀποδείκνυμεν* cum Class. *κελεύομεν* subaudiunt. Sed ex *οὐχ ὁμοία* ad *ἀλλά* nihil aliud

www.libtool.com.cn


*ἄλλον ἐᾶν κεκτῆσθαι ναῦς, εἰ δὲ μή, ὅστις ἐχυρώτατος, τοῦτον φίλον ἔχειν.*

1 36. *Καὶ ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα μὲν δοκεῖ λέγεσθαι, φοβεῖται δὲ μὴ δι' αὐτὰ πειθόμενος τὰς σπονδὰς λύσῃ, γνώτω τὸ μὲν δεδιὸς αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχον τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσον, τὸ δὲ θαρσοῦν μὴ δεξαμένου ἀσθενὲς ὂν πρὸς ἰσχύοντας τοὺς ἐχθροὺς ἀδεέστερον ἐσόμενον, καὶ ἅμα οὐ*

Cap. **36.** § 1. *αὐτοῦ* optimi libri mss., vulgo non deterius *αὑτοῦ*. Cf. adn. 17, 1.

repeti potest quam *ὁμοῖόν ἐστιν*, quod sensu caret, et *κελεύομεν* subaudiri ideo nequit quod, cum antecedens enuntiatio *καὶ ναυτικῆς . . . ἡ ἀλλοτρίωσις* per se constet, usque ad hanc *ἀποδείκνυμεν*, non ultra pertinet. Infinitivum igitur absolute pro imperativo positum esse existimamus, ut V 9, 5. Quod contra dicunt ita orationem nimis abruptam fieri, malumus Th. abrupta loqui quam quae intellegi nequeant, et ipsum hoc praecisum dicendi genus nobis maxime videtur idoneum esse ad vim admonitionis augendam. „*Εἰ δύνασθε* expungit Cobet. ad Hyper. p. 66, sed iure Ullr. Symb. III p. 30 talibus pleonasmis non offenditur". Krueg.

Cap. **36.** § 1. *τάδε ξυμφέροντα λέγεσθαι* = *ξυμφέροντα εἶναι τάδε ἃ λέγεται.* Cf. adn. IV 78, 2. — *τὸ μὲν δεδιός..., τὸ δὲ θαρσοῦν.* Ita Th. saepius neutris participiorum utitur ad significandam actionem non generaliter cogitatam (hoc enim esset *τὸ δεδιέναι, τὸ θαρσεῖν*), sed certo quodam tempore revera exsistentem. Cf. 90, 2. II 59, 3. 63, 1. 87, 3. VI 24, 2. VII 68, 1. Hunc usum apud antiquiores praeter Th. scriptores satis rarum (cf. Soph. OC. 1220. 1604. Trach. 196. Antiph. II A γ 3. V 73. Xen. Mem. II 6, 23. Plat. Phaed. 72 b) posteriores saepius imitati sunt, velut Dionys. Antiqu. VI 36. VII 24. X 51. Plut. Fab. Max. 26. Cass. Dion. XXXVII 1, 2. XXXIX 45, 7. XLII 1, 2. XLVII 29, 3. LXXIII 2, 4, quos locos Krueg. affert. Tota autem sententia haec est: metus quo nunc commovetur ne rumpatur foedus si vim habebit nobis in societatem receptis, adversarios magis timore afficiet eaque re magis in foedere retinebit quam si vim non habebit (cf. adn. 68, 1); fiducia autem quam si nos non receperit habebit foedus ita permansurum esse si infirma erit repudiata societate nostra, potentibus hostibus (proprie adversus potentes hostes, i. e. cum potentes sint hostes quibuscum vobis res est. Cf. adn. VI 68, 2) minus formidolosa erit eaque re minus in foedere eos retinebit quam si infirma non erit. Praepropere *μὴ δεξαμένου* auctore Cobete del. Herw. Nam plane necessarium est. Dum enim timet, fiduciam non habet, sed tum demum capiet ubi auxilium iis detrectaverit. Itaque cum *τὸ δεδιὸς αὐτοῦ* ad ipsum deliberandi tempus pertinere quo timet (*φοβεῖται*) ex se intellegatur, fiduciam capto demum non recipiendi consilio orituram esse exprimendum est. — *ἀδεέστερον.* Adiectivum *ἀδεής* reliquis apud Th. locis vim activam habet; de ra-

www.libtool.com.cn

περὶ τῆς Κερκύρας νῦν τὸ πλέον ἢ καὶ τῶν Ἀθηνῶν βουλευόμενος, καὶ οὐ τὰ κράτιστα αὐταῖς προνοῶν, ὅταν ἐς τὸν μέλλοντα καὶ ὅσον οὐ παρόντα πόλεμον τὸ αὐτίκα περισκοπῶν ἐνδοιάζῃ χωρίον προσλαβεῖν ὃ μετὰ μεγίστων καιρῶν οἰκειοῦταί τε καὶ πολεμοῦται. τῆς τε γὰρ Ἰταλίας καὶ 2
Σικελίας καλῶς παράπλου κεῖται, ὥστε μήτε ἐκεῖθεν ναυτικὸν ἐᾶσαι Πελοποννησίοις ἐπελθεῖν τό τε ἐνθένδε πρὸς τἀκεῖ παραπέμψαι, καὶ ἐς τἆλλα ξυμφορώτατόν ἐστι τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ'

riore vi passiva, quam hic contraria verba *μᾶλλον φοβῆσον* postulant, cf. Plat. Conviv. 198 a, quem locum Krueg. affert, et quae de utraque vi vocabuli *φοβερός* II 3, 4 adnotata sunt. — *καὶ τῶν Ἀθηνῶν*, simul cum Corcyra etiam de Athenis. Non opus fuisse iterari *περί* apparebit ex adn. VII 47, 4. — *ὅσον οὐ*, propemodum. Cf. Krueg. Gr. § 67, 14 adn. 5. — *τὸ αὐτίκα περισκοπῶν*, praesens tempus circumspectans, i. e. ne protinus sibi incommodi aliquid subnascatur anxie timens. — *ἐνδοιάζῃ*. Hoc verbum, quod rursus 122, 3. VI 91, 4 legitur, recentioribus (Dion. Hal. Plut. Luc.) demum usitatum est, quanquam *ἐνδοιαστῶς*, ut apud Th. VI 10, 5. VIII 87, 4, ita iam apud Herod. VII 174 invenitur. — *μετὰ μεγίστων καιρῶν*, cum maximis momentis, cum summo rerum discrimine. Cf. *ἐν τοῖς μεγίστοις καιροῖς* Xen. Hist. Gr. VI 5, 33. — *πολεμοῦται*, inimica redditur, ex *πολεμοῦν*. Cf. 57, 2. V 98, 1. Verbum Thucydideum appellatur a Krueg. Affertur tamen non solum a Moer. et Thoma, sed posuit etiam Dio Cass. XLVII 6, 3 et vi translata Philo.

§ 2. *τῆς . . . Σικελίας καλῶς παράπλου κεῖται.* Genetivus *παράπλου*, pro quo in similibus verbis 44, 3 *ἐν παράπλῳ*, pendet ex *καλῶς* (cf. Matth. Gr. § 338. Krueg. Gr. § 47, 10 adn. 5), genetivi *τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας* ex *παράπλου* (cf. Matth. Gr. § 367 et 380 adn. 3). Utrumque quidem genetivum ex *καλῶς* suspensum esse arbitratur Madv. Observ. synt. p. 23, sed hoc non docuit Synt. § 49 adn. 2. *Παράπλους τῆς Ἰταλίας* similiter atque *ἀπόβασις τῆς γῆς* 108, 5. Xen. Hist. Gr. VI 2, 9 *κεῖσθαι τὴν Κέρκυραν . . . ἐν καλλίστῳ . . . τοῦ εἰς Πελοπόννησον ἀπὸ τῆς Σικελίας παράπλου* praepositionem substituit. — *ἐπελθεῖν*, advenire, ut IV 25, 9. — *τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον* in libris post *κεφαλαίῳ* posita eo loco intellegi nequeunt. Nam neque pro appositione verborum *βραχυτάτῳ κεφαλαίῳ* esse possunt, quoniam brevissima comprehensio summam tantum rerum (*τὰ ξύμπαντα*), non singula (*τὰ καθ' ἕκαστον*) complectitur, neque pro adverbiali locutione accipi, quia sic neque *τοῖς ξύμπασι* neque similibus dativis Graeci utuntur (Th. *κατὰ τὸ ξύμπαν τε καὶ ἕκαστον* similiter atque 145, 1 scripsisset; de VIII 91, 1 cf. adn.) et manet eadem quae in priore ratione offensio; singillatim enim rem cum brevissima comprehensione Corcyraei neque possunt significare neque revera

www.libtool.com.cn

3 ἕκαστον. βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ τῷδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε· τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικά, τὸ παρ' ὑμῖν καὶ τὸ ἡμέτερον καὶ τὸ τῶν Κορινθίων· τούτων δ' εἰ περιόψεσθε τὰ δύο ἐς ταὐτὸν ἐλθεῖν καὶ Κορίνθιοι ἡμᾶς προκαταλήψονται, Κερκυραίοις τε καὶ Πελοποννησίοις ἅμα ναυμαχήσετε· δεξάμενοι δὲ ἡμᾶς ἕξετε πρὸς αὐτοὺς πλείοσι ναυσὶ ταῖς ἡμετέραις ἀγωνίζεσθαι."

§ 2. τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον in libris post κεφαλαίῳ collocantur. Cf. adn.
§ 3. τὸ ante τῶν in optimis codd. om., quod, cum tria separatim enumerentur, abesse non debet.

deinde significant. Recte igitur fecerunt Ribbeckius (Mus. Rhen. XXIII p. 212) et Herw. quod haec verba eo transposuerunt ubi et sententiae et dicendi consuetudini conveniunt. Significant autem et universis civitatibus et singulis hominibus (cf. II 41, 1 et Krueg. Gr. § 60, 3 adn. 4), qui quidem ii potissimum sunt qui mercaturam faciunt.

§ 3. βραχυτάτῳ ... μάθοιτε. Alterum ἂν del. Herw. Sed etiam brevissimo intervallo interdum repetitur, dum post particulas ei commodas vel vocabula maiore vi elata ponatur. Cf. Plat. Phaedr. 232 c εἰκότως ἂν τοὺς ἐρῶντας μᾶλλον ἂν φοβοῖο, Alc. II 142 d ἀλλὰ κἂν εὔξαιντ' ἂν γενέσθαι, Dem. XXIX 26 μηδεὶς νομιζέτω καθ' ἡμῶν ποτ' ἂν ὀμνύναι ταῦτ' ἂν ἐθέλειν, Kuehn. Gr. max. § 398, 3. Plurima eiusmodi apud Sophoclem exempla, quae vide in Dind. lex. Soph. s. v. — τρία μὲν . . . ναυτικά. Frustra in his verbis negotium sibi facessiverunt editores. Alii enim a μάθοιτε ea pendere volunt, quod sententiae plane repugnat. Neque enim post hoc verbum sequitur quid discant (hoc enim est μὴ προέσθαι ἡμᾶς), sed quibus causis brevissime comprehensis discant (explicatur enim βραχυτάτῳ κεφαλαίῳ τῷδε); et cur Athenienses discant quod probe sciunt, tres esse memorabiles Graecis classes? Alii ἀνακόλουθον statuunt quale sit Xen. Cyr. V 4, 51 τρία ὄντα τῶν Σύρων φρούρια ἓν μὲν αὐτῶν ἔλαβε et ibidem IV 5, 37 καινὰ γὰρ ἡμῖν ὄντα τὰ παρόντα πολλὰ αὐτῶν ἐστιν ἀσύντακτα, quae plane diversa esse statim apparet, cum ibi totum ad partem eodem casu secundum Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 2 apponatur. Alii etiam inutile coniectandi periculum faciunt. Nihil hic locus habet difficultatis. Nam ad τρία ναυτικά subaudiendum est ἐστι (cf. 32, 5. 120, 5. 138, 3), ὄντα autem ad solum ἄξια pertinet cum vi quadam efferendum (cf. IV 13, 4). Verte igitur: tres sunt quae quidem commemoratione dignae sint Graecis classes. — τὰ δύο. De articulo cf. adn. 10, 2. VIII 39, 3. — ἐς ταὐτόν. Cf. adn. III 91, 4. Hic vi translata. — πλείοσι ναυσὶ ταῖς ἡμετέραις, navibus nostrarum numero auctis. Dativus ταῖς ἡμετέραις differentiam indicat.

www.libtool.com.cn

Τοιαῦτα μὲν οἱ Κερκυραῖοι εἶπον· οἱ δὲ Κορίν- 4
θιοι μετ' αὐτοὺς τοιάδε.

37. „Ἀναγκαῖον Κερκυραίων τῶνδε οὐ μόνον 1
περὶ τοῦ δέξασθαι σφᾶς τὸν λόγον ποιησαμένων,
ἀλλ' ὡς καὶ ἡμεῖς τε ἀδικοῦμεν καὶ αὐτοὶ οὐκ
εἰκότως πολεμοῦνται, μνησθέντας πρῶτον καὶ ἡμᾶς
περὶ ἀμφοτέρων, οὕτω καὶ ἐπὶ τὸν ἄλλον λόγον
ἰέναι, ἵνα τὴν ἀφ' ἡμῶν τε ἀξίωσιν ἀσφαλέστερον
προειδῆτε καὶ τὴν τῶνδε χρείαν μὴ ἀλογίστως
ἀπώσησθε.

Φασὶ δὲ ξυμμαχίαν διὰ τὸ σῶφρον οὐδενός 2
πω δέξασθαι· τὸ δ' ἐπὶ κακουργίᾳ καὶ οὐκ ἀρετῇ
ἐπετήδευσαν, ξύμμαχόν τε οὐδένα βουλόμενοι πρὸς
τἀδικήματα οὐδὲ μάρτυρα ἔχειν [οὔτε παρακα-

Cap. 37. Oratio Corinthiorum post breve exordium (37, 1) tres partes complectitur. Quarum prima (37, 2—40) est refutatio argumentorum a Corcyraeis allatorum (ἔλεγχος Κερκυραίων); secunda (c. 40) Corinthios iure agere docet (δικαιώματα Κορινθίων); tertia eaque bipartita (41. 42) additur postulatio eorundem ut gratia sibi referatur (ἀξίωσις χάριτος ἀντιδόσεως) et admonitio ne Athenienses utilitatis specie se decipi patiantur.

§ 1. Κερκυραίων τῶνδε, *die K. hier*. Cf. Krueg. Gr. § 50, 11 adn. 22. — ἀλλ' ὡς καί, i. e. ἀλλὰ καὶ (περὶ τούτου) ὡς. Transpositio facta est ἡμεῖς τε καὶ αὐτοὶ premendi causa. Krueg. τε del. Cui eo minus assentimur quod etiam alibi similes καί voculae transpositiones inveniuntur, velut in Aesch. Ag. 848 ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων —, πειρασόμεσθα πῆμ' ἀποστρέψαι νόσου dictum est pro καὶ τούτῳ δὲ ὅτῳ δεῖ κ. τ. λ. — πολεμοῦνται. Ex hoc passivo, quod 68, 3 et alibi redit, noli colligere Thucydidem πολεμεῖν τινά, ut recentiores, dixisse. Cf. Schoem. ad Plut. Cleom. 5, 1 et supra adn. 2, 4. — Paulo post de οὕτως vid. Matth. Gr. § 565, 1. Krueg. Gr. § 56, 10 adn. 3. — τὴν ἀφ' ἡμῶν ἀξίωσιν, nostram postulationem aequam. De ἀπό cf. Matth. Gr. § 380 adn. 5. infra II 39, 1. 87, 1. IV 108, 7. VI 40, 2. 76, 1. VII 70, 3. Tum τὴν τῶνδε χρείαν interpretare horum necessitatem, h. e. preces ad quas hos necessitas cogit.

§ 2. Φασὶ δέ. Krueg. φασὶ δὴ scripsit. Sed similiter argumenti propositi explicatio a particula δέ incipit 32, 2. III 61, 2, quos locos Class. affert. — De vv. τὸ δέ cf. Matth. Gr. § 286. Krueg. Gr. § 50, 1 adn. 4 et 81, 2. 87, 1. — Ad dat. ἀρετῇ praepositionem mente repeti non est necesse. Cf. Matth. Gr. § 398 b. Krueg. Gr. § 48, 15 adn. 16. — ξύμμαχόν τε οὐδένα κ. τ. λ. Inde ab his verbis Corcyraeorum κακουργία explicatur. Scripsit autem Th. ξ. τε οὐδένα pro οὔτε ξ. τινα, ut ξύμμαχον in initio collocatum maiore vi efferretur. Cf. adn. II 22, 1. — τἀδικήματα et latrocinia et maiores expeditiones maritimas esse vult

www.libtool.com.cn

3 λοῦντες αἰσχύνεσθαι], καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἅμα αὐτάρκη θέσιν κειμένη παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς

Muell. de Corc. rep. p. 21. — [οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι] antehac interpretati sumus: „neque pudore suffundi aliorum auxilium implorantes; nam si alios ut socii et testes rerum suarum essent excitassent, nemo in societatem turpissimorum consiliorum venire voluisset.“ Sed neque necesse est pudore affici eum qui aliorum auxilium imploret neque ipsis his verbis ullo modo indicatur Corcyraeorum societatem propter turpissima eorum consilia repudiari aut quicquam omnino ad eorum pudorem repudiata societas pertinet; deinde παρακαλεῖν verbi absolute sic positi exempla prorsus desideramus. Non magis admittitur Classeni ratio. Ita enim interpretatus est ut Corcyraei nolint pudore suffundi alios ad iniustos conatus adhortantes. Sed ipsum παρακαλεῖν valere nequit alios adhortari, quod est ἄλλους παρακαλεῖν, et qui iniustae adhortationis pudorem effugere volunt potius propter virtutem laudandi quam maleficii accusandi sunt. Cum vero ex constanti Th. usu παρακαλεῖν obiecto carere nequeat, maxime in promptu est ξύμμαχον καὶ μάρτυρα subaudire. Sed ita si quaerimus cur socium iniuriarum advocare nolint, certe non pudoris evitandi causa hoc fit, sed quia aut non egent socio aut eum commodorum ex iniuriis captorum partem habere nolunt; testem autem iniuriarum ideo aspernantur ut sine pudore eas inferant, quae eadem sententia verbis οὐδένα βουλόμενοι πρὸς τἀδικήματα μάρτυρα ἔχειν exprimitur. Itaque ξύμμαχον παρακαλοῦντες ad αἰσχύνεσθαι non convenit, μάρτυρα autem παρακαλοῦντες nihil continet quod non antea dictum sit. Quo efficitur ut ne haec quidem interpretatio stare possit. Cum igitur a sententiarum necessitudine alienum sit οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι, ne hoc quidem nullius est momenti quod τέ . . . οὔτε, licet ab aliis scriptoribus dictum sit (cf. tamen Kuehn. Gr. max. § 536, 3 c), tamen apud Th. nullo praeter hunc loco exstat. Quae cum ita sint, παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι ad μάρτυρα ἔχειν interpretandi causa adscriptum fuisse putamus et deinde cum reliquis addito οὔτε coniunctum esse. Quod si ita est, coniunguntur inter se τὲ . . . καὶ ἅμα (cf. 82, 1. 84, 1. 110, 2. IV 53, 3) ita ut a participio βουλόμενοι transitus fiat ad enuntiationem per se constantem ἡ πόλις . . . παρέχει κ. τ. λ., quo de dicendi genere cf. adn. VII 47, 1. Eadem ratione qua hic τὲ . . . οὐδὲ . . . καὶ II 22, 1 τὲ . . . οὐδὲ . . . τέ inter se referuntur; utrobique enim οὐδέ priori membro alteram rem adiungit.

§ 3. αὐτάρκη θέσιν κειμένη. Cf. Matth. Gr. § 408. Lob. Paral. Gr. II p. 516 et infra adn. 112, 5. — παρέχει . . . γίγνεσθαι, facit ipsos iniuriarum quas cui inferunt magis arbitros quam secundum pacta essent. Prorsus eodem modo dictum est 76, 3 δικαιότεροι ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν (quam secundum potestatem quam habent facti essent) γεγένηνται, II 50, 1 χαλεπωτέρως ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν (quam secundum humanam naturam accidisset) προσέπιπτεν, VII 45, 2 ὅπλα πλείω ἢ κατὰ τοὺς νεκροὺς (quam secundum mortuorum numerum capta essent) ἐλήφθη, 75, 4 μείζω ἢ κατὰ δάκρυα (quam passi

www.libtool.com.cn

ὧν βλάπτουσί τινα μᾶλλον ἢ κατὰ ξυνθήκας γίγνεσθαι, διὰ τὸ ἥκιστα ἐπὶ τοὺς πέλας ἐκπλέοντας μάλιστα τοὺς ἄλλους ἀνάγκῃ καταίροντας δέχεσθαι.
κἀν τούτῳ τὸ εὐπρεπὲς ἄσπονδον οὐχ ἵνα μὴ 4
ξυναδικήσωσιν ἑτέροις, προβέβληνται, ἀλλ' ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι καὶ [ὅπως] ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι βιάζωνται, οὗ δ' ἂν λάθωσι πλέον ἔχωσιν,

Cap. 37. § 4. βιάζονται . . . ἔχουσιν . . . ἀναισχυντοῦσιν Vat. Pal. Aug. Cass. et ἀναισχυντοῦσιν etiam Laur. M. H. Cf. adn.

essent secundum lacrimas, i. e. si mala lacrimas non superarent) πεπονθότας. Itaque de huius loci interpretatione dubitari nequit. Mirandum est quod Class. opponit, cum ex pactis omnino fieri nequeat ut altera pars sola iudicium sibi vindicet, de maiore quadam iudicandi licentia sermonem esse non posse. Immo eadem de causa debet; nam non posset, si contrarium fieret et altera pars sola iudicandi potestatem haberet. Ipsius autem interpretatio: propter urbis situm suarum iniuriarum magis arbitri esse possunt quam pacisci non solum inepta est (cur enim minus eos posse pacisci credamus, cum adhuc quin id facerent nihil nisi ipsorum voluntas obstiterit?), sed etiam propter γίγνεσθαι et ad δικαστάς et ad κατὰ ξυνθήκας relatum durissima. De toto hoc loco cf. Annal. phil. 1868 p. 468 sqq. 1868 p. 176 sq. „ξυνθήκας Thucydides intellegit pacta de litibus inter civitates per arbitros dirimendis." Goell. — ἀνάγκῃ καταίροντας. Cum Corcyraei habeant oppidum opportuno loco, quo saepe adeundum sit navibus, nonnunquam etiam necessario, ut de Messana scribit Cic. c. Verr. IV 9, 21.

§ 4. κἀν τούτῳ . . . ἀλλ' ὅπως, atque in ea re (i. e. in hac ἐπιτηδεύσει) illum (quem iactarunt 32, 4) speciosum (cf. 39, 2. III 11, 2. VI 8, 4) morem ab aliorum societate abhorrendi praetexuerunt non (eo consilio) ut . . . sed ut. Ad κἀν τούτῳ Krueg. aut ὄν vult subaudiri aut iungi ea cum ξυναδικ., quorum neutrum nobis videtur fieri posse. Τὸ εὐπρεπὲς ἄσπονδον ut τὸ ἀνθρώπειον κομπῶδες V 68, 2 et τὸ ξύνηθες ἥσυχον VI 34, 4. — ξυναδικήσωσιν, scil. societate coacti. Herw. ξυναδικῶσιν propter insequens ἀδικῶσι. Sed consulto Th. dictionem videtur variasse. Hoc enim indicat, Corcyraeos malle pro se solos perpetuo iniurias facere quam aliquando societatis necessitate iniuriae partem habere. Ita augetur eorum malitia. — κατὰ μόνας. Cf. adn. 32, 5. — καὶ [ὅπως]. Alterum ὅπως recte del. Cobet, Mnemos. VII p. 361. „Non enim duplex consilium exponitur, sed quid sit τὸ κατὰ μόνας ἀδικεῖν explicatur." Itaque sententiarum nexui accuratius responderet ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι βιαζόμενοι, οὗ δ' ἂν λάθωσι πλέον ἔχοντες. Cf. adn. 33, 2. Multo etiam magis oratio a sententia recederet si, id quod Class. dubitanter proponit, indicativos βιάζονται, ἔχουσιν, ἀναισχυντοῦσιν (cf. sd.) reciperemus. — πλέον ἔχωσιν. Cf.

www.fbtool.com.cn

5 ἢν δέ πού τι προσλάβωσιν, ἀναισχυντῶσιν· καίτοι
εἰ ἦσαν ἄνδρες, ὥσπερ φασίν, ἀγαθοί, ὅσῳ ἀλη-
πτότεροι ἦσαν τοῖς πέλας, τόσῳ δὲ φανερωτέραν
ἐξῆν αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν διδοῦσι καὶ δεχομένοις τὰ
1 δίκαια δεικνύναι. 38. ἀλλ' οὔτε πρὸς τοὺς ἄλλους
οὔτε ἐς ἡμᾶς τοιοίδε εἰσίν, ἄποικοι δὲ ὄντες ἀφ-
εστᾶσί τε διὰ παντὸς καὶ νῦν πολεμοῦσι, λέγοντες
2 ὡς οὐκ ἐπὶ τῷ κακῶς πάσχειν ἐκπεμφθεῖεν. ἡμεῖς

adn. 42, 4. — *ἢν δέ που ... ἀναισχυντῶσιν*, sicubi vero aliquid vi aut fraude acquisiverint, pudore supersedeant. Madv. in Adv. crit. I p. 307 *προλάβωσιν* coniecit, quod aut vi aut occulte aut celeritate et praeoccupando agerent. Sed ita parum subtiliter discernitur. Nam celeriter praeoccupare etiam per vim et occultam fraudem poterant et cur eius celeritatis potissimum ne se pudeat caveant non intellegitur. At revera distinguitur duplex modus quo soli iniuste faciant (per vim enim aut per clandestinam fraudem agunt) et fructus iniuriarum, atque eo a verbis *καὶ ἐν ᾧ μὲν ἂν ... ἔχωσιν* extremum membrum *ἢν δέ ... ἀναισχυντῶσιν* differt quod non solum verba eius, sed etiam sententia in aequo est superiori *ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι*. — *τόσῳ δέ*. Th. reliquis locis *ὅσῳ ... τόσῳ* vel *ὅσῳ ... τοσούτῳ* habet (IV 28, 3. VI 78, 1. VIII 24, 4) neque alius quisquam scriptor *ὅσῳ ... τοσῷδε* videtur dixisse. Cf. Krueg. Gr. § 51, 7 adn. 2. Particula *δέ* in apodosi posita, ut saepius ibidem post articulum (cf. II 46. 65, 5. III 98, 1), eam opponi praegressis *ὅπως κατὰ μόνας ... ἀναισχυντῶσιν* indicat. Cf. adn. 11, 1. 2. Quod in codd. traditur *τοσῷδε* in duo diremit Hertlein (Comment. antiqu. stud. a. 1841 p. 325).

§ 5. *ἀληπτότεροι*, propr. magis incomprehensibiles (Plin.), minus expugnabiles, omnino minus aliis obnoxii. Cf. 82, 4. 143, 5. — *διδοῦσι ... δίκαια*, aequo iure cum aliis disceptando. *Τὰ δίκαια* = *δίκας* (*τῶν διαφόρων*) 140, 2, ubi vid. adn. ut supra 28, 2. — Planius inde a verbis *κἂν τούτῳ* illustratur quod antea expositum est, Corcyraeorum malitiam in eo versari quod iniuriam facere vellent primum sine sociis et testibus, deinde pactis non cohibiti, atque inter se referuntur *ξύμμαχον οὐδένα βουλόμενοι πρὸς τἀδικήματα ἔχειν: ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι* (socium ad iniurias habere nolunt, ut soli pro se ipsis iniuste faciant), *οὐδὲ μάρτυρα: ὅπως, ἢν πού τι προσλάβωσιν, ἀναισχυντῶσιν* (neque testem, ut pudore supersedeant, si quid ita acquisiverint), *καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ... δέχεσθαι: καίτοι εἰ ἦσαν ... δεικνύναι* (urbis suae opportunitate ita uti volunt ut pactis non cohibiti ex arbitrio iniuste faciant, cum eodem illo situ munito commoveri debeant ut probitatem et aequitatem sequantur). Hac autem sententiarum responsione confirmatur quod supra probavimus *οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι* subditicium esse. Nam in sequentibus non habet cui respondeat et *ἢν ... ἀναισχυντῶσιν* ad *οὐδὲ μάρτυρα βουλόμενοι ἔχειν* relatum eandem sententiam exprimit.

Cap. 38. § 1. *ἀφεστᾶσι διὰ παντός*. Cf. 25, 3 sq. et Herod. III 49. — *ἐκπεμφθεῖεν*.

www.fltool.com.cn

δὲ οὐδ' αὐτοί φαμεν ἐπὶ τῷ ὑπὸ τούτων ὑβρίζεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἡγεμόνες τε εἶναι καὶ τὰ εἰκότα θαυμάζεσθαι. αἱ γοῦν ἄλλαι ἀποι- 3
κίαι τιμῶσιν ἡμᾶς καὶ μάλιστα ὑπὸ ἀποίκων στεργόμεθα· καὶ δῆλον ὅτι, εἰ τοῖς πλέοσιν ἀρέσκοντές 4
ἐσμεν, τοῖσδ' ἂν μόνοις οὐκ ὀρθῶς ἀπαρέσκοιμεν οὐδ' ἐπεστρατεύομεν ἐκπρεπῶς μὴ καὶ διαφερόντως τι ἀδικούμενοι. καλὸν δ' ἦν, εἰ καὶ ἡμαρτάνομεν, 5
τοῖσδε μὲν εἶξαι τῇ ἡμετέρᾳ ὀργῇ, ἡμῖν δὲ αἰσχρὸν βιάσασθαι τὴν τούτων μετριότητα· ὕβρει δὲ καὶ 6
ἐξουσίᾳ πλούτου πολλὰ ἐς ἡμᾶς ἄλλα τε ἡμαρτή-

Cap. 38. § 4. ἐπιστρατεύομεν codd., ἐπεστρατεύομεν schol. εἰ γὰρ μὴ ἠδικούμεθα περιφανῶς, οὐκ ἂν προδήλως ἐστρατεύομεν. Cf. adn.

Opt. obliquus eo excusatur quod λέγοντες simul ad perfectum ἀφεστᾶσι refertur. Quatenus enim status praesens qui perfecto significatur ex actione praeterita ortus est, etiam perfectum opt. obliquus sequi potest. Cf. Soph. El. 760 σῶμα . . . φέρουσιν ἄνδρες Φωκέων τεταγμένοι, ὅπως πατρῴας τύμβον ἐκλάχοι χθονός, Dem. XXIV 145 οὗτος (ὁ νόμος) . . . κεῖται, ἵνα μὴ . . . χεῖρον ἀναγκάζοιντο ἀγωνίζεσθαι.

§ 2. τὰ εἰκότα θαυμάζεσθαι. Θαυμ. est coli. Accusativus ita positus est ut in vv. τιμᾶν τινά τι. Cf. Aristid. I p. 198 πόλεως τὰ εἰκότα τιμωμένης, Krueg. Gr. § 52, 4 adn. 8, supra adn. 6, 6. Quae sint τὰ εἰκότα, ex 25, 4 et ibi adn. apparet.

§ 3. αἱ γοῦν . . . τιμῶσιν ἡμᾶς. Cf. 25, 4.

§ 4. ἀρέσκοντές ἐσμεν. Cf. Matth. Gr. § 560. Krueg. Gr. § 56, 1 adn. 1. — οὐδ' ἐπεστρατεύομεν. Quod codd. habent ἐπιστρατεύομεν stare non potest. Res enim veritati contraria est, quia revera iis bellum cum Corcyraeis est; praeterea μὴ . . . ἀδικούμενοι idem est ac si legamus εἰ μὴ ἠδικούμεθα. Quare ne ἐπιστρατεύοιμεν quidem olim invitis membranis vulgatum, quod Krueg. non malum appellat, ad sententiam aptum est. Emend. Ullrich. Symb. I p. 1 sqq. Quo facilius autem ad ἐπεστρατεύομεν quoque ἂν pertineat, etiam οὐδ' ἐπεστρατεύομεν, ad quod αὐτοῖς ex τοῖσδε μόνοις cogitandum est, ab ὅτι pendere volumus. — ἐκπρεπῶς similiter atque διαφερόντως eximie, insigniter valet. Cf. adn. III 55, 2.

§ 5. καλὸν δ' ἦν . . . τοῖσδε μὲν . . . ἡμῖν δὲ αἰσχρόν. Scriptor ita incepit ut si quid utrisque pulchrum esset dicturus esset, velut ἡμῖν δὲ μὴ βιάσασθαι, sed addidit deinde αἰσχρόν. Qualis orationis immutatio frequentissima est post τέ. Cf. adn. c. 16.

§ 6. πολλὰ . . . ἡμαρτήκασι. Cf. Krueg. Gr. § 47, 14 adn. 5. Similiter saepe apud ἁμαρτάνειν (cf. 39, 2. II 87, 7. IV 55, 5) et similia verba (cf. adn. 6, 6. 69, 5. 122, 1). Paulo post de vv. ἑλόντες . . . ἔχουσι vid. adn. 29, 5.

www.libtool.com.cn

κασι καὶ Ἐπίδαμνον ἡμετέραν οὖσαν κακουμένην μὲν οὐ προσεποιοῦντο, ἐλθόντων δὲ ἡμῶν ἐπὶ τι-
1 μωρίᾳ ἑλόντες βίᾳ ἔχουσιν. 39. καὶ φασὶ δὴ δίκῃ πρότερον ἐθελῆσαι κρίνεσθαι· ἥν γε οὐ τὸν προύχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς προκαλούμενον λέγειν τι δοκεῖν δεῖ, ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τά τε ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους πρὶν διαγωνίζεσθαι καθιστάντα.
2 οὗτοι δ' οὐ πρὶν πολιορκεῖν τὸ χωρίον, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡγήσαντο ἡμᾶς οὐ περιόψεσθαι, τότε καὶ τὸ εὐπρεπὲς τῆς δίκης παρέσχοντο· καὶ δεῦρο ἥκουσιν οὐ τἀκεῖ μόνον αὐτοὶ ἁμαρτόντες, ἀλλὰ

Cap. 39. § 1. *καὶ φασί.* Vid. 34, 2. — *ἥν γε ... δοκεῖν δεῖ*, at non eum qui superior et ex tuto ad disceptationem provocat oportet videri aliquid dicere. Cf. Krueg. Gr. § 50, 12 adn. 1 et 59, 2 adn. 3. — *ἥν γε* solvendum in *ἀλλὰ ταύτην γε* (cf. adn. VI 10, 2) et pendet ex *προκαλούμενον* (cf. Matth. Gr. § 419 h et Krueg. Gr. § 46, 6 adn. 2). De vv. *λέγειν τι* vid. Matth. Gr. § 487, 5. Krueg. Gr. § 51, 16 adn. 13, de coniunctione *προύχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς* adn. 63, 1. — *τὸν ... λόγους ... καθιστάντα.* Vigerus § 98 haec sic explicat: qui paria faciat dicta et facta, i. e. qui omnem verborum fidem factis impleverit; pro quibus alii dicunt: qui facta verbis aequat. Cui rationi nobis non tam videtur obstare additum *ὁμοίως* (cf. enim III 47, 3) quam quod haec verba superioribus *προύχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς* opponi in aperto est. Neque magis placet Haasei interpretatio: qui aequo iudicio et res et verba subicit, quod non potest esse *ἐς ἴσον καθιστάναι.* Itaque sic vertimus: qui in aequo res pariter (a bello inferendo abstinens) et verba (causam se iudicio disceptandam committere dicens) collocat. Eodem sensu cum articulo *ἐς τὸ ἴσον καθιστάναι* legemus 121, 4. Qua de re cf. *ἐν ἴσῳ* II 60, 6 et *ἐν τῷ ἴσῳ* IV 10, 3. Caput enuntiati est *τὰ ἔργα.* Significatur enim qui non modo verbis adversario se aequum profitetur, sed etiam res suas illius rebus aequas reddit. — *πρὶν διαγωνίζεσθαι* nonnulli interpretantur priusquam iudicio disceptet; at cum respondeant *πρὶν πολιορκ.*, illa debent valere priusquam armis decernat, ut V 10, 3. VIII 46, 2. Neque ullum exemplum usus forensis iuncti verbi exstat in Steph. Thes.

§ 2. *οὐ πρὶν πολιορκεῖν.* *Πρὶν* cum infinitivo etiam post negantes enuntiationes praeter hunc tribus locis est apud Thuc.: 68, 2. V 10, 3. VII 50, 4. Cf. Kuehn. Gr. max. § 568, 1 a. — *ἡγήσαντο.* Aor. incohativus. — *τὸ εὐπρεπὲς ... παρέσχοντο*, speciem disceptationis (iudicialis) protulerunt. De *εὐπρ.* vid. adn. 37, 4, de *παρέχεσθαι* adn. III 36, 1. — *οὐ τἀκεῖ ... ξυναδικεῖν.* Opponuntur inter se *τἀκεῖ*: *νῦν*, *αὐτοί*: *ὑμᾶς.* Itaque hic est sententiarum nexus: non ibi solum ipsi peccaverunt, sed nunc quoque vos secum peccare (*ξυναδικεῖν*) iubent. Consulto igitur Th. *οὐ τἀκεῖ*

www.libtool.com.cn

καὶ ὑμᾶς νῦν ἀξιοῦντες οὐ ξυμμαχεῖν, ἀλλὰ ξυν-
αδικεῖν καὶ διαφόρους ὄντας ἡμῖν δέχεσθαι σφᾶς·
οὓς χρῆν, ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν, τότε προσιέναι, 3
καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡμεῖς μὲν ἠδικήμεθα, οὗτοι δὲ κιν-
δυνεύουσιν, μηδ' ἐν ᾧ ὑμεῖς τῆς τε δυνάμεως
αὐτῶν τότε οὐ μεταλαβόντες τῆς ὠφελίας νῦν
μεταδώσετε καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπογενόμενοι
τῆς ἀφ' ἡμῶν αἰτίας τὸ ἴσον ἕξετε, πάλαι δὲ
κοινώσαντας τὴν δύναμιν κοινὰ καὶ τὰ ἀποβαί-
νοντα ἔχειν.

Cap. 39. § 3. *κοινωνήσαντας* It. Vat. Aug. Pal. Ven. Gr. pr. Cl. Cf. adn.

Post *ἔχειν* Laur. *ἐγκλημάτων* addit, m. et aliquot deteriores *ἐγκλημάτων δὲ μόνων* (vel *μόνον*) *ἀμετόχους* (vel *ἀμετόχως*) *οὕτω τῶν μετὰ τὰς πράξεις τούτων μὴ κοινωνεῖν*. Inani et obscura loquacitate et sermone male cohaerenti haec similia sunt spurio capiti III 84. G. Hermanni (Philol. I p. 369) et Kruegeri haec tuendi conamina bene refutavit L. Herbst. in Phil. XVI p. 274 sq. Vana sunt quae de hoc loco longe lateque disputavit Juelg. (Annal. phil. a. 1861 p. 168 sqq.). Eo enim adducitur ut Th. *ἀμετόχοις* scripsisse statuat vertens: *aber an blossen Vorwürfen durften sie (die Kerkyräer) Leute wie euch, die an den Folgen ihrer Handlungen so ganz ohne Anteil sind, nimmermehr teilnehmen lassen.* Sed cum antea dictum sit Athenienses a Corcyraeorum delictis afuisse, iam in membro ad eandem rem pertinente dici nequit eos partem non habere eorum quae delicta illa secuta sint, sed ipsorum delictorum *μόνον* scripsit, non *οὐ μόνον τἀκεῖ*, ut hanc contrariorum rationem etiam verborum collocatione exprimeret. — *οὐ ξυμμαχεῖν, ἀλλὰ ξυναδικεῖν.* De figura oratoria cf. adn. 33, 4, de *οὐ* Krueg. Gr. § 67, 7 adn. 3. — *διαφόρους* ad *σφᾶς* referendum languidum vocat Krueg. et mavult *οὐ διαφόρους* ad *ὑμᾶς* relatum. Sed recte Class. monet paulo post opponi *ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν*. Nam a discidio quod inter Corcyraeos et Corinthios exstitit illis periculum impendet.

§ 3. *οὓς* cum vi adversativa ut *ἦν* § 1, ubi cf. adn. — *ἀσφαλέστατοι.* Absurde Herw. *ἀσφαλέστεροι*, scil. *ἢ νῦν*, scripsit. Nam poterant tutiores esse quam nunc et tamen non satis tuti. Sed scriptor dicere vult eos ad Athenienses accedere debuisse cum nihil ad securitatem iis deesset. — *κοινώσαντας.* Class. *κοινωνήσαντας*, scil. *ἐκείνους τε καὶ ὑμᾶς*, praetulit. Sed licet haec subiecti amplificatio exemplis qualia sunt 61, 3. VIII 63, 3, ubi cf. adn., et accusativus cum verbo *κοινωνεῖν* iunctus Eur. El. versu 1048 *τίς ἂν πατρὸς σοῦ φόνον ἐκοινώνησέ μοι* (cf. Krueg. Gr. § 47, 15 adn. 1) defendi possit, tamen multo facilius ad intellegendum est *κοινώσαντας*, scil. *ὑμῖν*, et ipsum ad sententiam non minus aptum. Cf. Plat. Legg. 889 d *ὁπόσαι (τέχναι) τῇ φύσει ἐκοίνωσαν τὴν αὐτῶν δύναμιν.* — *κοινὰ ... ἔχειν*, scil. *ὑμῖν*. Cf. Eur. Suppl. 20 *κοινὸν δὲ φόρτον ταῖσδ' ἔχων.*

www.libtool.com.cn

1 40. Ὡς μὲν οὖν αὐτοί τε μετὰ προσηκόντων
ἐγκλημάτων ἐρχόμεθα καὶ οἵδε βίαιοι καὶ πλεο-
νέκται εἰσὶ δεδήλωται· ὡς δὲ οὐκ ἂν δικαίως
2 αὐτοὺς δέχοισθε μαθεῖν χρή. εἰ γὰρ εἴρηται ἐν
ταῖς σπονδαῖς ἐξεῖναι παρ᾽ ὁποτέρους τις τῶν
ἀγράφων πόλεων βούλεται ἐλθεῖν, οὐ τοῖς ἐπὶ
βλάβῃ ἑτέρων ἰοῦσιν ἡ ξυνθήκη ἐστίν, ἀλλ᾽ ὅστις
μὴ ἄλλου αὑτὸν ἀποστερῶν ἀσφαλείας δεῖται καὶ
ὅστις μὴ τοῖς δεξαμένοις, εἰ σωφρονοῦσι, πόλε-

eos participes non esse dici debet; tum vero prorsus falsa ille statuit de verbi *κοινωνεῖν* significatione, quod nusquam participem facere, sed ubique participem esse valet, neque locis ab illo inscite allatis (Dinarch. I 24. 101. Dem. XXV 33. 61) quicquam aliud est *κοινωνεῖν τινί τινος* nisi cum aliquo partem alicuius rei habere. Ribbeck. in Mus. Rhen. XXIII p. 213 scriptum fuisse putat *ἐγκλημάτων τε μόνον* (vel *μόνους*) *μὴ ἀμετόχους οὕτω τῶν μετὰ τὰς πράξεις τούτων κοινωνεῖν*, i. e. solos eos qui criminum non expertes fuerint, eventus debere partem habere. Sed haec sententia nihil ad rem attinet. Corcyraei enim, cum revera Corinthii eos criminentur, quae criminatio supra verbis *τῆς ἀφ᾽ ἡμῶν αἰτίας* significatur, utique deberent rerum eventus partem habere, quod ipsum, si sententiae nexum spectamus, negatur. Ceterum Ribb. non indicavit num verba ita correcta genuina esse putaret. Certe non digna sunt quibus defendendis quicquam operae impendatur.

Cap. 40. § 1. *χρὴ μαθεῖν* Aug. Cass. Cl. Ven.
§ 2. *ἀποστερῶν ἑαυτὸν* iidem.

Cap. 40. § 1. *ἐρχόμεθα*, scil. *πρὸς ὑμᾶς*.

§ 2. *εἰ γὰρ εἴρηται* κ. τ. λ. Cf. 35, 2 et ibi adn. *Αἱ ἄγραφοι πόλεις*, urbes foederi non adscriptae, ibi significantur verbis *τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἥτις μηδαμοῦ ξυμμαχεῖ*, h. e. *αἵτινες μὴ ἐσεγράψαντο ἑαυτὰς μήτε ἐς τὰς Ἀθηναίων σπονδὰς μήτε ἐς τὰς Λακεδαιμονίων* (31, 2). — *οὐ τοῖς ... ἰοῦσιν*. Ergo ne Corcyraeis quidem *ἐπὶ βλάβῃ* Corinthiorum *ἰοῦσιν*. Nam ad hos potissimum generalis sententia refertur. Cf. adn. 69, 2. — *μὴ ἄλλου αὑτὸν ἀποστερῶν*, ab alio se non subducens, aliorum imperio et auctoritati se non subtrahens. Cf. Kuehn. ad Xen. Comm. I 5, 3 et Gr. max. § 411, 6 adn. 10 d. — *καὶ ὅστις*. Haec non cum *τοῖς ἰοῦσιν*, ut valeant *καὶ οὐκ ἐκείνῳ ὅστις*, quod Ullrich. Symb. III p. 34 videtur censere, sed cum *ἀλλ᾽ ὅστις* cohaerere vix cuiquam dubium erit. — *εἰ σωφρονοῦσι*. Simul audi *οἱ δεξάμενοι* et iunge condicionem non cum participio *τοῖς δεξαμένοις* (quod si faciendum esset, cum Ullrich. l. l. p. 29 sqq. scribendum esset *εἰ μὴ σωφρ.*, quod et ipsum non satis aptum est ad *τοῖς δεξαμένοις*, cum hoc idem sit ac *τούτοις οἳ αὐτὸν ἐδέξαντο*), sed cum tota sententia *ὅστις ... μὴ ποιήσει*. Valent autem verba si prudenti moderatione utuntur neque ipsi immoderata cupiditate belli causam praebent. Ita enim novi socii belli auctores erunt, aliter

www.libtool.com.cn

*μον ἀντὶ εἰρήνης ποιήσει· ὃ νῦν ὑμεῖς μὴ πειθόμενοι*
*ἡμῖν πάθοιτε ἄν. οὐ γὰρ τοῖσδε μόνον ἐπίκουροι* 3
*ἂν γένοισθε, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν ἀντὶ ἐνσπόνδων πο-*
*λέμιοι. ἀνάγκη γάρ, εἰ ἴτε μετ' αὐτῶν, καὶ ἀμύ-*
*νεσθαι μὴ ἄνευ ὑμῶν τούτους. καίτοι δίκαιοί γ'* 4
*ἐστὲ μάλιστα μὲν ἐκποδὼν στῆναι ἀμφοτέροις, εἰ*
*δὲ μή, τοὐναντίον ἐπὶ τούτους μεθ' ἡμῶν ἰέναι*
*(Κορινθίοις μέν γε ἔνσπονδοί ἐστε, Κερκυραίοις*
*δὲ οὐδὲ δι' ἀνοκωχῆς πώποτε ἐγένεσθε), καὶ τὸν*
*νόμον μὴ καθιστάναι ὥστε τοὺς ἑτέρων ἀφιστα-*
*μένους δέχεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς Σαμίων ἀπο-* 5
*στάντων ψῆφον προσεθέμεθα ἐναντίαν ὑμῖν, τῶν*
*ἄλλων Πελοποννησίων δίχα ἐψηφισμένων εἰ χρὴ*
*αὐτοῖς ἀμύνειν, φανερῶς δὲ ἀντείπομεν τοὺς*
*προσήκοντας ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν. εἰ* 6
*γὰρ τοὺς κακόν τι δρῶντας δεχόμενοι τιμωρήσετε,*
*φανεῖται καὶ ἃ τῶν ἡμετέρων οὐκ ἐλάσσω ἡμῖν*

ipsi. Itaque non probamus Herw. coniecturam *καὶ σωφρονοῦσι* (etiam moderatis), qua indicaretur utique illos belli auctores esse futuros. — *ὅ*, i. e. *τὸ πόλεμον ἀντὶ εἰρήνης ὑμῖν ποιηθῆναι* s. *γίγνεσθαι*.

§ 3. *ἐνσπόνδων*. Non sunt socii, sed ii qui foederibus iisdem (hic tricennalibus) tenentur. Cf. V 28, 2. Foederatos forsitan dixeris, certe 31, 2. — *ἀνάγκη . . . ἀμύνεσθαι*. „*Τούτους* obiectum est, non subiectum . . . Audiendum *ἡμῖν* ad *ἀνάγκη* seu *ἡμᾶς* ad *ἀμύνεσθαι*." Heilm. Neque enim, id quod nos statueramus, *ἀμύνεσθαι* passivum medii videri alibi esse adn. Krueg.

§ 4. *δίκαιοί γ' ἐστέ*. Cf. Matth. Gr. § 297. Krueg. Gr. § 55, 3 adn. 10. Tum *τοὐναντίον* est contra (quam cum illis adversus nos). — *μέν γε*. Cf. adn. III 63, 2. — *δι' ἀνοκωχῆς . . . ἐγένεσθε*. Haec ita dicta esse ut *δι' ὄχλου εἶναι* 73, 2 et alia a Matth. Gr. § 580e et Krueg. Gr. § 68, 22 adn. 2 collecta recte putant Arn. Bloomf. Boehm. Nam quominus *ἔνσπονδοι* ex superioribus intellegamus eo impedimur quod diversae sunt *σπονδαί* et *ἀνοκωχή*. — *ὥστε*. Cf. 120, 2. VIII 45, 1.

§ 5. *Σαμίων ἀποστάντων*. Vid. c. 115. — *ψῆφον προσεθέμεθα ἐναντίαν ὑμῖν*, propr. (nostrum) calculum addidimus contrarium vobis, i. e. suffragati sumus sententiae vobis contrariae. Cf. 20, 3. — *ἀντείπομεν . . . κολάζειν*, contra iussimus suos quemque (ipsum) socios punire. — *αὐτόν τινα* sic iterum 43, 1, ubi *προσήκοντες* vocantur *σφέτεροι*, et VI 31, 3. 77, 2. Cur sic iudicaverint Corinthii quaerit Thirlwall. Hist. Gr. II p. 455.

§ 6. *εἰ γὰρ κ. τ. λ.* Affertur altera causa τοῦ *τὸν νόμον μὴ καθιστάναι ὥστε . . . δέχεσθαι*. Cf. III 2, 3 et Krueg. Gr. § 69, 14 adn. 2. Ad *τιμωρήσετε* simul audi *αὐτοῖς*. Cf. adn. 1, 2 extr. — *φανεῖται*,

www.libtool.com.cn

προσεισι, καὶ τὸν νόμον ἐφ' ὑμῖν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἐφ' ἡμῖν θήσετε.

1 41. Δικαιώματα μὲν οὖν τάδε πρὸς ὑμᾶς ἔχομεν, ἱκανὰ κατὰ τοὺς Ἑλλήνων νόμους, παραίνεσιν δὲ καὶ ἀξίωσιν χάριτος τοιάνδε, ἣν οὐκ ἐχθροὶ ὄντες ὥστε βλάπτειν οὐδ' αὖ φίλοι ὥστε ἐπιχρῆσθαι ἀντιδοθῆναι ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι φαμὲν χρῆ-
2 ναι. νεῶν γὰρ μακρῶν σπανίσαντές ποτε πρὸς τὸν Αἰγινητῶν ὑπὲρ τὰ Μηδικὰ πόλεμον παρὰ Κορινθίων εἴκοσι ναῦς ἐλάβετε· καὶ ἡ εὐεργεσία αὕτη τε καὶ ἡ ἐς Σαμίους, τὸ δι' ἡμᾶς Πελοποννησίους αὐτοῖς μὴ βοηθῆσαι, παρέσχεν ὑμῖν Αἰγινητῶν μὲν
3 ἐπικράτησιν, Σαμίων δὲ κόλασιν, καὶ ἐν καιροῖς

se offerent, exsistent. Cf. III 20, 1. — ἃ pro masculino dictum. Cf. Matth. Gr. § 442, 5. Deinde ἐπί est contra. Cf. 102, 4. 124, 3. III 63, 2. 93, 1. IV 75, 1. Herw. nimis obsequiosus Badhamo auctore scripsit εἰ γὰρ . . . δεχόμενοι φανεῖσθε, καὶ τῶν ὑμετέρων κ. τ. λ., cuius temeritatis ne minima quidem est necessitas.

Cap. 41. § 1. Δικαιώματα sunt iustitiae causae, firmamenta, *Rechtsgründe*. Cf. V 97, 1. VI 79, 2. De τάδε cf. adn. 143, 5. Tum habemus talem admonitionem dixit pro his: habemus hoc ius vel hanc rationem vos admonendi. Explicatur autem τοιάνδε verbis νεῶν γὰρ μακρῶν κ. τ. λ. Dionysius p. 795 hic substantiva posita esse vult pro verbis, sed parum recte. — ἣν refer ad χάριν. — ἐπιχρῆσθαι, familiariter uti. Cf. (Eur.) Rhes. 942. Plat. Legg. 953a. Herod. III 99. Praep. ἐπί in hoc composito idem videtur valere atque in ἐπιμειγνύναι (2, 2). Minus accurate schol. Suid. Zon. τὸ πολλάκις χρῆσθαι.

§ 2. νεῶν . . . ἐλάβετε. De re vid. Herod. VI 89, de bello Aeginetico primo, quod ab a. 505 usque ad 491 gestum est, Dunck. Hist. ant. VI p. 483 sqq. Cf. supra 14, 3 et ibi adn. — ὑπὲρ τὰ Μηδικά Krueg., quod articulus non sit iteratus et ὑπέρ contra consuetudinem pro πρό legatur, uncis inclusit. Sed haec verba ex interpretamento facta esse propter ipsum rariorem ὑπέρ praepositionis usum minime est probabile; articuli autem iteratione non opus est (cf. ipsius Krueg. Gr. § 50, 9 adn. 6) et ὑπέρ praepositione prorsus eodem modo usus est Plat. Tim. 23c ὑπὲρ τὴν μεγίστην φθορὰν ὕδασι, i. e. ante maximam per diluvium exstinctionem, ut interpretatur Stallb. Frustra igitur etiam Meinek. περὶ τὰ Μηδ. coniecit, quod insuper parum distinctum est. — ἡ ἐς Σαμίους, beneficium spectans ad Samios. Cf. 40, 5. — τὸ δι' ἡμᾶς . . . βοηθῆσαι. Vana, ut solet, suspicione haec del. Cob. Mnemos. nov. ser. VIII p. 77, quod paulo ante (40, 5) idem sit commemoratum. Sed quod Corinthii pro Atheniensibus suffragium tulerunt, eo non continetur τὸ . . . μὴ βοηθῆσαι. — De v. ἐπικράτησις, quod durius putat Pollux

www.libtool.com.cn

τοιούτοις ἐγένετο οἷς μάλιστα ἄνθρωποι ἐπ' ἐχθροὺς
τοὺς σφετέρους ἰόντες τῶν πάντων ἀπερίοπτοί εἰσι
παρὰ τὸ νικᾶν· φίλον τε γὰρ ἡγοῦνται τὸν ὑπουρ-
γοῦντα, ἢν καὶ πρότερον ἐχθρὸς ᾖ, πολέμιόν τε
τὸν ἀντιστάντα, ἢν καὶ τύχῃ φίλος ὤν, ἐπεὶ καὶ
τὰ οἰκεῖα χεῖρον τίθενται φιλονικίας ἕνεκα τῆς
αὐτίκα.

42. Ὧν ἐνθυμηθέντες καὶ νεώτερός τις παρὰ 1
πρεσβυτέρου αὐτὰ μαθὼν ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις
ἡμᾶς ἀμύνεσθαι, καὶ μὴ νομίσῃ δίκαια μὲν τάδε
λέγεσθαι, ξύμφορα δέ, εἰ πολεμήσει, ἄλλα εἶναι.
τό τε γὰρ ξυμφέρον ἐν ᾧ ἄν τις ἐλάχιστα ἁμαρ- 2
τάνῃ μάλιστα ἕπεται, καὶ τὸ μέλλον τοῦ πολέμου,
ᾧ φοβοῦντες ὑμᾶς Κερκυραῖοι κελεύουσιν ἀδικεῖν,
ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται, καὶ οὐκ ἄξιον ἐπαρθέντας

IX 142, vid. Lob. ad Phryn. p. 351. Aliquotiens est expugnatio. Significat autem hic cum gen. *Αἰγινητῶν* victoriam de Aeginetis reportatam. Cf. Herod. VI 92. Qua explicatione tollitur criminatio Muelleri Aegin. p. 118.

§ 3. *τῶν πάντων ... νικᾶν*, omnia neglegunt (propr. non circumspiciunt) praeter vincendi studium. Schol. *ἀπερίοπτοι· ἀπροόρατοι ἢ ἀνόητοι.* — *παρά* aut est praeter (cf. Matth. Gr. p. 588 c η) aut ad i. e. comparata cum, prae (ibid. ε). Propter nolimus reddi, cum hanc vim habens non consilium rei gerendae, sed causam gestae significet. Cf. 141, 7 et ibi adn. — *ἢν καὶ πρότερον ἐχθρὸς ᾖ*, etiamsi antea inimicus fuerit. In sententia generali ita dictum est pro *εἰ καὶ ... ἦν*. Cf. Plat. Apol. 23 d *ἐπειδάν τις αὐτοὺς ἐρωτᾷ* (interrogavit), *οὐδὲν ἔχουσιν εἰπεῖν.* — *ἐπεὶ καὶ ... τίθενται*, nam adeo res domesticas (vel sua) peius curant.

Cap. 42. § 1. *Ὧν ἐνθυμηθέντες.* Similiter VI 60, 1. Isocr. IV 12 et apud alios. Cf. Krueg. Gr. § 47, 11 adn. 1. Deinde super *αὐτά*, quod Cob. l. l. p. 78 frustra expungit, cf. adn. II 4, 5. Sed hic propter nominativum mutatum mutatio relativi magis necessaria est. — *ἀξιούτω* in singulari positum est ob propiora *νεώτερός τις*. Cf. Krueg. Gr. § 63, 4. — *τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι* = *ἀμείβεσθαι* (Demosth. XX 6), par pari referre, parem nobis gratiam referre. Cf. II 67, 4 et Lennep. ad Phal. Ep. 45. — *εἰ πολεμήσει*, si bellum gesturus sit, si bellum ipsi gerendum sit contra Lacedaemonios. Cf. paulo post *τὸ μέλλον τοῦ πολέμου*. Hic quoque singularis ad *τις* relatus est. Cf. IV 10, 5. VIII 83, 3. Inscite haec del. Herw.

§ 2. *τὸ μέλλον τοῦ πολέμου*, utrum bellum oriturum sit necne. Cf. adn. 36, 1 et Vig. p. 266. — *ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται.* *Κεῖται* verbo similiter utitur Luci. Hermot. 20.

www.libtool.com.cn

αὐτῷ φανερὰν ἔχθραν ἤδη καὶ οὐ μέλλουσαν πρὸς
Κορινθίους κτήσασθαι, τῆς δὲ ὑπαρχούσης πρό-
τερον διὰ Μεγαρέας ὑποψίας σῶφρον ὑφελεῖν
3 μᾶλλον· ἡ γὰρ τελευταία χάρις καιρὸν ἔχουσα, κἂν
4 ἐλάσσων ᾖ, δύναται μεῖζον ἔγκλημα λῦσαι. μηδ'
ὅτι ναυτικοῦ ξυμμαχίαν μεγάλην διδόασι, τούτῳ
ἐφέλκεσθε· τὸ γὰρ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους ἐχυ-
ρωτέρα δύναμις ἢ τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαρθέντας
διὰ κινδύνων τὸ πλέον ἔχειν.
1 43. Ἡμεῖς δὲ περιπεπτωκότες οἷς ἐν τῇ Λακε-

Sic omnia quae ventura sunt in incerto iacent Sen. de Brevit. vit. 9. — **διὰ Μεγαρέας**. Quod Megarenses a Corinthiis bello pressi ad Athenienses defecerant et ab his recepti et defensi erant. Vid. c. 103, 105.

§ 4. **μηδ' ὅτι κ. τ. λ.** Respondetur ad 35, 5 et 36, 3. — **τὸ γὰρ μὴ ἀδ.** cet. Similiter **τὸ γὰρ μηδὲν ἀδικεῖν ἰσχυρὰ δύναμις** Ios. A. I. XII 7, 1. — Paulo post **τοὺς ὁμοίους** intellege pares potentia, aeque liberos et sui iuris *(seines Gleichen)*. Extrema in haec convertenda: quam praesenti specie (sive eo quod statim et primum in oculos incurrit) elatos cum periculis (propr. per pericula, adeundo pericula) emolumentum habere. Nam **διὰ κινδύνων τὸ πλέον ἔχειν** dictum est pro **τὸ διὰ κινδύνων πλέον ἔχειν**, qua de verborum collocatione cf. adn. III 82, 4. Nam si articulum ad **πλέον** malis spectare, ut **τὸ πλέον** sit potior locus, melior condicio, obstat quod et contrarium **τὸ μὴ ἀδικεῖν** articulum requirit et **πλέον** cum **ἔχειν** iunctum eum additum non solet habere. Frustra igitur **τι πλέον ἔχειν** Herw. Mirum est quod nostram interpretationem propter brevitatem sententiae per infinitivum enuntiatae aspernantur. Quasi vero talia longitudine metienda sint et multo longius sit **τὸ μὴ ἀδικεῖν** neque dici etiam possint **τὸ ἔχειν, τὸ ἀδικεῖν** nullo intercedente vocabulo. Cf. 76, 2 **τοῦ μὴ πλέον ἔχειν**. Ceterum **πλ. ἔ.** paulo aliter dictum est atque 37, 4, ubi nostrum est *übervorteilen*. Eodem quo hic sensu dictum est IV 59, 2. VIII 99.

Cap. 43. § 1. **περιπεπτωκότες οἷς κ. τ. λ.** = **περιπεπτωκότες τούτοις οἷς περιπεπτωκότα ... προείπομεν τοὺς σφετ. ξυμ. αὐτόν τινα κολάζειν** (cf. Krueg. Gr. § 62, 4 adn. 1), cum in eam rerum condicionem inciderimus qua suos cuique socios ipsi esse castigandos (cf. Krueg. Gr. § 55, 3 adn. 13) Lacedaemone ipsi pronuntiavimus (cf. adn. 26, 5), quae res memorata est 40, 5. Sententiam pessumdant qui **οἷς** interpretantur **τούτοις ἃ ... προείπομεν**, quod sequitur **τοὺς . . . κολάζειν** pro explicatione accipientes. Quo modo enim Corinthii eam in qua nunc sunt rerum condicionem Lacedaemone pronuntiaverunt? Hoc neque factum est neque fieri poterat. Eadem de causa reicienda est Dobraei opinio **τοὺς . . . κολάζειν** suspecta habentis, quem sequitur Herw. Quod vero significari dicunt in eam condi-

www.libtool.com.cn

*δαίμονι αὐτοὶ προείπομεν τοὺς σφετέρους ξυμμά-*
*χους αὐτόν τινα κολάζειν, νῦν παρ' ὑμῶν τὸ αὐτὸ*
*ἀξιοῦμεν κομίζεσθαι, καὶ μὴ τῇ ἡμετέρᾳ ψήφῳ*
*ὠφεληθέντας τῇ ὑμετέρᾳ ἡμᾶς βλάψαι. τὸ δ' ἴσον* 2
*ἀνταπόδοτε, γνόντες τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι τὸν*
*καιρὸν ἐν ᾧ ὅ τε ὑπουργῶν φίλος μάλιστα καὶ ὁ*
*ἀντιστὰς ἐχθρός. καὶ Κερκυραίους τούσδε μήτε* 3
*ξυμμάχους δέχεσθε βίᾳ ἡμῶν μήτε ἀμύνετε αὐτοῖς*
*ἀδικοῦσιν. καὶ τάδε ποιοῦντες τὰ προσήκοντά τε* 4
*δράσετε καὶ τὰ ἄριστα βουλεύσεσθε ὑμῖν αὐτοῖς."*
44. *Τοιαῦτα δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι εἶπον. Ἀθη-* 1
*ναῖοι δὲ ἀκούσαντες ἀμφοτέρων, γενομένης καὶ δὶς*
*ἐκκλησίας, τῇ μὲν προτέρᾳ οὐχ ἧσσον τῶν Κοριν-*
*θίων ἀπεδέξαντο τοὺς λόγους, ἐν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ*
*μετέγνωσαν Κερκυραίοις ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιή-*

cionem Corinthios adductos esse ut ratio quam Lacedaemone pronuntiaverint iam ad ipsos applicetur, licentius interpretantur scriptori tribuentes quae non dixit. — De *σφετέρους* ad *τινα* relato cf. Krueg. Gr. § 58, 4 adn. 3. — Ad *ὠφεληθέντας* simul audi *ὑμᾶς* ex *παρ' ὑμῶν*.

§ 2. *γνόντες*, arbitrati. Itaque sequitur inf. *εἶναι*. Cf. 69, 3. Matth. Gr. § 549 adn. 2. Krueg. Gr. § 56, 7 adn. 9.

§ 3. *βίᾳ ἡμῶν*, nobis invitis. Cf. 68, 4. IV 99. V 21, 2.

Cap. **44.** § 1. *Τοιαῦτα δὲ . . . εἶπον.* Ut ante orationem Corcyraeorum leguntur verba *οἱ μὲν Κερκυραῖοι ἔλεξαν τοιάδε* 31, 3 hisque finita ea respondent *τοιαῦτα μὲν οἱ Κερκ. εἶπον* 36, 4, ita verbis ibid. orationi Corinthiorum praemissis *οἱ δὲ Κορίνθιοι μετ' αὐτοὺς τοιάδε* respondent haec *τοιαῦτα δὲ καὶ οἱ Κορ. εἶπον*. Cf. 72, 1 cum 79, 1, 85, 3 cum 87, 1, item III 49, 1. III 68, 1. VI 88, 1. — *γενομένης καὶ δὶς ἐκκλησίας*. De *καί* vid. Kiessl. ad Tac. Germ. 32. Hart. de Partic. I p. 134. Cf. V 116. — *τῇ μὲν προτέρᾳ*. De praepositione non addita cf. Krueg. Gr. § 48, 2 adn. 9, de *προτέρᾳ* et *ὑστεραίᾳ* inter se respondentibus Lob. Pathol. elem. I p. 409. — *ἐν τῇ ὑστεραίᾳ*, in contione postero die habita. Cf. adn. V 46, 1. VII 11, 2. Frustra *ἐν τῇ ὑστέρᾳ* Cob. Var. lect. 246. Cur enim *ὑστεραία ἐκκλησία* non sit contio quae postero die habetur perinde atque *τριταία θυσία* (Eur. El. 171) sacrificium quod tertio die fit? Cf. L. Herbst. adv. Cob. p. 37 sqq. — *μετέγνωσαν*. Cf. Matth. Gr. § 634, 3. Xen. Cyr. I 1, 3. — *ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι . . . ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο*. Discrimen *ξυμμαχίας* et *ἐπιμαχίας*, de quo vid. Ammon. et al. veteres gramm., aliqua ex parte ab ipso Thuc. illustratur. *Ξυμμαχία* enim, etsi proprie vocabulum generis est et, cum quamvis societatem significet, etiam pro *ἐπιμαχία* dicitur, sicut V 27, 1. VI 79, 1 al. et *ξύμμαχος* de *ἐπικούροις* 58, 4. III 70, 2, tamen ubi *ἐπιμαχίᾳ* opponitur est foedus simul et ad hostes aggrediendos et

www.libtool.com.cn

σασθαι ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους
νομίζειν (εἰ γὰρ ἐπὶ Κόρινθον ἐκέλευον σφίσιν οἱ
Κερκυραῖοι ξυμπλεῖν, ἐλύοντ' ἂν αὐτοῖς αἱ πρὸς
Πελοποννησίους σπονδαί), ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιή-
σαντο τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν, ἐάν τις ἐπὶ Κέρκυραν
2 ἴῃ ἢ Ἀθήνας ἢ τοὺς τούτων ξυμμάχους. ἐδόκει
γὰρ ὁ πρὸς Πελοποννησίους πόλεμος καὶ ὣς ἔσε-
σθαι αὐτοῖς, καὶ τὴν Κέρκυραν ἐβούλοντο μὴ
προέσθαι Κορινθίοις ναυτικὸν ἔχουσαν τοσοῦτον,
ξυγκρούειν δὲ ὅτι μάλιστα αὐτοὺς ἀλλήλοις, ἵνα
ἀσθενεστέροις οὖσιν, ἤν τι δέῃ, Κορινθίοις τε καὶ
τοῖς ἄλλοις ναυτικὸν ἔχουσιν ἐς πόλεμον καθ-
3 ιστῶνται. ἅμα δὲ τῆς τε Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς
ἐφαίνετο αὐτοῖς ἡ νῆσος ἐν παράπλῳ κεῖσθαι.

ad fines tuendos factum, *Schutz- und Trutzbündniss*, *ἐπιμαχία* solum ad fines tuendos, *Schutzbündniss*, *Wehrbund*. Cf. V 48, 2. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 173. — **ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν** verbis eosdem amicos atque inimicos (alibi hostes) habere expressit Liv. XXIX 23. XXXV 50. XXXVII 1. Singularibus addito dativo usus est Polyb. XXI 1, 2. Cf. Xen. Hist. Gr. II 1, 20. V 3, 26. Apud Thuc. eadem verba redeunt III 75, 1; at III 70, 6 *τοὺς αὐτοὺς Ἀθηναίοις φίλους τε καὶ ἐχθροὺς νομίζειν* et simillime VII 33, 6, pro quibus V 48, 2 *τοῖς αὐτοῖς πολεμεῖν καὶ εἰρήνην ἄγειν*. Cf. Poll. I 169. — **ἐκέλευον σφίσιν ... ξυμπλεῖν.** Quoniam dicendi genus *κελεύω σοι πλεῖν* non Thucydideum et omnino non Atticum est (cf. Krueg. Gr. § 48, 7 adn. 10), *σφίσιν* ex *ξυμπλεῖν* pendere et plenam orationem hanc esse existimandum est: *εἰ γὰρ οἱ Κερκυραῖοι ἐκέλευον αὐτοὺς (τοὺς Ἀθην.) ξυμπλεῖν σφίσι (τοῖς Κερκ.) ἐπὶ Κόρ.* Corrige igitur Matth. Gr. § 382, 1. De imperfectis cf. adn. 9, 4 extr. — **ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο.** Post parenthesim ita mutata est oratio ut quae deinde sequuntur non iam a *μετέγνωσαν* pendeant. Cf. adn. II 5, 5. Temere Herw. Cobeto nimium obsecutus *ἐποιήσαντο* pro suspecto habet. — **τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν** sine *ὥστε*, ut 117, 3. II 4, 7. V 48, 2. VI 79, 1. De *τῇ ἀλλήλων* cf. adn. 15, 2 et 142, 4. 143, 2. II 20, 4. III 114, 3. IV 97, 3. V 27, 2. — **ἢ Ἀθήνας.** Herw. *ἢ ἐπ' Ἀθήνας*. Sed repetita praepos. hic non opus est. Cf. V 41, 2.

§ 2. **καὶ ὣς.** Cf. Matth. Gr. § 628, 5 extr. et adn. VIII 51, 2. — **ναυτικὸν ... τοσοῦτον.** Cf. 25, 4. — **ξυγκρούειν ἀλλήλοις**, collidere (i. e. committere) inter se. Cf. Isocr. IV 134. Demosth. XVIII 19. 163. — **τοῖς ἄλλοις ναυτικὸν ἔχουσιν.** Articulus ad participium pertinet. Cf. IV, 69, 1 *τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια*. Neque igitur opus est *τοῖς* post *ἄλλοις* cum Bekk. inserere. Cf. adn. 91, 1.

§ 3. **τῆς τε ... παράπλῳ κεῖσθαι.** Cf. adn. 36, 2.

www.libtool.com.cn

45. *Τοιαύτῃ μὲν γνώμῃ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς Κερ-* 1
*κυραίους προσεδέξαντο, καὶ τῶν Κορινθίων ἀπελ-*
*θόντων οὐ πολὺ ὕστερον δέκα ναῦς αὐτοῖς ἀπ-*
*έστειλαν βοηθούς· ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Λακεδαι-* 2
*μόνιός τε ὁ Κίμωνος καὶ Διότιμος ὁ Στρομβίχου*
*καὶ Πρωτέας ὁ Ἐπικλέους. προεῖπον δὲ αὐτοῖς* 3
*μὴ ναυμαχεῖν Κορινθίοις, ἢν μὴ ἐπὶ Κέρκυραν*
*πλέωσι καὶ μέλλωσιν ἀποβαίνειν ἢ ἐς τῶν ἐκείνων*
*τι χωρίων· οὕτω δὲ κωλύειν κατὰ δύναμιν. προ-*
*εῖπον δὲ ταῦτα τοῦ μὴ λύειν ἕνεκα τὰς σπονδάς.*
*αἱ μὲν δὴ νῆες ἀφικνοῦνται ἐς τὴν Κέρκυραν.* 4

46. *Οἱ δὲ Κορίνθιοι, ἐπειδὴ αὐτοῖς παρ-* 1
*εσκεύαστο, ἔπλεον ἐπὶ τὴν Κέρκυραν ναυσὶ πεντή-*
*κοντα καὶ ἑκατόν. ἦσαν δὲ Ἠλείων μὲν δέκα,*
*Μεγαρέων δὲ δώδεκα καὶ Λευκαδίων δέκα, Ἀμ-*
*πρακιωτῶν δὲ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ Ἀνακτορίων μία,*
*αὐτῶν δὲ Κορινθίων ἐνενήκοντα· στρατηγοὶ δὲ* 2
*τούτων ἦσαν μὲν καὶ κατὰ πόλεις ἑκάστων, Κο-*

Cap. **45.** § 3. Vulgo *χωρίον*, quod interposito pron. indefinito offensus contra plurimorum et optimorum librorum mss. auctoritatem retinuit Krueg. Cf. adn.

Cap. **45.** § 1. *δέκα ναῦς.* Cf. Plut. Pericl. 29. Diod. XII 33, 2. Quod non plures missae sint vituperat Nieb. Hist. ant. II p. 50; causam eius rei a Plut. l. d. allatam improbat Grot. Hist. VI p. 83 (vers. Germ. III p. 50). § 2. *Κίμωνος*, clarissimi Persarum victoris. Cf. Plut. Cim. 16. Tum de Diotimo vid. Brem. ad Lys. XXX 14. De singulari *ἐστρατ.* cf. adn. 29, 2. 47, 1. § 3. *καὶ μέλλωσιν ἀποβαίνειν.* Opperiri iubentur, dum impetum in illos faciant, ipsum appellendi momentum. Temere haec del. Herw. conferens 53, 4. Qua enim de causa quis talia adscripserit? — *ἐς τῶν ἐκείνων τι χωρίων*, aut adversus aliquod ex illorum (Corcyraeorum) oppidis. Cf. 53, 4. Xen. Hist. Gr. IV 8, 33. VII 1, 13 et Matth. Gr. § 279 adn. 4. Hanc syntaxin apud Atticos improbat Krueg. Sed cf. eius Gram. § 47, 9 adn. 20; nam vix quicquam refert quod hic pron. indefinitum cum praepositione iungitur. Usum Herodoteum, quo pron. indef. post articulum statim ponitur (cf. I 84. 85), distinguit Boehm. comparans V 82, 6. *Αἰνίττεται Ἐπίδαμνον.* Schol. Praeterea de parvis insulis Corcyrae proximis et de Peraea continentis (cf. adn. III 85, 2) cogites.

Cap. **46.** § 1. *ἐπειδὴ αὐτοῖς παρεσκεύαστο.* Cf. Matth. Gr. § 297 adn. 2. Krueg. Gr. § 61, 5 adn. 6, infra 48, 1. III 22, 1. Apparatur Ter. Eun. III 5, 35.

www.libtool.com.cn



ρινθίων δὲ Ξενοκλείδης ὁ Εὐθυκλέους πέμπτος
3 αὐτός. ἐπειδὴ δὲ προσέμειξαν τῇ κατὰ Κέρκυραν
ἠπείρῳ ἀπὸ Λευκάδος πλέοντες, ὁρμίζονται ἐς
4 Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος γῆς. ἔστι δὲ λιμήν,
καὶ πόλις ὑπὲρ αὐτοῦ κεῖται ἀπὸ θαλάσσης ἐν
τῇ Ἐλαιάτιδι τῆς Θεσπρωτίδος Ἐφύρη. ἐξίησι δὲ
παρ' αὐτὴν Ἀχερουσία λίμνη ἐς θάλασσαν· διὰ δὲ

Cap. 46. § 4. ἐξίησι Laur. m. Ar. Chr. Dan. B. E., ἔξεισι reliqui. Illud confirmant II 102, 2. IV 108, 1. Cf. Herod. I 6. 180. II 17. VI 20. VII 129.

De Corinthiorum sociis cf. adn. 27, 2.

§ 2. Ξενοκλείδης. Ξενοκλείδας III 114, 4. Talia enim Doriensium nomina modo in ης, modo in ας desinunt, ut Persica, de quibus vid. Popp. ad Xen. Cyr. p. XXXVI. — πέμπτος αὐτός. Cf. Matth. Gr. 469, 9. Krueg. Gr. § 54, 6 adn. 1.

§ 3. προσέμειξαν, accesserunt, appropinquarunt. Cf. III 22, 1. 29, 1. 31, 2. Deinde de κατά, e regione, cf. 48, 4. II 30, 2 et I 136, 1 τὴν ἤπειρον τὴν καταντικρύ et adn. 47, 3. — ὁρμίζονται ἐς. Sic Thuc. paene constanter. Cf. III 76, 1. VIII 11, 1. 92, 3 et de σχεῖν adn. 110, 4. Contra καθορμισθεὶς ἐν ταῖς Ἀργινούσαις Polyb. I 44, 2. Cf. id. II 16, 12. Atque ipse Thuc. ὁρμίζονται κατὰ Ἐρινεὸν τῆς Ἀχαΐας ἐν τῇ Ῥυπικῇ, nisi haec valent τὸν ἐν τῇ Ῥυπ. VII 34, 1.

§ 4. ἔστι δὲ λιμήν. Sequitur ἔκφρασις. Vid. Aphthon. Progymn. c. 12. Verbum ἔστι Bloomf. interpretatur there is, at Arn. alii, cum ἐνταῦθα vel simile vocabulum non sit additum, subiectum volunt esse τὸ Χειμέριον, ut portus Chimerium a promunturio distinguatur. Et portum Chimerium a Thuc. significari ipsis verbis ὁρμίζονται ἐς iure existimat Class. Portum hodie St. Iohannis nominari, a populo tamen fortasse etiam Γλυκὺν λιμένα appellatum esse, sed Strabonem p. 324 hoc in nomine videri errare putat Bursian. Geogr. I p. 28. Nam Strabonis Γλυκὺν λιμένα esse qui vocatur hodie a nonnullis Veliki, a Leak. Graec. sept. III p. 4 sqq. et I p. 232 Splantza seu Porto Fanari. — ὑπὲρ ... θαλάσσης. Pro his Strabo p. 324 ὑπέρκειται τούτου τοῦ κόλπου de Ephyra scribit. — Ἐλαιάτιδι. Haec pars Thesprotiae nomen habere putatur ab Elaea s. Elea portu, quem commemorat Scylax 30. Eum vicinum Γλυκεῖ esse vult Pouquev. Graec. II p. 2 sq., eundem atque Γλυκὺν Leak. l. d. p. 9 non audens decernere Ptolemaei (III 14, 5) Elaea sitne eadem an diversa. — Ἐφύρη. Postea Κίχυρος. Cf. Strab. VII p. 324. „Ut videtur, prope monasterium St. Iohannis, quattuor mil. a portu Fanari.“ Leak. l. d. IV p. 73. Quem impugnat Bursi. l. d. p. 29. De aliis Ephyris vid. schol. Hom. Il. XIII 301 et schol. Pind. Nem. VII 53. — Ἀχερουσία λίμνη. Cf. Strab. l. d. Sunt stagna maritima seu palus Valonderacae non confundenda, id quod olim factum est propter Strabonis verba ambigua ὁ Ἀχέρων ποτ. ῥέων ἐκ τῆς Ἀχερουσίας λίμνης et falsa Plin. H. N. IV 1, 4, cum mediterraneo lacu Ioanninorum et Lapsista. De illa palude vid.

www.libtool.com.cn

τῆς Θεσπρωτίδος Ἀχέρων ποταμὸς ῥέων ἐσβάλλει
ἐς αὐτήν, ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχει· ῥεῖ δὲ
καὶ Θύαμις ποταμὸς ὁρίζων τὴν Θεσπρωτίδα καὶ
Κεστρίνην, ὧν ἐντὸς ἡ ἄκρα ἀνέχει τὸ Χειμέριον.
5 οἱ μὲν οὖν Κορίνθιοι τῆς ἠπείρου ἐνταῦθα ὁρμί-
ζονταί τε καὶ στρατόπεδον ἐποιήσαντο.

47. 1 Οἱ δὲ Κερκυραῖοι ὡς ᾔσθοντο αὐτοὺς
προσπλέοντας, πληρώσαντες δέκα καὶ ἑκατὸν ναῦς,
ὧν ἦρχε Μικιάδης καὶ Αἰσιμίδης καὶ Εὐρύβατος,
ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν μιᾷ τῶν νήσων αἳ καλοῦν-
ται Σύβοτα, καὶ αἱ Ἀττικαὶ δέκα παρῆσαν. 2 ἐπὶ δὲ
τῇ Λευκίμμῃ αὐτοῖς τῷ ἀκρωτηρίῳ ὁ πεζὸς ἦν

Leak. l. d. I p. 238 sq. et IV p. 53. 94 sqq., de his I .p. 401 et IV p. 133 sqq. Errat praeter alios Mannert. Geogr. VII p. 656 sq. Ceterum articulum si additum malis ut apud Strab. (cf. IV 108 ἡ Βόλβη λίμνη), adversatur Eustath. ad Od. p. 1667 bis. — **διὰ δὲ τῆς Θεσπρωτίδος.** Ex Molosside pro his Liv. VIII 24, 3, haud dubie propter mutatos fines utriusque regionis. — **Ἀχέρων ποταμός.** Hodie Sulorum fluvius sive Suliotico, apud ostium Fanaritico, etiam Gurla. Cf. Leak. l. d. De articulo hic et paulo post non addito cf. adn. c. 16. — **ἐσβάλλειν,** pro quo ἐμβάλλειν Strab. l. d. et Plat. Phaedon. 112d. 113b. c., de fluviis male reicit Thomas Mag. in ἐκβάλλει. Cf. Xen. Anab. I 7, 15. — **ῥεῖ δὲ καὶ Θύαμις.** Thyamim, de quo vid. Strab. l. d., plerique existimant esse Calamam. At Bloomf. ex superioribus mente repetens ἐς αὐτήν (τὴν Ἀχερουσίαν λίμνην) Bassam vult esse. Quo nomine fortasse appellat Vuvó sive Paramythiae fluvium, qui inter Acherusiam paludem et mare cum Acheronte se coniungit. Sed is, qui in paludem influere parum recte dicatur, Leakio est Cocytus, Thyamis Calamas. De Cestrine cf. Leak. l. l. IV p. 73. — **ὧν** ad Acherontem et Thyamim, non ad Thesprotidem et Cestrinen referendum esse docet Cestrines et Chimerii situs. Chimerium promunturium hodie Varlám nominari (prope Arpitzam situm) docet Leak. l. d. III p. 5 sq. Aliter, ut videtur, Bursi. l. d. p. 28. De collocatione verborum **ἡ ἄκρα τὸ Χειμέριον** et simili **τῇ Λευκίμμῃ τῷ ἀκρωτηρίῳ** 47, 2 cf. Krueg. Gr. § 50, 7 adn. 2. Contra ἄκρα Ἰαπυγία sine art. dici solet. Vid. adn. VI 30, 1. — **ἀνέχει** est eminet, ut IV 53, 3. VII 34, 2.

Cap. 47. § 1. **ὧν ἦρχε κ. τ. λ.** De imperatoribus Corcyraeorum argutatur Mueller de Rep. Corcyr. p. 68. — **Σύβοτα.** Strab. p. 324 εἰσὶ δὲ νησῖδες τὰ Σύβοτα . . . κατὰ τὸ ἑῷον ἄκρον τῆς Κερκυραίας τὴν Λευκίμμην κείμεναι. Hodie St. Nicolo di Sivota. — **δέκα.** Huius iteratio nem ex 45, 1 languidam esse opinatus Krueg. mavult δέ. Scriptor non plures illas fuisse diligenter videtur nos velle meminisse. — **καὶ . . . παρῆσαν,** et statim . . . advenerunt. Cf. III 6, 1.

www.libtool.com.cn

3 καὶ Ζακυνθίων χίλιοι ὁπλῖται βεβοηθηκότες. ἦσαν δὲ καὶ τοῖς Κορινθίοις ἐν τῇ ἠπείρῳ πολλοὶ τῶν βαρβάρων παραβεβοηθηκότες· οἱ γὰρ ταύτῃ ἠπειρῶται αἰεί ποτε αὐτοῖς φίλοι εἰσίν.

1 48. Ἐπειδὴ δὲ παρεσκεύαστο τοῖς Κορινθίοις, λαβόντες τριῶν ἡμερῶν σιτία ἀνήγοντο ὡς ἐπὶ
2 ναυμαχίαν ἀπὸ τοῦ Χειμερίου νυκτός, καὶ ἅμα ἕῳ πλέοντες καθορῶσι τὰς τῶν Κερκυραίων ναῦς
3 μετεώρους τε καὶ ἐπὶ σφᾶς πλεούσας. ὡς δὲ κατεῖδον ἀλλήλους, ἀντιπαρετάσσοντο, ἐπὶ μὲν τὸ δεξιὸν κέρας Κερκυραίων αἱ Ἀττικαὶ νῆες, τὸ δὲ ἄλλο αὐτοὶ ἐπεῖχον τρία τέλη ποιήσαντες τῶν νεῶν, ὧν ἦρχε <τῶν> τριῶν στρατηγῶν ἑκάστου
4 εἷς. οὕτω μὲν Κερκυραῖοι ἐτάξαντο. Κορινθίοις δὲ τὸ μὲν δεξιὸν κέρας αἱ Μεγαρίδες νῆες εἶχον καὶ αἱ Ἀμπρακιώτιδες, κατὰ δὲ τὸ μέσον οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι ὡς ἕκαστοι, εὐώνυμον δὲ κέρας αὐτοὶ οἱ Κορίνθιοι ταῖς ἄριστα τῶν νεῶν πλεούσαις κατὰ

§ 2. **Ζακυνθίων.** Quod hi succurrerunt Corcyraeis pugnare videatur cum verbis 31, 2 ἦσαν γὰρ (οἱ Κερκυραῖοι) οὐδενὸς Ἑλλήνων ἔνσπονδοι. Sed videntur in his demum rerum angustiis a Corcyraeis acciti esse. — **βοηθεῖν** hic, ut saepe, valet auxilio venire.

§ 3. **ἐν τῇ ἠπείρῳ.** Ad Sybota continentis. Vid. 50, 3. Τῇ ἠπείρῳ = τῇ κατὰ Κέρκυραν ἠπείρῳ 46, 3; nam Thucydidis aetate hoc vocabulum nondum erat nomen proprium. Cf. adn. III 94, 3 et Grot. Hist. III p. 556 (vers. Germ. II p. 324). A Krueg. haec impugnata defendit Herm. in Philol. I p. 372; sunt etiam contraria illis ἐπὶ τῇ Λευκ. — **οἱ ταύτῃ ἠπειρῶται.** Chaones praecipue. Cf. adn. 68, 2.

Cap. 48. § 1. **τριῶν ἡμερῶν σιτία.** Cf. Matth. Gr. § 315, 1. Krueg. Gr. § 47, 8 adn. 1.

§ 2. **μετεώρους]** πελαγίους. Schol. Cf. 52, 2. II 91, 3. III 33, 3.

quia pro τοῦ Ἀριστέως non minus bene (cf. 58, 2) scribi potuit τῷ Ἀριστεῖ. Frustra Madv. Adv. crit. I p. 307 ἔχοντι del. et alii alia coniecerunt. Cf. enim Hom. Il. XIV 139 sqq. Ἀχιλλῆος ὀλοὸν κῆρ γηθεῖ ... δερκομένῳ et adn. VI 85, 2. — τοὺς ἔξω ἰσθμοῦ. Attende articulum omissum, ut de isthmo Corinthio 108, 2. II 9, 2. IV 42, 2. Ceterum significantur qui extra isthmum stationem habebant atque in verbis Χαλκ. καὶ τοὺς ἔ. pars cum toto particula καί iungitur, qua de re cf. 116, 3 et Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 2. — διακοσίαν ἵππον. Cf. Matth. Gr. § 140 adn. 1. — σφᾶς, se (Aristeum) et suum exercitum. Cf. Krueg. Gr. § 58, 4 adn. 3. — ἐν μέσῳ ποιεῖν. Cf. Vig. p. 282. Steph. Thes. in ποιῶ p. 1297 (qui interpretatur in medio intercludere) et adn. 109, 4.

§ 4. τοὺς μὲν Μακεδόνας ἱππέας. Sic rursus 63, 2 οἱ Μακεδόνες ἱππῆς et Xen. Anab. VI 5, 26 οἱ Ἕλληνες πελτασταί. — ἐπὶ Ὀλύνθου. Cf. adn. 60, 3. — τοὺς ἐκεῖθεν. Cf. II 84, 5. VII 26, 3. VIII 107, 2. Krueg. Gr. § 50, 8 adn. 15. Sic saepe οἱ αὐτόθεν, ut II 25, 3. IV 129, 2. V 52, 2 et similia.

§ 5. οὐ πολὺ ὕστερον ξυνέμισγον. Cf. de hac pugna Plat. Charm. c. 1 et adn. infra 63, 3, de tempore proelii II 2, 1 et Seidl. Praef. Soph. Ant. p. LXV ed. Herm.

§ 6. τὸ καθ' ἑαυτούς. Aut ex superioribus simul audi

www.libtool.com.cn

63. Ἐπαναχωρῶν δὲ ὁ Ἀριστεὺς ἀπὸ τῆς διώ- 1
ξεως, ὡς ὁρᾷ τὸ ἄλλο στράτευμα ἡσσημένον, ἠπόρησε μὲν ὁποτέρωσε διακινδυνεύσῃ χωρήσας, ἢ ἐπὶ τῆς Ὀλύνθου ἢ ἐς τὴν Ποτείδαιαν· ἔδοξε δ' οὖν ξυναγαγόντι τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ὡς ἐς ἐλάχιστον χωρίον δρόμῳ βιάσασθαι ἐς τὴν Ποτείδαιαν, καὶ παρῆλθε παρὰ τὴν χηλὴν διὰ τῆς θαλάσσης

Cap. 63. § 1. *διακινδυνεύσῃ* It. Laur. Pal. m., *διακινδυνεύσαι* cum terminatione Th. inusitata Vat., vulgo *διακινδυνεύσει*.
*γοῦν* codd., quod quidem certe sonans hic non quadrat, ubi superiori *μέν* aliquid opponi debet. Nostra igitur coniectura *δ' οὖν* plerisque placuit. Cf. II 5, 7 et 34, 8. VIII 87, 6. 97, 1 et adn. I 3, 4.

*κέρας* aut de neutro cf. adn. II 45, 1. Deinde *ἐπεξῆλθον διώκοντες* hinc deprompsit Luci. Ver. hist. I 17.

Cap. 63. § 1. *διακινδυνεύσῃ χωρήσας*. Potuisse etiam *χωρῆσαι* scribi aut hoc verbum omitti ex VII 1, 1 et VII 47, 3 intellegitur. — *ἢ ἐπὶ τῆς Ὀ. ἢ ἐς τὴν Π.* Haec verba del. Herw., quod duplex *ἤ* falsarium prodat. Sed nequaquam haec tam facile subaudiuntur ut commodius absint quam adsint, et licet de *ἢ . . . ἤ* in interrogationibus disiunctivis posito dubitandum sit etiam apud poëtas Atticos (cf. Aesch. Prom. 780. Choëph. 890. Soph. OC. 80. Eur. Med. 493. Krueg. Synt. poët. et dial. § 65, 1 adn. 5), tamen aliud est *ἢ . . . ἤ* in disiunctiva interrogationis explicatione positum, cuius exemplum praeter Homerica (cf. Krueg. l. l. adn. 4) prorsus simile est Plat. Men. 82 b *πρόσεχε δὴ τὸν νοῦν ὁπότερ' ἄν σοι φαίνηται, ἢ ἀναμιμνησκόμενος ἢ μανθάνων παρ' ἐμοῦ*. Ut enim apud Th. *ὁποτέρωσε*, ita Platonis loco, de cuius integritate nobis quidem non videtur dubitandum esse, *ὁπότερα* disiunctim explicatur. — *ὡς ἐς ἐλάχιστον χωρίον*, in quam angustissimum spatium (ut conferta acie maiore et impetu et celeritate per hostes perrumperent). Iungenda haec cum *ξυναγαγόντι*. *Χωρίον* spatium valet etiam II 77, 5. 78, 1. De collocatione verborum vid. Matth. Gr. § 461 c. Krueg. Gr. § 49, 10 adn. 1. De Latinis vid. Madv. ad Cic. de Fin. V 9, 26. — *βιάσασθαι ἐς τὴν Ποτείδαιαν*, Potidaeam perrumpere (*sich nach Pot. durchschlagen*). Cf. VII 69, 4. Dorv. ad Char. p. 114. Fritzsch. ad Luci. p. 197. Ellendt. ad Arri. I 23, 4. — *παρῆλθε*. Iustus enim aditus reliquo exercitu victo et in urbem compulso haud dubie ab Atheniensibus obsessus erat. — *τὴν χηλήν*] *χηλὴ καλεῖται οἱ ἔμπροσθεν τοῦ πρὸς θάλασσαν τείχους προβεβλημένοι λίθοι διὰ τὴν τῶν κυμάτων βίαν, μὴ τὸ τεῖχος βλάπτοιτο*. Schol. Crepidinem hic interpretatur Port., dixeris etiam molem (Steindamm Hier. Muell.). Postremam eius partem a moenibus recedere et ita produci solere ut introitum portus coarctet docet Arn. Cf. VII 53, 1. VIII 90, 4 et interpr. Xen. Anab. VII 1, 17. — *διὰ τῆς θαλάσσης*, per mare, quatenus illa *χηλή* erat in mari.

www.libtool.com.cn

*βαλλόμενός τε καὶ χαλεπῶς, ὀλίγους μέν τινας*
2 *ἀποβαλών, τοὺς δὲ πλείους σώσας. οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ὀλύνθου τοῖς Ποτειδαιάταις βοηθοί (ἀπεῖχε δὲ ἑξήκοντα μάλιστα σταδίους καὶ ἔστι καταφανές), ὡς ἡ μάχη ἐγίγνετο καὶ τὰ σημεῖα ἤρθη, βραχὺ μέν τι προῆλθον ὡς βοηθήσοντες, καὶ οἱ Μακεδόνες ἱππῆς ἀντιπαρετάξαντο ὡς κωλύσοντες· ἐπειδὴ δὲ διὰ τάχους ἡ νίκη τῶν Ἀθηναίων ἐγίγνετο καὶ τὰ σημεῖα κατεσπάσθη, πάλιν ἐπανεχώρουν ἐς τὸ τεῖχος καὶ οἱ Μακεδόνες παρὰ τοὺς Ἀθηναίους·*
3 *ἱππῆς δ' οὐδετέροις παρεγένοντο. μετὰ δὲ τὴν μάχην τροπαῖον ἔστησαν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν τοῖς Ποτειδαιάταις· ἀπέθανον δὲ Ποτειδαιατῶν μὲν καὶ τῶν ξυμμάχων ὀλίγῳ ἐλάσσους τριακοσίων, Ἀθηναίων δὲ αὐτῶν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν καὶ Καλλίας ὁ στρατηγός.*

§ 2. *ἀπεῖχε* It. Vat. Aug. Pal. M. Cass. Cl. Ven. H. Reg. Lugd., *ἀπέχει* Laur. m. et aliquot deteriores. Cf. Xen. Anab. I 5, 6. Krueg. Gr. § 53, 2 adn. 4.

Praeter vel propter mare voluit esse Abresch., quem sequitur Bernh. Synt. p. 234, etsi hanc notionem praepositioni *διά* apud poëtas tantum et Herodotum ac recentissimos scriptores subiectam esse non negat. — *βαλλόμενός τε καὶ χαλεπῶς*. Cf. adn. 39, 1 et II 89, 6. III 34, 3. 42, 5. VIII 95, 2 et Krueg. Gr. § 59, 2 adn. 3.

§ 2. *ἑξήκοντα μάλιστα σταδίους*. LXX nominat Strab. p. 330, 28. — *ἔστι καταφανές*. „*Es ist ein übersichtlicher Raum*, ut *ἔσοπτόν ἐστι* Herod. II 138, 1. Similiter *πηλῶδες* VI 101, 3 et *κρημνῶδες* VII 84, 4.“ Krueg. Significant igitur verba Olynthi Potidaeam et res ibi gestas visas esse, quam notionem hic requiri ex iis quae sequuntur apparet. Cf. *ἐπιφανές* de Decelea dictum VII 19, 2 et locus late prospectans apud Tac. Hist. III 60, ubi vid. Kiessl. — *τὰ σημεῖα ἤρθη*. Cf. adn. 49, 1. — *διὰ τάχους*. Sic saepe Thuc. pro *κατὰ τάχος, ἐν τάχει*. Cf. II 18, 4. 85, 4. III 18, 1. 109, 3. IV 25, 2. 29, 1. 85, 2. 106, 3. Similiter *διὰ ταχέων*. Vid. adn. 80, 3. — *παρεγένοντο*] *ἐν τῇ μάχῃ*. Schol.

§ 3. *ὑποσπόνδους*. „Qs. subiectos pacto, h. e. pacto de iis tollendis inito.“ Bau. Cf. Matth. Gr. § 446, 9. Krueg. Gr. § 57, 5 adn. 4 et de re adn. 54, 1. — *ἀπέθανον δὲ κ. τ. λ.* Nota inscriptio in Athenienses qui in hac pugna perierunt. Vid. Inscr. Att. I n. 442. Hostium *πλείους τῶν τριακοσίων* caesos esse scribit Diod. XII 34, 4, ubi *μείους* legendum esse conicit Bloomf. Idem Calliam ducem apud Plut. Nic. 6 male Calliadem

www.libtool.com.cn

64. Τὸ δ' ἐκ τοῦ ἰσθμοῦ [τεῖχος] εὐθὺς οἱ 1
Ἀθηναῖοι ἀποτειχίσαντες ἐφρούρουν· τὸ δ' ἐς τὴν
Παλλήνην ἀτείχιστον ἦν· οὐ γὰρ ἱκανοὶ ἐνόμιζον
εἶναι ἔν τε τῷ ἰσθμῷ φρουρεῖν καὶ ἐς τὴν Παλ-
λήνην διαβάντες τειχίζειν, δεδιότες μὴ σφίσιν οἱ
Ποτειδαιᾶται καὶ οἱ ξύμμαχοι γιγνομένοις δίχα
ἐπιθῶνται. καὶ πυνθανόμενοι οἱ ἐν τῇ πόλει Ἀθη- 2
ναῖοι τὴν Παλλήνην ἀτείχιστον οὖσαν, χρόνῳ ὕστε-
ρον πέμπουσιν ἑξακοσίους καὶ χιλίους ὁπλίτας
ἑαυτῶν καὶ Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίου στρατηγόν· ὃς
ἀφικόμενος ἐς τὴν Παλλήνην καὶ ἐξ Ἀφύτιος ὁρ-
μώμενος προσήγαγε τῇ Ποτειδαίᾳ τὸν στρατόν,
κατὰ βραχὺ προϊὼν καὶ κείρων ἅμα τὴν γῆν· ὡς 3

vocari, quod patris (cf. 61, 1) et filii eius nomen fuerit, adnotat.

Cap. 64. § 1. τὸ δ' ἐκ τοῦ ἰσθμοῦ, latus quod isthmum spectabat. „Propr. a parte, a regione isthmi.“ Bau., qui mutatum spectantis locum vult cogitari. Cf. Matth. Gr. § 574 p. 1332. Krueg. Gr. § 68, 17 adn. 3 et infra § 2 extr. Τεῖχος Classen recte uncis inclusit; nam neque murus intercluditur, sed ipsa urbs et huius partem significari oppositum τὸ ἐς τὴν Π. ostendit, ubi τεῖχος cogitari nequit. Cf. 65, 1. III 51, 3. VI 104, 1. VIII 26, 3. Nugantur qui contra dicunt. — ἀποτειχίσαντες. Hoc valet muro exstructo ab agris seiungere ideoque circumvallare, ut περιτειχίζειν. Cf. § 2. 65, 1. VII 1, 1. 4, 1. 6, 11. — ἐφρούρουν, in praesidio erant in munimentis contra hostilia erectis vel omnino praesidio custodiebant, obsidebant. Cf. III 17, 3. — τὸ δ' ἐς τὴν Παλλήνην, scil. latus. Nam τεῖχος quidem ἀτείχιστον esse nequit. — ἀτείχιστον insolentiorem hic vim habet οὐκ ἀποτείχιστον, ut mox τειχίζειν ἀποτειχίζειν valet. — γιγνομένοις δίχα. Cf. Matth. Gr. § 309 c. Krueg. Gr. § 62, 2 adn. 4. infra 122, 2. VI 100, 1. VII 81, 2. Ad rem quod attinet, Potidaea totum isthmum ita a mari ad mare occupatum esse ut omnem aditum paeninsulae terra intercluderet cl. Herod. VIII 129 admonet Arn. Cf. IV 120, 3.

§ 2. ἑξακοσίους καὶ χιλίους. Χιλίους Isocr. XVI 29. — Φορμίωνα. De hoc insigni duce vid. schol. Aristoph. Pac. 347. Asopius eius et pater et filius appellatur. Cf. III 7, 1. — ἐξ Ἀφύτιος] μία πόλις τῶν ἐν Παλλήνῃ ἡ Ἄφυτις. (Ad litus in orientem vergens ubi nunc vicus Athyto collocatur a Leak. Graec. sept. III p. 156.) Ἰωνικῶς δὲ εἶπεν Ἀφύτιος [ut Herod. VII 123]. ἔδει γὰρ διὰ τοῦ δ. Schol. Talia sunt Γοάξιος IV 107, 3, Κνίδιος V 51, 2. In dativo Ἀφύτει dixit Xen. Hell. V 3, 19. Cf. Krueg. Gr. § 18 adn. 4 et Popp. ac Kuehn. ad Xen. Anab. VII 8, 12. — ὁρμώμενος, proficiscens, i. e. Aphytim sedem belli (ὁρμητήριον) faciens. Cf. III 31, 1. IV 52, 2. V 6, 1. — κείρων. Alibi τέμνων, δῃῶν. Cf. 65, 3. 81, 1. 96, 1. II 75, 298, 1. Hoc uno

www.fbtool.com.cn

δ' οὐδεὶς ἐπεξῄει ἐς μάχην, ἀπετείχισε τὸ ἐκ τῆς Παλλήνης τεῖχος. καὶ οὕτως ἤδη κατὰ κράτος ἡ Ποτείδαια ἀμφοτέρωθεν ἐπολιορκεῖτο καὶ ἐκ θαλάσσης ναυσὶν ἅμα ἐφορμούσαις.

1 65. Ἀριστεὺς δὲ ἀποτειχισθείσης αὐτῆς καὶ ἐλπίδα οὐδεμίαν ἔχων σωτηρίας, ἢν μή τι ἀπὸ Πελοποννήσου ἢ ἄλλο παρὰ λόγον γίγνηται, ξυνεβούλευε μὲν πλὴν πεντακοσίων ἄνεμον τηρήσασι τοῖς ἄλλοις ἐκπλεῦσαι, ὅπως ἐπὶ πλέον ὁ σῖτος ἀντίσχῃ, καὶ αὐτὸς ἤθελε τῶν μενόντων εἶναι· ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, βουλόμενος τὰ ἐπὶ τούτοις παρασκευάζειν καὶ ὅπως τὰ ἔξωθεν ἕξει ὡς ἄριστα, ἔκπλουν ποιεῖται λαθὼν τὴν φυλακὴν τῶν Ἀθη-
2 ναίων· καὶ παραμένων ἐν Χαλκιδεῦσι τά τε ἄλλα

Cap. 65. § 1. παράλογον vulgo et Hesych. s. v. contra consuetudinem Thucydidis. Cf. adn. 78, 1. Krueg. ad Dion. p. 267.
ἀντισχῇ Laur. Pal., quod recepit Bekk. Sed noli a vulgata recedere, etiamsi (de quo vid. adn. c. 7) ab ἀντέχειν, non ab ἀντίσχειν originem repetas; nam ita παράσχω, κατάσχω, πρόσχω scribimus. Vid. Etym. M. 495, 6. Herodian. I p. 457. 468. Goettl. Doctr. Accent. § 28. Cf. 121, 4.

loco κείρειν apud Th., frequentius apud Herodotum (cf. VI 75. 99. VII 131. VIII 32. 65. IX 15).
§ 3. τὸ ἐκ τῆς Π. τεῖχος. Vox τεῖχος, quam hic quoque del. Herw., ferri potest, si ipsum est ἀποτείχισμα (VI 103, 1. VII 4, 1), secundum Krueg. Gr. § 56, 5. — ἐφορμούσαις. Frequens verbum de iis qui navibus hostes speculantur vel obsident et de his navibus ipsis. Cf. 116, 1. adn. III 31, 1.

Cap. 65. § 1. ἀποτειχισθείσης αὐτῆς καὶ . . . ἔχων. Genetivi absoluti similiter aliquotiens cum participiis in nominativo collocatis particula καί aut duabus τὲ καί iunguntur. Cf. 67, 1. IV 28, 1. 29, 1. 100, 1. 124, 4. V 116, 3. VI 93, 1. Krueg. Gr. § 56, 14, 2. Liv. XXV 22, 15. Tac. Ann. III 11, ubi vid. Nipperd. — ἄλλο. „Exspectaveris ἄλλοθεν, sed cf. V 80, 1 καὶ ὁπόσα ἀλλήλων πολέμῳ ἢ εἴ τι ἄλλο εἶχον." Krueg. — τῶν μενόντων εἶναι. Cf. Krueg. Gr. § 47, 9 adn. 2. — τὰ ἐπὶ τούτοις, ea quae secundum haec gerenda erant, post haec necessaria videbantur. Cf. VII 62, 3. Arist. Plut. 56. — καὶ ὅπως. Etiam hoc pendet ex παρασκ. Male καὶ del. Meinek. in Herm. III p. 362. Nam τὰ ἐπὶ τούτοις ea significat quae ad ipsam Potidaeam defendendam deinde necessaria videbantur eoque refertur quod auxilia ex Peloponneso § 2 arcessebat. — τὰ ἔξωθεν, propr. extrinsecus imminentia, = τὰ ἔξω. Cf. II 13, 7. 49, 5. Krueg. Gr. § 50, 8 adn. 17.
§ 2. τὰ ἄλλα ξυνεπολέμει. Cf. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 4. Sic iterum VIII 46, 5.

www.libtool.com.cn

ξυνεπολέμει καὶ Σερμυλιῶν λοχήσας πρὸς τῇ πόλει πολλοὺς διέφθειρεν, ἔς τε τὴν Πελοπόννησον ἔπρασσεν ὅπῃ ὠφελία τις γενήσεται. μετὰ δὲ τῆς 3
Ποτειδαίας τὴν ἀποτείχισιν Φορμίων μὲν ἔχων τοὺς ἑξακοσίους καὶ χιλίους τὴν Χαλκιδικὴν καὶ Βοττικὴν ἐδῄου καὶ ἔστιν ἃ καὶ πολίσματα εἷλεν.

66. Τοῖς δ' Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις αἰτίαι μὲν αὗται προσεγεγένηντο ἐς ἀλλήλους, τοῖς

§ 2. ὅπως, quod coniecit Tusanus, M. At cf. adn.
Cap. 66. προεγεγένηντο Vat. Laur. Pal., reliquorum plurimi, ut videtur, προσεγεγένηντο. Cf. adn.

Vid. etiam adn. 29, 1 et 6, 6. — Σερμυλιῶν. Scholiasta hunc genetivum et ad πόλει et ad πολλούς referre recte videtur; nam si πολλούς de Atheniensibus accipias, hi in proximis superioribus non sunt nominati; praeterea vero V 18, 8 Sermylienses Atheniensibus parent (cf. Boeckh. Inscript. p. 804 sq. Inscr. Att. I n. 255), neque eos interea expugnatos esse legimus, etsi sic ibi commemorantur ut hostilia eos aut fecisse aut molitos esse in Athenienses pateat. Sermyliam in Sithonia sitam fuisse docet Herod. VII 122. Nunc σταὶς Ἑρμυλίαις, στὰ Ὁρμύλια, apud Leak l. d. III p. 153 sq. — ἔς τε τὴν Πελοπόννησον ἔπρασσεν. Cf. 132, 4. IV 121, 2. Plenius supra 57, 4. Similes emphases sunt ἐφίεσθαι ἐς τὴν Λακεδαίμονα IV 108, 6, στρατιὰν ἐπαγγέλλειν ἐς τοὺς ξυμμάχους VII 17, 1, ubi cf. adn. Tum de ὅπῃ γενήσεται vid. 129, 3. IV 128, 5. VI 93, 2.

§ 3. ἀποτείχισιν. Male vituperat Marcell. 52. Illustratur satis iis quae de ἀποτειχίζειν exposita sunt ad 64, 1. — Φορμίων . . . ἐδῄου] ἄπορον πῶς ὁ Φορμίων τὸ πρὸς τῇ Παλλήνῃ τεῖχος φυλάσσων τὴν Χαλκιδικὴν καὶ Βοττικὴν γῆν ἐδῄου καὶ οὐχὶ μᾶλλον τὸ ἕτερον μέρος τῆς φυλακῆς, ὅπερ εἶχεν ὁ Καλλίας πρὶν ἢ τελευτῆσαι. καί φαμεν ὅτι τὸ πρὸς τῇ Παλλήνῃ μέρος φίλιον ἦν, τὸ δὲ πρὸς Ὀλύνθῳ ἐχθρόν. εἰκότως οὖν ἠμέλητο τὸ τοῦ Φορμίωνος μέρος ὡς ἱκανῶν ὄντων Παλληνέων [Παλληνίων] τὸ καθ' ἑαυτοὺς μέρος φυλάσσειν. Schol. Scholiastae solutionem quaestionis reicit Goell., quod falsum esse partem a Pallena sitam Atheniensibus amicam fuisse ex c. 64 appareat. Praeterea Pallenam non omnino a Chalcidice excludere videtur Th.; utique Sane Chalcidensium colonia in Pallena sita erat (cf. adn. V 18, 6). Vide etiam Kiepert. Geogr. ant. § 285. Βοττική, de qua cf. Kiepert. l. l., iterum legitur II, 101, 4. Alia est Βοττία s. Βοττιαία II 99, 3. 100, 4. Cf. Kiepert. l. l. § 278.

Cap. 66. αἰτίαι αὗται. Cf. 55, 2. adn. 1, 2. Hae causae cum, ut proxima explicatio ostendit, in sola Potidaeae defectione et obsidione vertantur, non possunt eaedem esse de quibus Th. 23, 5 τὰς αἰτίας προέγραψα πρῶτον καὶ τὰς διαφοράς dixit. Nam in his quidem primo loco erat bellum inter Corcyraeos et Epidamnios exortum. Quod cum non minus ante bellum Peloponnesiacum fuerit atque Potidaeae defectio, falsam esse efficitur scripturam προεγεγένηντο. Verum respicitur ad 55,

*μὲν Κορινθίοις ⟨ἐς τοὺς Ἀθηναίους⟩ ὅτι τὴν Ποτείδαιαν ἑαυτῶν οὖσαν ἀποικίαν καὶ ἄνδρας Κορινθίων τε καὶ Πελοποννησίων ἐν αὐτῇ ὄντας ἐπολιόρκουν, τοῖς δ' Ἀθηναίοις ἐς τοὺς Πελοποννησίους ὅτι ἑαυτῶν τε πόλιν ξυμμαχίδα καὶ φόρου ὑποτελῆ ἀπέστησαν καὶ ἐλθόντες σφίσιν ἀπὸ τοῦ προφανοῦς ἐμάχοντο μετὰ Ποτειδαιατῶν. οὐ μέντοι ὅ γε πόλεμός πω ξυνερρώγει, ἀλλ' ἔτι ἀνοκωχὴ ἦν· ἰδίᾳ γὰρ ταῦτα οἱ Κορίνθιοι ἔπραξαν.*

1 67. *Πολιορκουμένης δὲ τῆς Ποτειδαίας οὐχ ἡσύχαζον, ἀνδρῶν τε σφίσιν ἐνόντων καὶ ἅμα περὶ τῷ χωρίῳ δεδιότες· παρεκάλουν τε εὐθὺς ἐς τὴν Λακεδαίμονα τοὺς ξυμμάχους καὶ κατεβόων*

2 *αἰτία δὲ αὕτη πρώτη ἐγένετο τοῦ πολέμου* et eae causae significantur quae ad hanc primam accesserunt. Cf. Ullr. Symb. I p. 27 sqq. — *ὅτι*. „*Ἐς τοὺς Ἀθηναίους ὅτι* Reisk. apud Abr. Diluc. Bene, quanquam propter propinquum *τοῖς Κορινθίοις*, si necesse est, carere illis possumus." Krueg. Sed quomodo propter *τοῖς Κορινθίοις* manca esse possit rerum distinctio non apparet. Nam postquam has causas Atheniensibus et Peloponnesiis accessisse in universum memoratum sit, rem ita singillatim explicari verbis infra scriptis *τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τοὺς Πελοποννησίους* cognoscitur ut quomodo alteri alteris causam belli praebuerint exponatur. Qui autem eam Corinthiis praebuerint nominatim non significatur neque ex verbis *τοῖς Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις*, ubi non separatim, sed coniunctim Athenienses et Peloponnesios appellari et sententia et articulus semel positus ostendit, soli Athenienses pro subiecto verbi *ἐπολιόρκουν* subaudiri possunt. Itaque Reiskii supplementum propter totius sententiae rationem necessarium est. — *Κορινθίων τε καὶ Πελοποννησίων*. Cf. III 109, 2 *Λακεδαιμονίων καὶ Πελοποννησίων* et adn. 116, 3. — *ἀπὸ τοῦ προφανοῦς*. Cf. adn. 36, 4. — *ξυνερρώγει* est exquisitius verbum, ut Lat. erupérat et *καταρραγῆναι* apud Aristoph. Hoc sensu apud posteriores demum scriptores, velut Plutarchum Appianum Cassium Dionem invenitur. — *ἰδίᾳ*, separatim, per se, non consultis sociis.

Cap. 67. § 1. *παρεκάλουν . . . τοὺς ξυμμάχους*. I. e. socios precibus et admonitionibus ut sicut ipsi legatos de Atheniensibus conquesturos Lacedaemonem mitterent permovere studuerunt. Ius enim conventum foederatorum indicendi soli Lacedaemonii videntur habuisse neque de eo hic agitur. Vid. § 3 adn. et Schoem. Antiqu. iur. publ. Gr. p. 426. Socios eos qui bello Corcyraeo et Potidaeatico adiuverint Corinthios esse vult Ullr. Symb. crit. I p. 29 sq. Sed sic parum distincte Th. locutus esset et contrarium ex § 3 cum 87, 4 collata cognoscitur. — *κατεβόων*. Hinc *καταβοή* 73, 1. Verbum

www.libtool.com.cn

ἐλθόντες τῶν Ἀθηναίων ὅτι σπονδάς τε λελυκότες εἶεν καὶ ἀδικοῖεν τὴν Πελοπόννησον. Αἰγινῆ- 2
ταί τε φανερῶς μὲν οὐ πρεσβευόμενοι, δεδιότες τοὺς Ἀθηναίους, κρύφα δέ, οὐχ ἥκιστα μετ' αὐτῶν ἐνῆγον τὸν πόλεμον, λέγοντες οὐκ εἶναι αὐτόνομοι κατὰ τὰς σπονδάς. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, προσ- 3
παρακαλέσαντες τῶν ξυμμάχων καὶ εἴ τίς τι ἄλλος

Cap. 67. § 3. τῶν ξυμμάχων τε καὶ εἴ τις It. Laur. m. et aliquot deteriores, quam vulgatam mirum est a Bekk. servatam esse; nam nec alii praeter socios a Lacedaemoniis ad illud concilium convocati sunt (cf. adn.), et huic rationi obstat καὶ εἴ τις τι. ἄλλο codd. Cf. adn.

ita positum redit 115, 2. — σπονδάς. Si τὰς σπονδὰς malis, quia notissimae illae τριακοντούτεις sint, cogita iam supra 53, 2 legi σπονδὰς λύοντες (ubi cf. adn.) et 78, 4 λέγομεν ὑμῖν σπονδὰς μὴ λύειν. — λελυκότες εἶεν. Perfectum ad rei statum describendum. Similem vim praesens ἀδικοῖεν habet. Cf. Krueg. Gr. § 53, 1 adn. 3.

§ 2. Αἰγινῆται. Cf. Plut. Pericl. 29. Haec et proxima affert Doxop. II p. 444 Walz., ubi male αὐτονόμους. — κρύφα δέ. Kruegerum secuti nunc hic interpunximus, ut post κρύφα δέ repetatur participium πρεσβ. Olim obtemperavimus Hermanno, qui „particulae μὲν ... δέ“ inquit „interdum ad ea tantum ipsa quae opposita inter se sunt referuntur, manente constructione participii“ ad Soph. El. v. 1059 hoc exemplo utens. Thucydideum κρύφα non raro habere etiam Plutarchum, apud tragicos autem κρυφῇ legi disces ex Steph. Thes. — κατὰ τὰς σπονδάς. Haec ad foedera tricennalia (115, 1) pertinere Mueller Aegin. p. 180 negat, quia Aegina prius (108, 4) in dicionem Atheniensium redacta nec his foederibus Peloponnesiis reddita sit. Idemque alibi (Prolegom. p. 410 sq.) foedus post pugnam Plataeensem inter Graecos ictum respici censet. Cf. II 72, 1. III 68, 1. Fortasse ambo foedera, tricennale et post pugnam Plataeensem factum, significari adeo suspicatur Grot. Hist. VI p. 105 (interpr. III p. 374). At Krueg. in Stud. hist. p. 192 sqq., cum σπονδαί, nisi quid accedat, ubi de belli Pelop. causis dicatur, semper sint foedera triginta annorum, horum lege aliqua Lacedaemonios Aeginetarum αὐτονομίᾳ putat prospexisse. Cf. quae idem in pace Niciae de Olynthiis et aliis pacti sunt V 18, 5.

§ 3. προσπαρακαλέσαντες τ. ξ. καὶ εἴ τίς τι ἄλλος κ. τ. λ., i. e. praeterea advocatis etiam aliis sociorum qui qua fortasse iniuria se affectos esse dicebant. Dicendi genus plane comparandum cum verbis Tac. de Orat. 3 sublatis si qua pravae interpretationi materiam dederunt, i. e. sublatis iis quae fortasse etc. Pro codd. scriptura ἄλλο Ullr. Symb. I p. 33, ut olim Reisk., ἄλλος legendum esse dixit, quoniam socii praeter illa ὅτι σπονδὰς ... Πελοπ. queri de nulla re facile potuissent. Accedit alia causa qua ut hanc coniecturam accipiamus adducamur. Si enim ἄλλο retineremus, non advocati essent ex sociis qui de iisdem vel similibus atque Corinthii et Aeginetae iniuriis quererentur,

www.libtool.com.cn


ἔφη ἠδικῆσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων, ξύλλογον σφῶν αὐτῶν ποιήσαντες τὸν εἰωθότα λέγειν ἐκέλευον.
4 καὶ ἄλλοι τε παριόντες ἐγκλήματα ἐποιοῦντο ὡς ἕκαστοι καὶ Μεγαρῆς, δηλοῦντες μὲν καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα διάφορα, μάλιστα δὲ λιμένων τε εἴργεσθαι τῶν ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀγορᾶς
5 παρὰ τὰς σπονδάς. παρελθόντες δὲ τελευταῖοι Κορίνθιοι καὶ τοὺς ἄλλους ἐάσαντες πρῶτον παροξῦναι τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπεῖπον τοιάδε.
1 68. „Τὸ πιστὸν ὑμᾶς, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τῆς καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς πολιτείας καὶ ὁμιλίας ἀπιστο-

quod a Lacedaemoniorum consilio alienissimum est, qui omnes omnium querelas audire volunt. Ceterum non factum esse tum conventum omnium foederatorum, sed eorum qui quererentur, etiam ex 87, 4 apparet. — ξύλλογον ... τὸν εἰωθότα. Infra 72, 2 verba τὸ πλῆθος αὐτῶν substituuntur. Ἐκκλησίαν μικράν solos Spartiatas exceptis Lacedaemoniis vel potius solos ὁμοίους Spartiatarum amplectentem significari, quoniam maior contio c. 119 sequeretur, fuerunt qui putarent, sicut Manso Spart. I 1 p. 92, qui verbis 72, 2 et 87, 2 refutantur. Et c. 119 simul socios, hic solos Spartiatas et Lacedaemonios suffragia ferre atque minorum illarum contionum apud Thuc. nullum vestigium exstare iure respondit Tittmann. Respubl. Gr. p. 90 adn. 3. De contionibus Lacedaemoniorum praeter Muell. Dor. II p. 86 sqq. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 464 et alios vid. Schoemann. de Eccles. Laced. (Opuscul. acad. I p. 87 sqq.), a quo Lachmanni de Rep. Laced. p. 200 sqq. opinio mira satis refutata est sicut a Thirlw. Hist. IV p. 452 sqq. A Thucydide sociorum consessum (ξύνοδος c. 119), contionem minorem et maiorem et senatorum consessum confusa esse docere conatur Pfau. Meditat. crit. de orat. Thuc. p. 16—19 orationes proximas negans vere esse habitas. Sed adversus hunc bene disseruit Vischer in Script. min. I p. 420 sqq. Cf. etiam Ullr. Symb. crit. I p. 35 sqq. — ποιήσαντες. Activum instituendi seu convocandi vim habet. Cf. 139, 3. VI 8, 2. 72, 1 et adn. VI 58, 2.

§ 4. καὶ ἕτερα. Cf. Reingan. Megar. p. 81. — λιμένων τε εἴργεσθαι κ. τ. λ. De hoc Periclis per Charinum perlato decreto vid. 139, 1, Arist. Ach. 515 sqq. Plut. Pericl. 29. schol. ad Arist. Pac. 604. 605. 608. Ullr. de Psephism. Megar. p. 31—36, qui aestate a. 432 factum censet. — παρὰ τὰς σπονδάς. Cf. Krueg. Stud. hist. p. 195.

§ 5. καὶ ... ἐάσαντες iunge τελευταῖοι καὶ ἐάσαντες.

Cap. 68. In Corinthiorum oratione post exordium (68, 1—3) sequitur brevis enarratio iniuriarum Atheniensium, quas inde ortas esse exponitur quod Lacedaemonii eorum potestatem in dies magis magisque crescere passi sint (68, 3—70), adiungitur descriptio indolis Atheniensium rerum novarum studiosae et ad audaces conatus promptae cum Lacedaemoniorum indole expresse aut tacite comparatae (70), tum vituperatur Lacedaemoniorum cunctatio et segnities (71, 1—4), finem facit epilogus.

www.libtool.com.cn

τέρους, ἐς τοὺς ἄλλους ἤν τι λέγωμεν, καθίστησιν·
καὶ ἀπ' αὐτοῦ σωφροσύνην μὲν ἔχετε, ἀμαθίᾳ
δὲ πλέονι πρὸς τὰ ἔξω πράγματα χρῆσθε. πολλά- 2
κις γὰρ προαγορευόντων ἡμῶν ἃ ἐμέλλομεν ὑπὸ
Ἀθηναίων βλάπτεσθαι, οὐ περὶ ὧν ἐδιδάσκομεν
ἑκάστοτε τὴν μάθησιν ἐποιεῖσθε, ἀλλὰ τῶν λεγόν-
των μᾶλλον ὑπενοεῖτε ὡς ἕνεκεν τῶν αὐτοῖς ἰδίᾳ
διαφόρων λέγουσιν. καὶ δι' αὐτὸ οὐ πρὶν πά-
σχειν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῷ ἔργῳ ἐσμέν, τοὺς ξυμ-
μάχους τούσδε παρεκαλέσατε, ἐν οἷς προσήκει
ἡμᾶς οὐχ ἥκιστα εἰπεῖν, ὅσῳ καὶ μέγιστα ἐγκλή-

§ 1. **Τὸ πιστὸν ... ὁμιλίας**, fides (*die Zuverlässigkeit, Rechtlichkeit*, cf. adn. 6, 3) qua in administratione civitatis domestica (cui paulo post *τὰ ἔξω πράγματα* opponuntur) et in consuetudine privata utimini. — **ὑμᾶς**. „Pronomen interpositum est, ut 70, 1. 73, 2." Krueg. Cf. 6, 3. 47, 2. V 82, 5. VII 78, 6. — **ἀπιστοτέρους**, vi activa diffidentiores, suspiciosiores (cf. IV 17, 5), scil. quam essetis, si fide illa non uteremini (cf. adn. 35, 5. 36, 1. 73, 2. 82, 5). Si cum hoc vocabulo *ἐς τοὺς ἄλλους* iungitur, offendimus in sententia. Nam fides et integritas nostra non potest nos in universum suspiciosos in ceteros, si quid dicant, sive in ceterorum verbis suspicaces, sed tantum in eos reddere qui alios criminantur, cum alios ex nostro ingenio iudicantes haud facile quemquam improbum putemus. Cf. III 37, 2. Quare interpunctionem ante *ἐς* collocari iussit Kistem., quem nos secuti sumus. Quod vero *λέγειν ἐς τινας* Attice valere coram aliis dicere et obstare articulum ante *ἄλλους* positum respondent Krueg. et Haas. Lucubr. p. 1, etiam de aliquo (cf. VII 69, 2. Aeschin. III 197) et contra aliquem (cf. VI 41, 2. Herod. I 86. Plat. de Rep. 538b. Dio Chrys. XXXVI 14. Cass. Dio fragm. 9, 3) dicere valet. Neque in *ἤν* ita postposito haerebis. Cf. adn. 77, 2. IV 4, 1. Ceterum *τοὺς ἄλλους* nonnulli male explicant nos reliquos. — **σωφροσύνην**, moderationem. Cf. 84, 2. 3.

§ 2. **τὴν μάθησιν ἐποιεῖσθε**. „*Ἀντὶ τοῦ ἐμανθάνετε.*" Alexand. *περὶ σχημ.* VIII p. 469. Walz. Cf. Matth. Gr. § 421 adn. 4 et supra 8, 3. 13, 1. 50, 2. 51, 2. 70, 7. 143, 5. II 44, 3. — **τῶν λεγόντων**. De genet. vid. adn. 52, 3. — **ἕνεκεν τῶν αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφόρων**, propter privatas eorum controversias, vel magis generatim *ihres Privatinteresses wegen*. Cf. II 37, 1 *τὰ ἴδια διάφορα* et III 42, 2 *ἰδίᾳ τι αὐτῷ διαφέρει*. — **λέγουσι**. Cf. Matth. Gr. § 507, 3 et 529, 5. — **ἐν τῷ ἔργῳ ἐσμέν**, i. e. *ἤδη τῷ ὄντι πάσχομεν*. Simul tamen in certamine sumus significari putat Class. Cf. adn. 105, 6. — **ἐν οἷς** non valet apud quos, coram quibus, quoniam non in sociorum concilio, sed in Lacedaemoniorum contione Corinthii loquuntur (67, 3), sed inter quos et iungitur cum superlativo *ἥκιστα*. Cf. *ἐν τοῖς πρῶτοι* 6, 3 et praeterea Hom. Il. XVII 26. Pind. Pyth. III 21. Xen. Hier.

www.libtool.com.cn

ματα ἔχομεν, ὑπὸ μὲν Ἀθηναίων ὑβριζόμενοι, ὑπὸ
δὲ ὑμῶν ἀμελούμενοι.
3 Καὶ εἰ μὲν ἀφανεῖς που ὄντες ἠδίκουν τὴν
Ἑλλάδα, διδασκαλίας ἂν ὡς οὐκ εἰδόσι προσέδει·
νῦν δὲ τί δεῖ μακρηγορεῖν, ὧν τοὺς μὲν δεδου-
λωμένους ὁρᾶτε, τοῖς δ' ἐπιβουλεύοντας αὐτούς,
καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς ἡμετέροις ξυμμάχοις, καὶ ἐκ
πολλοῦ προπαρεσκευασμένους, εἴ ποτε πολεμήσον-
4 ται; οὐ γὰρ ἂν Κέρκυράν τε ὑπολαβόντες βίᾳ
ἡμῶν εἶχον καὶ Ποτείδαιαν ἐπολιόρκουν, ὧν τὸ
μὲν ἐπικαιρότατον χωρίον πρὸς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης
ἀποχρῆσθαι, ἡ δὲ ναυτικὸν ἂν μέγιστον παρέσχε
1 Πελοποννησίοις. 69. καὶ τῶνδε ὑμεῖς αἴτιοι, τό
τε πρῶτον ἐάσαντες αὐτοὺς τὴν πόλιν μετὰ τὰ
Μηδικὰ κρατῦναι καὶ ὕστερον τὰ μακρὰ στῆσαι

Cap. 68. § 3. εἴ ποτε ἄρα M. cum paucis deterioribus, quod agnoscit schol. ἐν ἄλλῳ οὐ κεῖται τὸ ἄρα.

11, 7. Plat. Tim. 64a. — οὐχ ἥκιστα ... ὅσῳ καὶ μέγιστα. Vid. Matth. Gr. § 462. Krueg. Gr. § 51, 10 adn. 5. — ἀμελούμενοι. Cf. Matth. Gr. § 490. Krueg. Gr. § 52, 4 adn. 1.

§ 3. ὡς οὐκ εἰδόσι ... τί δεῖ μακρηγορεῖν. Cf. II 36, 4 et ad illa simul audi ὑμῖν, ad haec ἡμᾶς, quo refertur ὧν. Cf. Krueg. Gr. § 51, 14 adn. 14. — τοὺς μέν] τοὺς Αἰγινήτας. Schol. — τοῖς δέ] Μεγαρεῦσι. id. — τοῖς ἡμετέροις ξυμμάχοις. Potidaeatis et, id quod ex Corcyrae commemoratione colligas, colonis Corinthiorum ad mare Ionium conditis. — πολεμήσονται, i. e. πολεμηθήσονται. Cf. VIII 43, 2. Demosth. XXXIII 110. Krueg. Gr. § 39, 11 adn. Si quando, inquit, bello petantur ob multas iniurias quibus nos affecerunt.

§ 4. οὐ γὰρ ἄν. Simul audi εἰ μὴ προπαρεσκευασμένοι ἦσαν ἐς πόλεμον. Cf. Krueg. Gr. § 54, 12 adn. 9 et adn. 11, 1. 102, 2. Tum ὑπολαβεῖν est surripere, fraudulenta molitione partibus suis adiungere. Cf. 121, 3. 143, 1 et Camp. Quaest. p. 7. — βίᾳ ἡμῶν. Cf. adn. 43, 3. — τὸ μέν. Potuit ἡ μέν scribere, sed orationis variandae causa accommodavit nomini χωρίον. Rettulit autem τὸ μέν ad posterius nomen, ut III 82, 7. IV 62, 2. — ἀποχρῆσθαι, ut Lat. abuti, est libere uti, cum ἀπό intendendi vim habeat. Cf. VI 17, 1. VII 42, 3. Cogitandum autem αὐτοῖς (τοῖς ἐπὶ Θ.).

Cap. 69. § 1. καὶ τῶνδε ὑμεῖς. Haec et § 4 init. σφοδρότητος exempla esse vult Aristid. in Art. rhet. vol. II p. 469. — ἐάσαντες ... κρατῦναι. Cf. c. 90 sq. Κρατύνειν, munire, sic iterum III 18, 1, medium IV 59, 3. 114, 2. Medio sic usi sunt etiam Appi. Plut. Dio. Cass. Vid. Steph. Thes. Longe alium usum activi apud tragicos esse constat. — τὰ μακρὰ ... τείχη. Cf. c. 107. — στῆσαι hoc uno loco de

www.fbtool.com.cn

τείχη, ἐς τόδε τε αἰεὶ ἀποστεροῦντες οὐ μόνον τοὺς ὑπ' ἐκείνων δεδουλωμένους ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑμετέρους ἤδη ξυμμάχους· οὐ γὰρ ὁ δουλωσάμενος, ἀλλ' ὁ δυνάμενος μὲν παῦσαι, περιορῶν δὲ ἀληθέστερον αὐτὸ δρᾷ, εἴπερ καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς ἀρετῆς ὡς ἐλευθερῶν τὴν Ἑλλάδα φέρεται. μόλις δὲ νῦν γε ξυνήλθομεν καὶ οὐδὲ 2
νῦν ἐπὶ φανεροῖς. χρῆν γὰρ οὐκ εἰ ἀδικούμεθα ἔτι σκοπεῖν, ἀλλὰ καθ' ὅ τι ἀμυνούμεθα. οἱ γὰρ δρῶντες βεβουλευμένοι πρὸς οὐ διεγνωκότας ἤδη

Cap. 69. § 2. νῦν τε codd. Emend. Steph.

muris excitandis legi videri adnotat Class. post Bloomf. Hunc tamen usum hinc petiit Aristid. I p. 556 (373). — ἐς τόδε] μέχρι τοῦδε. Schol. — οὐ γὰρ ... αὐτὸ δρᾷ.] „Qui ... non vetat peccare, cum possit, iubet.“ Senec. Hnc respicit schol. Hermog. IV p. 676. Walz. αὐτό] τὸ δουλώσασθαι. — εἴπερ ... φέρεται] Ἀξίωσις aut passivam hic vim habet, ut sit ἀξίωμα, dignitas (de quo usu vid. adn. II 34, 6) vel existimatio, laus, aut activam, ut sit assertio, vindicatio. Aut sic igitur verba interpretanda: si quidem virtutem, quod Graeciae liberator sit, palam ad se vindicat (propr. virtutis assertionem prae se fert) aut, quod et verbo φέρεσθαι pro Latinis prae se ferre non usitato et particulae καί congruentius videtur, si quidem item (*wenn anders auch*, *wenn anders nicht weniger gewiss*) virtutis laudem, quod ... sit, fert (consequitur). Cf. II 11, 9. Εἴπερ καί praesertim si minus accurate interpretatur Baeuml. de part. p. 203. — ἐλευθερῶν sonat liberatorem esse, ut φεύγειν exsulem esse, νικᾶν victorem esse, similia. Cf. adn. 54, 2 et simul sententiae causa II 8, 4.

§ 2. ἐπὶ φανεροῖς. Porti interpretationem propter manifestas res, i. e. iniuriam Atheniensium existimantes manifestam esse, solent probare propter explicationem χρῆν γάρ cet., quae verba plene sic scriberentur: εἰ γὰρ ἐπὶ φανεροῖς ξυνήλθομεν, οὐ χρῆν κ. τ. λ. Sed si ad sociorum existimationem haec referrentur, quod sane necesse esset, cum ipsis Corinthiis minime dubia sit Atheniensium iniuria, ὡς ἐπὶ φανεροῖς scribendum erat. Neque magis interpretari licet manifesta rerum condicione; nam haec Corinthiis adeo non in obscuro erat ut de capiendis consiliis ne minimam quidem dubitationem haberent. Itaque ἐπί consilii esse malumus (cf. Krueg. Gr. § 68, 41 adn. 7) et hunc esse putamus sententiarum conexum: ne nunc quidem convenimus ad finem plane cognitum ac perspectum (*zu einem klar bestimmten Zwecke*); nam si tali fine nobis proposito convenissemus, non id spectare debebamus, num iniuria afficeremur, quo sane veram rerum condicionem perspicientibus non opus erat, sed quomodo nos defenderemus. — οἱ γὰρ δρῶντες ... ἐπέρχονται, ii enim qui agunt (qui sunt Athenienses) consilio

www.libtool.com.cn


3 καὶ οὐ μέλλοντες ἐπέρχονται. καὶ ἐπιστάμεθα οἵᾳ ὁδῷ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅτι κατ' ὀλίγον χωροῦσιν ἐπὶ τοὺς πέλας. καὶ λανθάνειν μὲν οἰόμενοι διὰ τὸ ἀναίσθητον ὑμῶν ἧσσον θαρσοῦσιν, γνόντες
4 δὲ εἰδότας περιορᾶν ἰσχυρῶς ἐγκείσονται. ἡσυχάζετε γὰρ μόνοι Ἑλλήνων, ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐ τῇ δυνάμει τινά, ἀλλὰ τῇ μελλήσει ἀμυνόμενοι, καὶ

§ 3. ἔγκεινται M.
§ 4. μὲν ante γὰρ perperam addunt Aug. Cass. Cl. Ven.

prompti (attende vim perfecti) in incertos sententiae statim (cf. 18, 3. III 2, 3. VI 29, 2. 3) nec cunctabundi invadunt. Unam difficultatem parit δρῶντες absolute positum. Incessit igitur nos aliquando cogitatio οἱ non cum δρῶντες arcte iungendum esse, sed articulum ante γάρ, ut saepe ante δέ (cf. adn. 37, 2), pronominis demonstrativi locum tenere, sicut aliquotiens apud Herod. et Aeschyl. et Sophocl. Vertebamus ergo sic: illi (Athenienses) enim agentes re deliberata contra incertos, ut πρός cum δρῶντες cohaereret. Et similiter Haas. At quoniam Athenienses in iis quae antecedunt non nominati sunt et paulo post § 3 nomine proprio designantur, ille usus articuli ceteroqui a Th. alienus (cf. adn. VI 36, 2) ferri vix potest. Commendat tamen eum Class., nisi legendum sit οἵ γε. Idem verba sic interpunxit: οἱ γὰρ δρῶντες, βεβουλευμένοι πρὸς οὐ διεγνωκότας ἤδη, καὶ οὐ μέλλ., ut δρῶντες καὶ οὐ μέλλοντες contraria essent, quod nobis propter interposita altera ἀντίθετα bene fieri posse non videtur. Immo inter se opponi patet βεβουλευμένοι et οὐ διεγνωκότας, ἤδη et οὐ μέλλοντες. Quod autem Class. dubitat num generalis sententia huic loco apta sit, cogitando eam ad Athenienses potissimum referre insequentis sententiae conformatione cogimur. Eandem sententiae generalis rationem habemus 40, 2. VI 83, 3, ubi cf. adn. Similiter in Soph. El. 350 Electra generatim τήν τε δρῶσαν ἐκτρέπεις dicit pro ἐμὲ δρῶσαν ἐκτρέπεις. De δρῶντες absolute posito cf. 73, 2. Aesch. Ag. 1359. Soph. l. l. Cum emphasi autem h. l. dictum est. Nam Atheniensium agendi virtus opponitur Peloponnesiorum inertiae, qui deliberandi, non agendi causa convenerunt. Atque haec sententiae vis quodammodo augetur generali eius forma (nos: *Leute, welche handeln*). Futtilis est Rauchensteinii coniectura ἐκεῖνοι pro οἱ scribentis (Philol. XXXVII p. 62).

§ 3. γνόντες cum inf. ut 43, 2, ubi cf. adn. — διὰ τὸ ἀναίσθητον ὑμῶν. Cf. adn. 6, 3. Invidiosiore nomine Corinthii appellant τὴν ἀμαθίαν Lacedaemoniorum 68, 1 indicatam.

§ 4. οὐ τῇ δυνάμει . . . ἀμυνόμενοι, non vi armata, sed minando (propr. *Thunwollen*) aliquem ulciscentes vel vos ab aliquo defendentes. De voce μέλλησις, quam minus recte cunctationem alii interpretantur, vid. IV 126, 5 et Max. Planud. V p. 488 Walz. Tum adnotandum verbum διπλασιοῦσθαι, quod pro usitatiore διπλασιάζεσθαι non inven-

www.libtool.com.cn

μόνοι οὐκ ἀρχομένην τὴν αὔξησιν τῶν ἐχθρῶν, διπλασιουμένην δὲ καταλύοντες. καίτοι ἐλέγεσθε ἀσφαλεῖς εἶναι, ὧν ἄρα ὁ λόγος τοῦ ἔργου ἐκράτει. τόν τε γὰρ Μῆδον αὐτοὶ ἴσμεν ἐκ περάτων γῆς πρότερον ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλθόντα ἢ τὰ παρ' ὑμῶν ἀξίως προαπαντῆσαι, καὶ νῦν τοὺς Ἀθηναίους οὐχ ἑκάς, ὥσπερ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἐγγὺς ὄντας περιορᾶτε, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπελθεῖν αὐτοὶ ἀμύνεσθαι βούλεσθε μᾶλλον ἐπιόντας καὶ ἐς τύχας πρὸς πολλῷ δυνατωτέρους ἀγωνιζόμενοι καταστῆναι, ἐπιστάμενοι καὶ τὸν βάρβαρον αὐτὸν περὶ αὑτῷ τὰ πλείω σφαλέντα καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς

tum est alibi nisi apud Tzetzam. Vid. Steph. Thes.

§ 5. *ἀσφαλεῖς*, cautos. Hanc notionem insequens explicatio postulat, qua exponitur neque antea neque nunc Athenienses sibi ab imminentibus periculis satis cavere. Quod hanc vocabuli significationem Class. Th. abiudicat (cf. tamen *ἀσφαλείᾳ* III 82, 4, *ἀσφαλῶς* IV 18, 4), non videmus cur Th. vetitum fuerit quod licuerit Euripidi (Phoen. 599) et Platoni (Soph. 231 a). Cf. Schoem. ad Plut. Cleom. 21, 4. Similiter tutus Hor. Art. poët. 28, ubi cf. Orell. — *ὧν* est masculinum, non, id quod Matth. Gr. § 439 putat, neutrum, et pendet ex v. *ὁ λόγος*. Cf. adn. 61, 1 et II 42, 1. De insequenti *ἄρα* cf. Heind. ad Plat. Phaed. 68 b. — *τοῦ ἔργου ἐκράτει*, rei veritatem superabat. Vid. Matth. Gr. § 359 adn. 1 et Bonitz Symb. ad explic. Th. p. 4 sqq. — *τὸν ... Μῆδον*, regem Persarum (Xerxem). Cf. III 54, 3. VI 17, 7. 77, 1. 82, 4. Infra *ὁ βάρβαρος*. Cf. adn. 14, 3. Ita apud Xen. in Cyr. saepissime *ὁ Ἀρμένιος*, *ὁ Ἀσσύριος*. Cf. de Latinis Drak. ad Liv. IV 10 et Kritz. ad Sal. Iug. 81. — *ἐκ περάτων γῆς*. Sic primus, ut videtur, Alcaeus fragm. 33 et 34, postea similiter *ἀπὸ περάτων* (*τῆς*) *γῆς* Xen. Ages. 9, 4. De articulis omissis cf. adn. 103, 4. — *προαπαντῆσαι*. Infinitivus post *πρότερον ἢ* ita positus est ut vulgo post *πρίν*. Cf. VI 58, 1. VIII 45, 5. Herod. VII 2. Dem. LV 14. Ios. A. I. XVIII 6, 10. Plut. Artax. 9 et saepius. Similiter post *ὕστερον ἢ* VI 4, 2, post *πρόσθεν ἢ* Soph. OR. 832. — *ἐς τύχας ... καταστῆναι*, fortunae casus subire. Cf. 78, 2. Praeterea in vv. *πρὸς πολλῷ δυνατωτέρους* attende praepositionem a casu suo avulsam interposito casu adverbiali. Cf. II 48, 1 *πρὸς οὐδὲν χεῖρον αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας*, II 89, 6 *ἐκ πολλῷ ὑποδεεστέρων*. Cf. Matth. Gr. § 595. Funckhaen. ad Demosth. c. Androt. 44. Sic Lat. ad paulo superiorem, cum multo maioribus. Vid. Cic. Brut. 225. 229. 230. — *ἐπιστάμενοι*, i. e. *καίπερ ἐπιστάμενοι*. Cf. adn. VI 9, 2. — *περὶ αὑτῷ τὰ πλείω σφαλέντα*. *Περὶ αὑτῷ*, propr. circa se tanquam scopulum, i. e. sua culpa. Cf. VI 33, 5 et Matth. Gr. § 589 b p. 1383. *Τὰ πλείω σφαλέντα* ut *πολλὰ σφαλῆναι* et *τὰ πλείω πταίειν* VI 33, 5, *οὐκ ἐλάσσω πταίειν* 122,

www.libtool.com.cn


*Ἀθηναίους πολλὰ ἡμᾶς ἤδη τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν μᾶλλον ἢ τῇ ἀφ' ὑμῶν τιμωρίᾳ περιγεγενημένους, ἐπεὶ αἵ γε ὑμέτεραι ἐλπίδες ἤδη τινάς που καὶ ἀπαρασκεύους διὰ τὸ πιστεῦσαι ἔφθειραν.*
6 *καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἐπ' ἔχθρᾳ τὸ πλέον ἢ αἰτίᾳ νομίσῃ τάδε λέγεσθαι· αἰτία μὲν γὰρ φίλων ἀνδρῶν ἐστὶν ἁμαρτανόντων, κατηγορία δὲ ἐχθρῶν ἀδικησάντων.*

1 70. *Καὶ ἅμα, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλοι, ἄξιοι νομίζομεν εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν, ἄλλως τε καὶ μεγάλων τῶν διαφερόντων καθεστώτων, περὶ*

1 et saepe *ἁμαρτάνειν* (cf. adn. 38, 6 et VII 55, 2). De re schol.: *ἐν τῷ στενῷ τῆς Σαλαμῖνος τολμήσαντα ναυμαχῆσαι.* — *πρὸς ... Ἀθηναίους*, adversus ipsos Athenienses, i. e. *ἐν τοῖς πρὸς ... Ἀθηναίους πολέμοις*. Tum *περιγεγενημένους* absolute accipiendum: superiores fuisse. Denique *πολλά* adverbialiter positum est. — *ἐπεὶ — γε*. Cf. adn. VII 30, 2. VIII 66, 1. — *αἵ ... ὑμέτεραι ἐλπίδες*, spes in vobis positae. Vid. adn. 83, 3. Deinde *τινάς* fortasse ad Thasios (vid. 101, 1) et Euboenses (vid. 114, 1) spectat. — *καὶ ἀπαρασκεύους διὰ τὸ πιστεῦσαι*, propter fiduciam in vobis positam vel imparatos (cum propter fid. illam vel imparati resistere Atheniensibus auderent). Frustra haec temptat Haas. Lucubr. p. 111 sq.

§ 6. *τὸ πλέον*. Cf. adn. 9, 8. 18, 5. — *αἰτία ... κατηγορία*. „Nemo alius ista duo distinxit unquam. Xen. Comm. Socr. I 2 *τούτου Σωκράτην ὁ κατήγορος αἰτιᾶται*, et Pollux iungit VIII 6 [§ 30. Cf. Demosth. XVIII 12.] Si *μέμψιν* amicis tribuisset, obiurgationem [quo nomine hic exprimas cum Cic. de Off. I 38], expostulationem, ferrem facilius.“ Bau. *Κατηγορίας* tamen vocabulo loquendi usum, imprimis forensem, inimicae accusationis significationem dedisse Isocr. IV 36 loco doceri, *αἰτίαν* autem latius patere adnotat Krueg. Idem haec est quod 70, 1 *ψόγος*. *Αἰτίαν* aliter definit Demosth. XXII 22. Simili nec minus arbitraria ratione Prodicus, quem in verborum distinctionibus imitatur Th., *ἀμφισβητεῖν* et *ἐρίζειν* discernit in Plat. Prot. 337 b. Ceterum non ad amussim respondet haec vocabulorum distinctio praegressae verborum oppositioni et laxius inter se iunctae sunt sententiae. Tamen idoneo nexu non carent. Nam in posteriore enuntiato hic sensus latet: amici enim sumus qui vos vituperant, non ut inimici vos incusamus.

Cap. 70. § 1. *εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλοι*. Cf. Matth. Gr. § 617 e. Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 14. — *πέλας*. Cf. adn. 32, 4. Pro hoc *φίλοις* coniecit Camp. in Annal. philol. 1857 p. 273 et in Quaest. p. 9, cum significentur potissimum Lacedaemonii. Sed id non minus fit, si *πέλας* servamus. — *μεγάλων τῶν διαφερόντων καθεστώτων*. Cum de magni momenti rebus (cf. VI 92, 5) agatur

www.libtool.com.cn

ὧν οὐκ αἰσθάνεσθαι ἡμῖν γε δοκεῖτε οὐδ' ἐκλογίσασθαι πώποτε πρὸς οἵους ὑμῖν Ἀθηναίους ὄντας καὶ ὅσον ὑμῶν καὶ ὡς πᾶν διαφέροντας ὁ
ἀγὼν ἔσται. οἱ μέν γε νεωτεροποιοὶ καὶ ἐπινοῆσαι 2
ὀξεῖς καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ ὃ ἂν γνῶσιν· ὑμεῖς δὲ τὰ ὑπάρχοντά τε σῴζειν καὶ ἐπιγνῶναι μηδὲν καὶ
ἔργῳ οὐδὲ τἀναγκαῖα ἐξικέσθαι. αὖθις δὲ οἱ μὲν 3

vertit Portus. Sed discrimina esse post Haack. cognovit Bonitz. l. l. p. 7. Nam res explicatur verbis περὶ ὧν κ. τ. λ., quibus a Lacedaemoniorum indole maxime discrepare Atheniensium mores dicitur. — περὶ ὧν ... πώποτε, de quibus non animadvertere nobis quidem videmini neque dum reputavisse unquam. Post verbum putandi infinitivus aoristi ad tempus praeteritum refertur. Ab utroque infinitivo proxima pendent. — πρὸς οἵους ὑμῖν iungenda cum vv. ὁ ἀγὼν ἔσται. De interposito pronom. cf. adn. 68, 1. — ὅσον ... καὶ ὡς πᾶν. Cf. Matth. Gr. § 425. Krueg. Gr. § 48, 15 adn. 14.

§ 2. οἱ μέν γε. Sequitur per tres deinceps paragraphos egregia comparatio Atheniensium et Lacedaemoniorum per ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις. „Ἔστι τοῦτο τῶν δαιμονίως τε καὶ συντόμως ἀπηγγελμένων ἀντιθέτων." Schol. Hermog. IV p. 751. De Lacedaemoniorum illius temporis ingenio cf. Muell. Dor. II p. 5 sqq., de Atheniensium Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 551. — ἐπινοῆσαι ... γνῶσιν. Haec imitationibus multorum insignia facta sunt velut Dem. III 15 γνῶναι πάντων ὑμεῖς ὀξύτατοι τὰ ῥηθέντα καὶ πρᾶξαι δὲ δυνήσεσθε, ἐὰν ὀρθῶς ποιῆτε, Ios. B. I. IV 4, 1 νοῆσαί τε τὰ δέοντα καὶ τὰ νοηθέντα πρᾶξαι, Herodian. II 9, 2, item Zon. IX 27. Aristid. I p. 444. II p. 185. Ἐπινοῆσαι est praeterea excogitare, nova invenire. Simile est paulo post ἐπιγιγνώσκειν („aliquid novi, aliquid praeterea decernere" Bau.). Ἐξικέσθαι, ut § 7 ἐξελθεῖν et saepius ἐπεξελθεῖν, valet exsequi, πρᾶξαι. Non recte enim explicari a Pap. in Lex. ex casu adiecto intellegitur. Ceterum in hac morum descriptione animadvertendum est scriptorem aoristi infin. uti ubi singularum rerum effectus vel initia designat, contra praesentis inf. ubi de continuo studio (σῴζειν, πράσσειν § 6) vel habitu aliquo (κτᾶσθαι § 4) sermo est. Pro ὃ ἂν Classen ἃ ἂν in sententia generali recipere non dubitavit, quod nos in ed. mai. ob imitatores, qui τὰ βεβουλευμένα et τὰ βουλευθέντα posuerunt, scripturos fuisse diximus, nisi vulgatum tueretur Herodianus verbis νοῆσαί τε ὀξὺν καὶ τὸ νοηθὲν (Ios. supra τὰ νοηθέντα) ἐπιτελέσαι ταχύς. Neque omnino opus est in generali sententia neutro pluralis. Cf. IV 108, 4. Ad totum alterum membrum ὀξεῖς ita repetendum est ut cum sarcasmo quodam dictum sit. Cf. Grot. Hist. VI p. 310 (III p. 377.) Pro οὐδέ videtur requiri μηδέ. Sed non tam ad inf. ἐξικέσθαι videtur referri quam ad cogitatum ὀξεῖς.

§ 3. αὖθις (cf. adn. III 106, 2) δὲ οἱ μέν. Ea quae sequuntur vituperat Dion. Hal. p. 808, sed ob nervos et concinnitatem orationis imitati sunt et ipse A. R. VI 19 et Liv. XLV

www.libtool.com.cn


*καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ καὶ ἐπὶ τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες· τὸ δὲ ὑμέτερον τῆς τε δυνάμεως ἐνδεᾶ πρᾶξαι τῆς τε γνώμης μηδὲ τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι τῶν τε δει-*
4 *νῶν μηδέποτε οἴεσθαι ἀπολυθήσεσθαι. καὶ μὴν καὶ ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελληταὶ καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους· οἴονται γὰρ οἱ μὲν τῇ ἀπουσίᾳ ἄν τι κτᾶσθαι, ὑμεῖς δὲ τῷ ἐξελθεῖν καὶ τὰ*

Cap. 70. § 3. *ἐπὶ* ex optimis membranis recepit Bekk. Vulgo *ἐν*, quod et Dionysius Hal. p. 808 atque 811 (de hoc tamen cf. ad. VII 69, 4) et schol. Hermog. IV p. 760 et schol. Aristid. p. 83, denique imitator Procopius tuentur et aliis exemplis defendit Bloomf. Probat etiam Camp. p. 11. Cf. adn.

§ 4. *ἐπελθεῖν* codd. Emend. Ullr. Symb. I p. 11. Cf. adn.

23, 15. Cf. VIII 96. — *παρὰ δύναμιν τολμηταί*, supra vires audaces, quibus verbis haec reddidit Liv. l. l. Substantivum *τολμητής* non rarum esse apud Plut. docet Krueg. afferens Mar. 46. Luc. 3. Sert. 12. 18. Cic. 10. Arat. 36. Alterum *κινδ.* solus hinc petiit Dio Cass. Exc. p. 32. — *παρὰ γνώμην*. Horum dubitatur quae sit sententia. Praeter consilium, i. e. ultra id quod initum consilium suadet, interpretatur Steph. Thes. II p. 677, praeter rationem Haas., *ihrer Einsicht zuwider* Heilm. ad IV 19, ultra sanam ac veri similem rationem Camp. Quaest. p. 11 et similiter Classen supra prudens consilium, quod maxime aptum est non solum ad *παρὰ δύναμιν τολμηταί*, sed etiam ad id quod in proximis opponitur *τῆς γνώμης μηδὲ τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι*. Plerumque aut contra animi sententiam aut praeter opinionem (VI 11, 5) valent, quae notiones hic non sunt aptae. — *ἐπὶ τοῖς δεινοῖς*. Cf. adn. VI 45. — *τὸ δὲ ὑμέτερον*, vestra vero ratio est. — *τῆς δυνάμεως ἐνδεᾶ*, viribus vestris inferiora. Cf. Elmsl. ad Eur. Heracl. 171 et infra 77, 3 Xen. Hist. Gr. VII 1, 23. — *τῆς γνώμης τοῖς βεβαίοις*, certis prudentis consilii rationibus. Insolentior quidem pluralis (cf. 90, 2. IV 63, 1. V 9, 6), rectus tamen. Vid. Matth. Gr. § 442, 4. — *πιστεῦσαι*. Cf. adn. 1, 2.

§ 4. *μελλητάς*. Cf. 69, 4 et 84, 1. — *ἀποδημηταί*] *ἤγουν ἀποδημοῦσι τῆς οἰκείας πατρίδος καὶ ἐπιδημοῦσι δήμοις ἀλλοτρίοις*. Schol. Hoc substantivum a Thuc. videtur factum esse nec alibi inveniri. Super usu talium substantivorum universo cf. de Thuc. hist. p. 90. — *ἄν τι κτᾶσθαι*. Attende praesentis infin. Nos: *einen Gewinn zu haben*. — *τῷ ἐξελθεῖν*. Frustra codd. scripturam *τῷ ἐπελθεῖν* defendit Class., quod distinctius Lacedaemoniorum aggrediendi verecundiam significet; nam ex se intellegi aggredientes finibus suis excedere. Sed *τῇ ἀπουσίᾳ*, quae omnem absentiam significat, respondet excessus in universum dictus, non is qui speciatim ad hostes aggrediendos fiat. Neque ea sententia cuius hic causa affertur, *ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους*, ad solas bellicas expeditiones refertur, sed

www.libtool.com.cn

ἑτοῖμα ἂν βλάψαι. κρατοῦντές τε τῶν ἐχθρῶν ἐπὶ 5
πλεῖστον ἐξέρχονται καὶ νικώμενοι ἐπ' ἐλάχιστον
ἀναπίπτουσιν. ἔτι δὲ τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριω- 6
τάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται, τῇ γνώμῃ δὲ
οἰκειοτάτῃ ἐς τὸ πράσσειν τι ὑπὲρ αὐτῆς· καὶ ἃ 7
μὲν ἂν ἐπινοήσαντες μὴ ἐξέλθωσιν, οἰκεῖα στέρε-
σθαι ἡγοῦνται, ἃ δ' ἂν ἐπελθόντες κτήσωνται,

ad omnia externa itinera, velut ea quoque quae mercaturae causa fiunt, pertinet. Itaque ne causa quidem ad solas bellicas expeditiones spectare potest. Necessaria igitur est Ullrichii emendatio. Ceterum Schol. Hermog. VII p. 609 male *τὸ ἐπελθεῖν* et antea *ἀντικτᾶσθαι* pro *ἄν τι κτ.* — *τὰ ἑτοῖμα*] *τὰ ὑπάρχοντα.* Schol.

§ 5. Omissa Lacedaemoniorum comparatione abhinc ipsi Atheniensium mores describuntur, sed ita ut tacite ubique contraria illorum indoles respiciatur, quae ratio consulto inita maxime accommodata erat ad permovendos Lacedaemoniorum animos. — *ἐπὶ πλεῖστον ἐξέρχονται*, longissime progrediuntur. Cf. Plat. Prot. 361 c. Si verba explicanda essent longissime victoriam persequuntur, ex tribus pessimis membranis scribendum esset *ἐπεξέρχονται* (simul audi *τῷ κρατεῖν*), quod probat Ullr. l. d. Cf. IV 14, 3. — *ἀναπίπτουσιν*. Athenaeus p. 23 b *τὸ ἀναπίπτειν . . . ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν οἷον ἀθυμεῖν. Θουκυδίδης πρώτῃ· νικώμενοι . . . ἀναπίπτουσιν.* Pro *ἀθυμεῖν* dixerunt etiam Plut. Cleom. c. 5 et alii. Sed ad contrarium *ἐξέρχονται* magis apta est recedendi significatio, quam duobus exemplis Xenophonteis comprobat Bonitz. l. l. p. 9 sq., Oec. 8, 8 et de Re equ. 8, 7, ubi oppositum est *προνεύειν*.

§ 6. *τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις . . . χρῶνται*, corporibus tanquam alienissimis pro civitate utuntur ideoque ea pro illius salute omnibus periculis offerre parati sunt. *Ὡς*, quod plerique ad similia dicta adiecerunt, et in Pseudo-Lys II 24 verbis similibus *τὰς μὲν ψυχὰς ἀλλοτρίας . . . κεκτῆσθαι* sicul tanquam nonnunquam apud Latinum alienus pariter positum (cf. Orell. ad Hor. Sat. II 3, 72) omissum est et alibi apud *χρῆσθαί τινί τινι*, tractare aliquem aliquo modo, ut Xen. Comm. Socr. II 1, 12. 30, ubi vid. Saupp. — *τῇ γνώμῃ δὲ οἰκειοτάτῃ*, mente (*die geistige Thätigkeit*) vero maxime propria utuntur neque ullam eius partem civitati deesse volunt. Iure ita mens corporibus opponitur. Nam pro republica corporis vitam profundimus ac deserimus, mentis virtutem exercemus et servamus. *Γνώμη*, quae in singulari contra praecepta vulgaria grammaticorum non raro ad plures refertur (cf. II 11, 5. 20, 4. 64, 6. 65, 1. IV 27, 4. 34, 1. 37, 1. Krueg. ad Arri. II 11, 2), intellegentiam et voluntatem hic continet, ut 91, 5 *γνόντες* et *γνώμη*.

§ 7. *καὶ ἃ μὲν ἂν κ. τ. λ.* Explicatur quomodo Athenienses mentis virtute reipublicae consulant, quae explicatio similiter a *καί* coniunctione incipit atque 37, 4. Ceterum enuntiationes relativae vim condicionalem habent (verte si quae), ut deinde *ἣν δ' ἄρα κ. τ. λ.* — *ἐξέλθωσιν*. Cf. adn. § 2 et III 108, 1. — *οἰκεῖα στέρεσθαι*. Cf. Krueg.

www.libtool.com.cn

ὀλίγα πρὸς τὰ μέλλοντα τυχεῖν πράξαντες· ἢν δ' ἄρα του καὶ πείρᾳ σφαλῶσιν, ἀντελπίσαντες ἄλλα ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν· μόνοι γὰρ ἔχουσί τε ὁμοίως καὶ ἐλπίζουσιν ἃ ἂν ἐπινοήσωσι διὰ τὸ ταχεῖαν
8 τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖσθαι ὧν ἂν γνῶσιν. καὶ ταῦτα μετὰ πόνων πάντα καὶ κινδύνων δι' ὅλου τοῦ αἰῶνος μοχθοῦσι, καὶ ἀπολαύουσιν ἐλάχιστα τῶν ὑπαρχόντων διὰ τὸ αἰεὶ κτᾶσθαι καὶ μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι ξυμφοράν

§ 7. ἄρα καί του It. Vat. H. Reg. Quibus paucis libris obtemperandum non putavimus, cum του contrarium ἄλλοις bene locum ante καί occupare videatur. Cf. ἢν ἄρα τι καί 140, 1, ἤν τις καί VIII 2, 1. Ceterum II 43, 1 καὶ ὁπότε καὶ πείρᾳ του σφαλεῖεν.

Gr. § 47, 13 adn. 10. — ὀλίγα ... πράξαντες, exigua ad futura (i. e. si cum futuris comparentur) se peregisse (iudicant). Iunge igitur (ἡγοῦνται) τυχεῖν πράξαντες (i. e. πρᾶξαι) ὀλίγα. πρός sic rursus 71, 2 et saepe. Vid. Matth. Gr. § 591 e δ. Cum sententia cf. IV 55, 1. — ἢν δ' ἄρα ... σφαλῶσιν non valet si quo conatu frustrati sive aliquid non assecuti sunt (ita enim haec verba vix differrent a superioribus ἃ μὲν ἂν ἐπινοήσαντες μὴ ἐξέλθωσιν), sed si quo conatu noxam ceperunt. Discernuntur enim consilia non perfecta et perfecta et quae male cesserint. — ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν, defectum explere solent, *so pflegen sie den Mangel zu ersetzen, die Lücke des fehlgeschlagenen Versuches auszufüllen.* Aoristus empiricus est. Cf. infra 84, 2. Similiter Plut. Pyrrh. 30 ἃ ἔπταισε βουλόμενος ἀναπληροῦν. — ἔχουσί τε ὁμοίως καί. Cf. adn. 39, 1. — Tota hac particula qua de mentis virtute agitur qua Athenienses excellant tacite respici ad Spartanos in corporum cultu atque exercitatione reipublicae salutem potissimum collocantes manifestum est. Neque minus hoc fit verbis τοῖς μὲν σώμασι' ἀλλοτριωτάτοις χρῶνται. Quanquam enim etiam Lacedaemonii vitae periculum pro republica subire non timebant, tamen hoc non faciebant nisi necessitate coacti (cf. 118, 2 ὄντες μὴ ταχεῖς ἰέναι ἐς τοὺς πολέμους, εἰ μὴ ἀναγκάζοιντο), neque vero ut Athenienses quovis tempore imperii augendi causa sponte ad tale periculum suscipiendum parati erant. De toto hoc loco cf. Annal. phil. a. 1863 p. 478 sq.

§ 8. ταῦτα μετὰ πόνων ... μοχθοῦσι. Attende hanc distinctionem πόνου et τοῦ μοχθεῖν, de quo ipso verbo in prosa Attica praeter Xenophontem minus usitato cf. II 39, 4. Πόνους et κινδύνους libenter iungi identidem docent Xenophontis interpretes. — καὶ μήτε ἑορτὴν ... ἡγεῖσθαι, nec aliud quicquam diem festum putant. Ἑορτήν, ut nostrum *Fest*, delicias, voluptatem significare docere studet Reisk. et εὐδαιμονίαν utique substituit Dio Cass. verba imita-

www.libtool.com.cn

τε οὐχ ἧσσον ἡσυχίαν ἀπράγμονα ἢ ἀσχολίαν ἐπί-
πονον. ὥστε εἴ τις αὐτοὺς ξυνελὼν φαίη πεφυ- 9
κέναι ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν μήτε τοὺς
ἄλλους ἀνθρώπους ἐᾶν, ὀρθῶς ἂν εἴποι.

71. Ταύτης μέντοι τοιαύτης ἀντικαθεστηκυίας 1
πόλεως, ὦ Λακεδαιμόνιοι, διαμέλλετε καὶ οἴεσθε
τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖ-
στον ἀρκεῖν οἳ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσ-
σωσι, τῇ δὲ γνώμῃ, ἢν ἀδικῶνται, δῆλοι ὦσι μὴ
ἐπιτρέψοντες, ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ λυπεῖν τε ἄλλους
καὶ αὐτοὶ ἀμυνόμενοι μὴ βλάπτεσθαι τὸ ἴσον νέ-

tus XXXVIII 87, 4. — **οὐχ ἧσσον . . . ἤ**, potius quam. Cf. 74, 3. VI 31, 6. Ita cum negetur Athenienses laboriosum negotium pro calamitate habere, non opus est Bonitzii (l. l. p. 11) coniectura ἢ ⟨ἄλλοι⟩ ἀσχολίαν. — **ἡσυχίαν ἀπράγμονα**, iners otium.

§ 9. **ξυνελών**, paucis rem totam complexus. Cf. II 41, 1. III 40, 4. VI 80, 3. Tum ἐπὶ τῷ recte poterant abesse. Cf. II 64, 3. III 45, 3. IV 61, 5. Matth. Gr. § 531, 1 p. 1230. Sed aliquid interest inter nudum inf. et inf. c. ἐπί. Illo enim ipsa natura qualis sit describitur, hoc cui rei natura destinata sit adiungitur. Cf. Plat. de Rep. 341 d οὐ καὶ ἡ τέχνη ἐπὶ τούτῳ πέφυκεν, ἐπὶ τῷ τὸ ξυμφέρον ἑκάστῳ ζητεῖν τε καὶ ἐκπορίζειν; Ad ἐᾶν audi ἔχειν ἡσυχίαν. **Ἀνθρώπους** temere damnat Cob. ad Hyper. p. 66.

Cap. 71. § 1. **οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις.** — Propter hoc initium oratio postea sic debebat procedere: ἀλλ' οἳ ἂν . . . νέμωσι. Quam cum variaverit scriptor et verbum νέμειν ad ipsos Lacedaemonios transtulerit, factum est ut οὐ ante οἴεσθε collocandum fuisse videatur. — **ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖν**, diutissime suppetere, i. e. permanere. Cf. Xen. Cyr. VI 2, 31. — **τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσσωσι**, apparatu suo iusta faciant, i. e. licet satis magnum apparatum bellicum comparaverint, eo non permoveantur ad alios laedendos atque aggrediendos. — **τῇ δὲ γνώμῃ . . . ἐπιτρέψοντες**, sed quos pateat eo esse animo ut, si lacessantur, iniuriam non sint neglecturi. Cf. adn. VI 40, 2. — **ἀλλ' ἐπὶ τῷ . . . νέμετε**, sed in eo quod (cf. Krueg. Gr. § 68, 41 adn. 5) alios non laeditis et ipsi vos defendentes damnum non facitis (i. e. vos non defenditis, ne damnum faciatis) ex aequo agitis. Locutio τὸ ἴσον vel τὰ ἴσα νέμειν significat aut aequum pondus alicui rei (cf. πλέον νέμειν III 48, 1) aut aequum ius (Soph. OR. 579; cf. ἔλασσον νέμειν VI 88, 1, πλέον νέμειν Plat. Gorg. 492 c) vel aequam existimationem (Plat. Prot. 337 a) alicui personae tribuere aut sine dativo absolute positum ex aequo agere (VI 16, 4. Herod. VI 11. 109). Postremam significationem huic loco patet aptam esse. Acerbam autem ironiam haec verba habent. Nam quae vera

www.libtool.com.cn


2 μετε. μόλις δ' ἂν πόλει ὁμοίᾳ παροικοῦντες ἐτυγ-
χάνετε τούτου· νῦν δ', ὅπερ καὶ ἄρτι ἐδηλώσαμεν,
ἀρχαιότροπα ὑμῶν τὰ ἐπιτηδεύματα πρὸς αὐτούς
ἐστιν. ἀνάγκη δ' ὥσπερ τέχνης αἰεὶ τὰ ἐπιγιγνό-
3 μενα κρατεῖν· καὶ ἡσυχαζούσῃ μὲν πόλει τὰ ἀκί-
νητα νόμιμα ἄριστα, πρὸς πολλὰ δὲ ἀναγκαζομένοις
ἰέναι πολλῆς καὶ τῆς ἐπιτεχνήσεως δεῖ. διόπερ καὶ
τὰ τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τῆς πολυπειρίας ἐπὶ πλέον
ὑμῶν κεκαίνωται.
4 Μέχρι μὲν οὖν τοῦδε ὡρίσθω ὑμῶν ἡ βραδυ-
τής· νῦν δὲ τοῖς τε ἄλλοις καὶ Ποτειδαιάταις,

Cap. 71. § 3. *τῆς* prius om. It. Vat. Pal. Aug. M. Cass. Ven. C. G. H. I.; sed vid. 35, 5. 52, 2. III 23, 5. VI 46, 5. VII 71, 1. § 4. *τοῖς Ποτ.* Aug. Cass. Cl. Ven.

aequitas esset ipsi Corinthii indicarunt. Haec enim est ut neminem quidem iniuria afficiamus sed ipsi etiam fortiter ab iniuria nos defendamus; contra Lacedaemonii aequum esse existimant neminem laedere et ipsos quamvis iniuriam pati, ne quid ex defensione detrimenti capiant. Class. aequum pondus tribuere interpretatur atque ita verba accipit quasi *τῷ . . . βλάπτεσθαι*, non *ἐπὶ τῷ βλάπτεσθαι* scriptum sit. De toto hoc loco cf. Annal. phil. a. 1863 p. 475 sq.

§ 2. *ὁμοίᾳ*, i. e. *ὁμοιοτρόπῳ* sive, ut schol., *τὰ ἴσα ζηλούσῃ*. Cf. III 40, 3. — *ἐτυγχάνετε τούτου*, i. e. eam aequitatis rationem sequi vobis liceret. — *ἄρτι*, 70, 2. — *ἀρχαιότροπα . . . ἐστίν*, vestra instituta ad illos (si cum illis comparantur) prisca (et obsoleta) sunt eoque minus illam rationem sequi vobis licet. *Πρὸς αὐτούς* solita in comparationibus brevitate dicta sunt pro plenioribus *πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν*. Cf. Matth. Gr. § 453 adn. 1. Krueg. Gr. § 48, 13 adn. 9 et § 3. De ipso *πρός* vid. 70, 7. — *ἀνάγκη δὲ . . . κρατεῖν*. Plene *ἀνάγκη δὲ αἰεὶ (καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι) τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖν, ὥσπερ τέχνης αἰεὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖ*. Similem sententiam habet Xen. Cyr. I 6, 38.

§ 3. *ἡσυχαζούσῃ . . . τὰ ἀκίνητα . . . ἄριστα*. Cautius certe loquuntur quam Alcibiades VI 18, 7. Cf. Aristot. Polit. II 8, 10 (p. 1268b). — *πρὸς πολλὰ . . . ἰέναι*, multis negotiis implicari. — *ἐπιτεχνήσεως*. Respondet verbo *ἐπιγνῶναι* 70, 2, sed propter *τέχνης* commemorationem quae antecedit exquisite positum est. Significat igitur artis incrementa, novam sollertiam (ut nova instituta condantur, vetera emendentur). Exempla vocabuli habes apud Paus. VIII 31, 3. Appian. B. civ. IV 122. Cass. Dion. XLVII 4, 3. Ios. B. I. VII 8, 2; *ἐπιτεχνᾶσθαι* iam Herod. I 63 usurpavit. — *ἐπὶ πλέον ὑμῶν*, i. e. *τῶν ὑμῶν*, *τῶν ὑμετέρων*. Cf. adn. § 2 et Krueg. Gr. § 47, 27 adn. 5.

§ 4. *Μέχρι . . . τοῦδε ὡρίσθω . . . βραδυτής*, hactenus progressa terminata

www.libtool.com.cn

*ὥσπερ ὑπεδέξασθε, βοηθήσατε κατὰ τάχος ἐσβαλόντες ἐς τὴν Ἀττικήν, ἵνα μὴ ἄνδρας τε φίλους καὶ ξυγγενεῖς τοῖς ἐχθίστοις προῆσθε καὶ ἡμᾶς τοὺς ἄλλους ἀθυμίᾳ πρὸς ἑτέραν τινὰ ξυμμαχίαν τρέψητε.* 5 *δρῷμεν δ' ἂν ἄδικον οὐδὲν οὔτε πρὸς θεῶν τῶν ὁρκίων οὔτε πρὸς ἀνθρώπων τῶν αἰσθανομένων· λύουσι γὰρ σπονδὰς οὐχ οἱ δι' ἐρημίαν ἄλλοις προσιόντες, ἀλλ' οἱ μὴ βοηθοῦντες οἷς ἂν ξυνομόσωσιν.* 6 *βουλομένων δὲ ὑμῶν προθύμων εἶναι μενοῦμεν· οὔτε γὰρ ὅσια ἂν ποιοῖμεν μεταβαλλόμενοι οὔτε ξυνηθεστέρους ἂν ἄλλους εὕροιμεν.* 7 *πρὸς τάδε βουλεύεσθε εὖ καὶ τὴν Πελοπόννησον πειρᾶσθε μὴ ἐλάσσω ἐξηγεῖσθαι ἢ οἱ πατέρες ὑμῖν παρέδοσαν."*

esto (finem habeat) vestra tarditas. Cf. Plat. Menex. 239 e *Δαρεῖος μέχρι Σκυθῶν τὴν ἀρχὴν ὡρίσατο* et Appi. Mithr. 114. Manifesta breviloquentia. Dicitur etiam *ὁρίζειν ἔς τι* III 82, 8. Totum dictum inter exempla *βαρύτητος* ponit Aristid. *τέχν. ῥητ.* vol. II p. 449. Similiter Theophr. de Cur. Pl. V 16 extr. *τὰ περὶ τὰς ἀλλοιώσεις ἄχρι τούτων διωρίσθω*. De perfecti imperativo cf. Krueg. Gr. § 53, 8 adn. 5. — *ξυγγενεῖς*] *Δωριεῖς γὰρ οἱ Ποτιδαιᾶται.* Schol. — *καὶ ἡμᾶς . . . τρέψητε*, ne nos desperatione ad aliam aliquam societatem vertatis, i. e. compellatis, faciatis ut eo vertamur. — *ἑτέραν τινά*] *πρὸς τοὺς Ἀργείους· ἐχθροὶ γὰρ ἦσαν τοῖς Λακεδαιμονίοις.* Schol.

§ 5. *πρὸς θεῶν*, iudicio deorum. Cf. Matth. Gr. § 590 p. 1386. — *θεῶν τῶν ὁρκίων*. Foederum arbitros ac testes vocat Liv. XXI 10, 3. Cf. 78, 4. II 71, 4. — *τῶν αἰσθανομένων*] i. e. *αἴσθησιν ἐχόντων, φρονίμων*. Cf. V 26, 5. Similiter *δύνασθαι* esse *δύναμιν ἔχειν* vidimus 18, 1. 33, 3. — *οἷς ἂν ξυνομόσωσι*. De societate inita etiam alibi legitur, ut II 72, 1. III 63, 3.

§ 7. *πρὸς τάδε*, secundum haec, i. e. propterea. Vid. Matth. Gr. § 591 β et γ et IV 87, 6. — *τὴν Πελοπόννησον . . . μὴ ἐλάσσω ἐξηγεῖσθαι*, studete Peloponneso ita praeesse ut ea non minor sit. De accusativo *τὴν Πελοπ.* vid. Matth. Gr. § 360 adn. 2 b et VI 85, 2; *ἐλάσσω* solvas in *ὥστε εἶναι ἐλάσσω* (cf. Krueg. Gr. § 57, 4 adn. 2), nisi Heilmannum audire mavis, qui duplicis accusativi causam hanc esse vult quia haec breviter dicta sint pro vv. *τὴν Πελοπόννησον ἐλάσσω καταστῆσαι ἐξηγουμένους*. *Ἐξηγεῖσθαι* de iis qui principatum habent etiam 76, 1. 95, 7. III 55, 4 legitur. Admonentur Lacedaemonii ut, cum principatum Peloponnesi habeant, etiam gloriam et auctoritatem eius terrae pristinam tueantur.

www.libtool.com.cn

1 72. *Τοιαῦτα μὲν οἱ Κορίνθιοι εἶπον.* τῶν δὲ Ἀθηναίων ἔτυχε γὰρ πρεσβεία πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι περὶ ἄλλων παροῦσα, καὶ ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι, τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι μηδὲν ἀπολογησομένους ὧν αἱ πόλεις ἐνεκάλουν, δηλῶσαι δὲ περὶ τοῦ παντὸς ὡς οὐ ταχέως αὐτοῖς βουλευτέον εἴη, ἀλλ' ἐν πλείονι σκεπτέον· καὶ ἅμα τὴν σφετέραν πόλιν ἐβούλοντο σημῆναι ὅση εἴη δύναμιν, καὶ ὑπόμνησιν ποιήσασθαι τοῖς τε πρεσβυτέροις ὧν ᾔδεσαν καὶ τοῖς νεωτέροις ἐξήγησιν ὧν ἄπειροι ἦσαν, νομίζοντες μᾶλλον ἂν αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι ἢ πρὸς
2 τὸ πολεμεῖν. προσελθόντες οὖν τοῖς Λακεδαιμο-

Cap. 72. § 1. ποιήσεσθαι It. Vat. Pal. Aug. M. m. Cass. C. F. G.

Cap. 72. § 1. **τῶν δὲ Ἀθηναίων ἔτυχε γάρ.** Tribus modis post initia enuntiationum principalium sententiae causales γάρ particula coniunctae interponi possunt: aut cum legitima verborum structura (31, 2. 57, 6. III 70, 3. 107, 3. Herod. IX 101) aut ita ut cum enuntiatione principali coalescant casu nominis cum emphasi praemissi non secundum legitimam structuram ad sententiam principalem sed ad causalem ita applicato ut aut simpliciter illa subsequatur (115, 4. Herod. I 24. 114. 155. IV 149. 200) aut neglecta coniunctione in initio posita altera addatur (VIII 30, 1, ubi cf. adn.). Audacius hic Krueg. deleto καί sententiam ad alteram normam conformat, quod ita Hermannus (Philol. I p. 372) probavit ut ante πρότερον id transponi iuberet. Sed praeter VIII 30, 1 simile est IV 132, 2, ubi altera coniunctio post interpositam causam sine illa casus applicatione additur. Ceterum exempla illegitimae structurae quotquot novimus praeter Thucydidea Herodoti sunt eaque sine altera coniunctione. Cf. Krueg. Gr. § 60, 4 adn. 2. Kuehn. Gr. max. § 544, 8. — **ᾔσθοντο.** Intell. οἱ πρέσβεις. — **παριτητέα.** Cf. 79, 2. 86, 3. 93, 4. 118, 2. Krueg. Gr. § 44, 4 adn. 2. Non sperni tamen a Thuc. in talibus singularem statim cognoscimus. — **ἀπολογησομένους.** Accusativus refertur ad σφᾶς, quod cogitatur obscurius apud παριτητέα εἶναι. Cf. Matth. Gr. § 447, 4. Krueg. Gr. § 56, 18 adn. 3. — **δηλῶσαι δέ.** Mutata est oratio. Cf. 86, 3. VI 8, 2. Matth. Gr. § 532c. — **τὴν πόλιν ... σημῆναι ὅση εἴη.** Cf. Matth. Gr. § 296, 3. — **ἐβούλοντο** et paulo post **ἢ πρὸς τὸ πολεμεῖν** temere damnat Cob. ad Hyper. p. 67. Illud vel propter proximum νομίζοντες fieri non posse adnotat Class. Postea in **τοῖς τε πρεσβ.** attende synchysin membrorum, de qua dictum est ad c. 16. III 81, 2.

§ 2. **τοῖς Λακεδαιμονίοις.** Cum discernantur a τῷ

www.libtool.com.cn

νίοις ἔφασαν βούλεσθαι καὶ αὐτοὶ ἐς τὸ πλῆθος αὐτῶν εἰπεῖν, εἴ τι μὴ ἀποκωλύει. οἱ δ' ἐκέλευόν τε 3
ἐπιέναι, καὶ παρελθόντες οἱ Ἀθηναῖοι ἔλεγον τοιάδε.

73. „Ἡ μὲν πρέσβευσις ἡμῶν οὐκ ἐς ἀντι- 1
λογίαν τοῖς ὑμετέροις ξυμμάχοις ἐγένετο, ἀλλὰ περὶ ὧν ἡ πόλις ἔπεμψεν· αἰσθόμενοι δὲ καταβοὴν οὐκ ὀλίγην οὖσαν ἡμῶν παρήλθομεν, οὐ τοῖς

§ 2. **ἀποκωλύει** Aug. Cass. Cl. Ven. C. D. I, **ἀποκωλύῃ** It. Vat. Pal. F. G. H., quod recipere ausus est Class. propter VI 21, 1, vulgo **ἀποκωλύοι**.
§ 3. **παριέναι** Laur. m., **περιέναι** Mosqu. Cf. adn.

**πλήθει αὐτῶν**, magistratus, maxime ephori, designantur. — **ἐς.** Cf. adn. 23, 6. 68, 1. — **εἴ τι μή** pro legitimis **εἰ μή τι**, nisi quid. Cf. Plat. Crat. 433 c. Xen. Hist. Gr. VI 4, 2. Similiter **εἰ μὴ καί** eadem vi qua **εἰ καὶ μή** II 11, 6. VI 60, 3. Frustra igitur Krueg. **τι** uncis inclusit, **ἀποκωλ.** intransitive positum esse suspicatus (cf. adn. 144, 2), et Herw. Cobeto auctore **εἰ μή τι** scripsit.

§ 3. **ἐπιέναι, καὶ παρελθόντες.** Hic quidem Haackium secutus haec verba ita distinguas ut **ἐπιέναι** sit adire, accedere (**ἐπὶ τὸ πλῆθος**, cf. 90, 5. 91, 4), **παρελθεῖν** ad dicendum prodire (73, 1); legitur tamen et illud pro hoc 119, 1 et hoc pro illo § 1 in v. **παριτητέα**, cui respondet **προσελθόντες** § 2. Non putamus igitur hic praeferendum esse **παριέναι.** — **ἔλεγον.** De imperfecto verborum dicendi, cui 79, 1 aoristus respondet, idem adnotandum quod de mittendi verbis ad 26, 1 docuimus. Cf. **ἔλεγον** 124, 3 et VI 75, 4, **παρεκελεύετο** II 90, 1, **ἐκέλευον** II 12, 2, **ἐκέλευε** III 112, 4. VII 31, 4. 65, 1. VIII 100, 2. Popp. ad Xen. Anab. IV 3, 13 et Sinten. ad Plut. Them. p. LI sqq., Krueg. Gr. § 53, 2 adn. 1.

Cap. 73. Post exordium (73, 1) Athenienses se haud indignos esse potestate quam adepti sint demonstrant, exponentes primum quantum rebus bello Persico gestis meruerint (73, 2—75), deinde quomodo ipsa rerum necessitate eo adducti sint ut imperium augerent et ita ut fecerint constituerent (75—78), postremo peroratione (78) Lacedaemonios monent ne inconsulte et praepropere bellum decernant.

§ 1. **πρέσβευσις**, Poëticum appellat Dion. Hal. p. 794, nisi forte verba eius sic intellegenda sunt ut interpretatur Has. in Steph. Thes. v. **πρέσβ.**, qui illum **ποιητικά** dicere putat vocabula ab ipso Th. fabricata. Aliud de eo iudicium exstat Gregorii Cor. p. 50 et hic schol., qui illud Th. proprium esse dicit, et sine reprehensione bis commemoratur a Polluce IV 26. VIII 127 ac legitur etiam apud Dion. Cass. XLII 46, 2. — **ἐς ἀντιλογίαν τοῖς ... ξυμμάχοις.** Cf. Matth. Gr. § 390. Krueg. Gr. § 48, 12 adn. 4. — **καταβοήν.** Hoc quoque a schol. ut illud **πρεσβ. Θουκυδίδειον** existimatum tamquam nimis poëticum (sed vid. antea Has.) reprehendit Dion. Hal. l. d., sed et ipse eo usus est aliquotiens et Appian. Plutarch. Ioseph. Dio Cass. Menand. hist. al. Redit VIII 85, 2. 87, 3. — **παρήλθομεν.** Aoristus pro perfecto. Cf. 120, 1. II 60, 1. —

www.libtool.com.cn


*ἐγκλήμασι τῶν πόλεων ἀντεροῦντες (οὐ γὰρ παρὰ δικασταῖς ὑμῖν οὔτε ἡμῶν οὔτε τούτων οἱ λόγοι ἂν γίγνοιντο), ἀλλ' ὅπως μὴ ῥᾳδίως περὶ μεγάλων πραγμάτων τοῖς ξυμμάχοις πειθόμενοι χεῖρον βουλεύσησθε, καὶ ἅμα βουλόμενοι περὶ τοῦ παντὸς λόγου τοῦ ἐς ἡμᾶς καθεστῶτος δηλῶσαι ὡς οὔτε ἀπεικότως ἔχομεν ἃ κεκτήμεθα ἥ τε πόλις ἡμῶν ἀξία λόγου ἐστίν.*

2 *Καὶ τὰ μὲν πάνυ παλαιὰ τί δεῖ λέγειν, ὧν ἀκοαὶ μᾶλλον λόγων μάρτυρες ἢ ὄψις τῶν ἀκουσομένων; τὰ δὲ Μηδικὰ καὶ ὅσα αὐτοὶ ξύνιστε, εἰ καὶ δι' ὄχλου μᾶλλον ἔσται αἰεὶ προβαλλομένοις, ἀνάγκη λέγειν. καὶ γὰρ ὅτε ἐδρῶμεν, ἐπ' ὠφελίᾳ ἐκινδυνεύετο, ἧς τοῦ μὲν ἔργου μέρος μετέσχετε,*

Cap. 78. § 2. *ὄψεις* It. m. et pauci deteriores, quod concinnitatis causa recepit Bekk. et probat Cob. ad Hyper. p. 43. At concinnitatem Th. nonnunquam fugit et Tac. Ann. XIII 5 (velum) quod *visum* arceret, *auditus* non adimeret, ubi frustra auditum scripserunt. Cf. Thuc. II 81, 3 et III 66, 2. Pors. ad Eur. Phoen. 512.

***παρὰ δικασταῖς ὑμῖν.*** Cf. Krueg. Gr. § 68, 6 adn. *Οὖσιν* post *ὑμ.* frustra addi voluit. Camp. — ***περὶ τοῦ παντὸς ... καθεστῶτος.*** Port.: de tota accusatione contra nos instituta. Cf. 68, 1 *ἐς τοὺς ἄλλους ἤν τι λέγωμεν* ibique adn. Temere *ψόγου* pro *λόγου* coni. Herw.

§ 2. ***τὰ πάνυ παλαιά***] *τὰ κατὰ Ἀμαζόνας καὶ Θρᾷκας καὶ Ἡρακλείδας φησίν.* Schol. — ***ὧν ... μάρτυρες.*** *Ὧν* pendet ex v. *μάρτυρες* et *ἀκοαὶ λόγων* sunt *λόγοι ἀκουσθέντες.* — ***εἰ καὶ ... προβαλλομένοις***, quamvis (haec vobis) cum semper obiciantur molestiora (quam si id non fieret; cf. adn. 68, 1) futura sint. De verbis *δι' ὄχλου εἶναι* cf. VI 34, 2. 59, 2. VII 48, 5. Matth. Gr. § 580 e. Stallb. ad Plat. Alcib. I init. Verbum *προβάλλειν* eodem sensu quo V 16, 1 (obicere, *vorhalten*) dictum esse putamus atque passivi *προβάλλομαί τι* eandem rationem esse atque passivi *ἐγκαλοῦμαί τι* (cf. Krueg. Gr. § 52, 4 adn. 1), quomodo supersedemus Class. coniectura *προβαλλόμενα.* Cf. Bonitz. l. l. p. 13. Annal. phil. l. l. p. 411. — ***ἐπ' ὠφελίᾳ ἐκινδυνεύετο***, propter utilitatem pericula adibantur (a nobis). *Κινδυνεύεσθαι* passive et impersonaliter dictum est, ut 78, 2. V 91, 2. — ***ἧς ... μετέσχετε***, cuius (utilitatis) re ipsa vos quidem participes aliquatenus facti estis. De accus. *μέρος* vid. Matth. Gr. § 325 adn. 1. Krueg. Gr. § 47, 15 adn. 1. De aoristo vid. adn. 3, 2 et II 72, 1. Respondent inter se *ἔργου* et *λόγου*, *μέρος* et *πᾶν*. *Τὸ ἔργον τῆς ὠφελίας* est propr. id quod verum et certum est ex commodis (Bonitz *die Wirk-*

τοῦ δὲ λόγου μὴ παντός, εἴ τι ὠφελεῖ, στερισκώμεθα. ῥηθήσεται δὲ οὐ παραιτήσεως μᾶλλον ἕνεκα 3
ἢ μαρτυρίου καὶ δηλώσεως πρὸς οἵαν ὑμῖν πόλιν μὴ εὖ βουλευομένοις ὁ ἀγὼν καταστήσεται. φαμὲν 4
γὰρ Μαραθῶνί τε μόνοι προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ καὶ ὅτε τὸ ὕστερον ἦλθεν, οὐχ ἱκανοὶ ὄντες κατὰ γῆν ἀμύνεσθαι, ἐσβάντες ἐς τὰς ναῦς πανδημεὶ ἐν Σαλαμῖνι ξυνναυμαχῆσαι, ὅπερ ἔσχε μὴ κατὰ πόλεις αὐτὸν ἐπιπλέοντα τὴν Πελοπόννησον πορθεῖν, ἀδυνάτων ἂν ὄντων πρὸς ναῦς πολλὰς ἀλλήλοις ἐπιβοηθεῖν. τεκμήριον δὲ μέγιστον αὐτὸς 5
ἐποίησε· νικηθεὶς γὰρ ταῖς ναυσίν, ὡς οὐκέτι αὐτῷ ὁμοίας οὔσης τῆς δυνάμεως κατὰ τάχος τῷ πλέονι τοῦ στρατοῦ ἀνεχώρησεν. 74. τοιούτου μέντοι 1
ξυμβάντος τούτου καὶ σαφῶς δηλωθέντος ὅτι ἐν

*lichkeit, die wirklichen Erfolge*). Lacedaemonii autem p a r t e m fructuum belli dicuntur percepisse, quia solius libertatis, non, ut Athenienses, imperii et tributorum participes facti sunt.

§ 3. *οὐ παραιτήσεως . . . ἕνεκα*] *οὐχὶ ἕνεκα τοῦ αἰτεῖν συγγνώμην*. Schol. De *ῥηθήσομαι* cf. Xen. Hist. Gr. VI 3, 7.

§ 4. *Μαραθῶνι*. De praepositione contra atque II 34, 5 non addita cf. Krueg. Gr. § 46, 1 adn. 3. Dind. et Bait. ad Isocr. Pan. c. 25. Cf. 143, 1 et V 18, 10. — *μόνοι*. Videtur esse veri superlatio oratoria, cum neglegantur ob exiguum numerum Plataeenses. Praetermissa est eorum commemoratio etiam ab Herodot. IX 27 et Dion. Chrysost. 73, 6. — *προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ*. In *πρό* aut notio a n t e c e t e r o s (ut *πρόμαχοι τῆς Ἑλλάδος* dicantur fuisse) aut p r o c e t e r i s inest. Posterius praeferendum est. Cf. VII 56, 3. Schaef. ad Plut. V p. 9. De dativo cf. Matth. Gr. § 404. — *πανδημεί*. Praeter paucos illos qui in arce remanserunt. — *ξυνναυμαχῆσαι*, i. e. *σὺν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι ναυμαχῆσαι*. — *ἔσχε*] *ἐπέσχε, διεκώλυσε*. Schol. De proximo *μή* cf. Matth. Gr. § 534 adn. 4, 3 et adn. c. 16, de re Herod. VII 139. — *κατὰ πόλεις*. Cf. Krueg. Gr. § 68, 25 adn. 4. — *ἀδυνάτων ἂν ὄντων*. *Πελοποννησίων* ex praeced. *Πελοπόννησον* vel *ὑμῶν* simul audi. *Ἄν* indicat participium solvendum esse *ἐπεὶ ἀδύνατοι ἂν ἦτε (ἦσαν)*, intell. *εἰ ἐπέπλει*. Cf. adn. 11, 2. Krueg. Gr. § 54, 6 adn. 6.

§ 5. *ὁμοίας* = *ἀντιπάλου*. Cf. II 89, 2. Herod. IX 96. — *τῷ πλέονι τοῦ στρατοῦ*. De dativo vid. Matth. Gr. § 405 adn. 2. *Πλέονι* potest esse masculinum et neutrum. Cf. adn. 2, 3. 5, 1, sed etiam 118, 2. III 35, 2. Similiter II 79, 7. V 114, 2.

Cap. 74. Cum hoc cap. cf. Aristid. Panath. I p. 131 sqq. § 1. *τοιούτου*. Cf. adn. V 92. — *δηλωθέντος*. Ne *δηλωθέν* necessarium putes, cf. 76, 2.

www.libtool.com.cn

ταῖς ναυσὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα ἐγένετο, τρία τὰ ὠφελιμώτατα ἐς αὐτὸ παρεσχόμεθα, ἀριθμόν τε νεῶν πλεῖστον καὶ ἄνδρα στρατηγὸν ξυνετώτατον καὶ προθυμίαν ἀοκνοτάτην· ναῦς μέν γε ἐς τὰς τριακοσίας, ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν δύο μοιρῶν, Θεμιστοκλέα δὲ ἄρχοντα, ὃς αἰτιώτατος ἐν

Cap. 74. § 1. τριακοσίας Vind. Ar. Chr. b.; reliqui τετρακοσίας. Vid. adn. Eadem numeralia etiam alibi a librariis confusa sunt.

τῶν ante δύο abest a libris mss. optimis et deletum est a Bekk. At vid. 10, 2. 104, 2. II 10, 2. 47, 2. Aristot. Polit. II 9, 11 (p. 1270a). Aristid. p. 528. Cf. Krueger. Stud. II p. 255.

VI 58, 1. Krueg. Gr. § 47, 4 adn. 4. — ἐν ταῖς . . . ἐγένετο, in navibus fortunas Graecorum sitas fuisse, versas esse. De voc. πράγματα vid. Wachsm. Antiqu. Graec. I p. 821 sq., de ἐν Krueg. Gr. § 68, 12 adn. 6. — ἐς αὐτό, i. e. ἐς τὸ ἐν ταῖς ναυσὶ τὰ πράγματα γενέσθαι. Cf. II 53, 2. adn. IV 64, 1. — ἄνδρα στρατηγόν. Cf. Pseudo-Lys. II 42. adn. 115, 2. — τριακοσίας. Quanquam universa classis Graeca proprie 378 navium earumque praeter quinque πεντηκοντόρους triremium fuit secundum Herodot. VIII 48, qui numerus ut rotundetur, rectius quadringentae quam trecentae commemorandae videantur, tamen, cum Graecis honori esset quam minimis navibus vicisse, et Aeschylus in Pers. 338 (praeterquam quod hic decem selectas addit), Demosth. XVIII 238 et XIV 29 atque Nepos Them. 3 trecentas numerant, et idem hic fecisse Thucydidem, apud quem vulgo τετρακοσίας legitur, inde certum est quod ad hanc classem non multo pauciores quam duas partes (*zwei Drittel*, δύο τοῦ παντὸς μέρη Aristid. I p. 135, τῶν συμπασῶν τριήρων τὰ δύο μέρη p. 528) Athenienses dicuntur contulisse, a quibus summum ducentas datas esse novimus ex Herodot. VIII 61 (qui VIII 44 tantum centum octoginta memoravit, quod secundum VIII 1 viginti Chalcidensibus commodaverant), Demosth. XVIII l. d. Diod. XV 78, 4. Nep. Them. 3. Disputarunt de magnitudine classis Graecae praeter alios Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 275. Mueller. Aegin. p. 120—122. Leak. de Pag. Attic., qui τριακοσίας probat p. 138., item Thirlwall. Hist. Gr. II p. 506. Didotius, ut vulgatam defendat, formulae τῶν δύο μοιρῶν aliam vim dat, qua in re eum male secutus est Grot. Hist. V p. 135 sq. (vers. Germ. III p. 79). Nam hanc de duabus partibus rei in tres partes discriptae dici cognoscitur ex locis ad sd. allatis praeter 10, 2. Similiter Latini totum cuius partes ponuntur non nominant cum numerus numerans uno minor est indice. Cf. Brem. ad Nep. Timoth. 4. Fabr. ad. Liv. XXI 40, 7. Ita his verbis intellectis et reposito τριακοσίας optime Thucydides conspirat cum Isocr. IV 107, ubi Athenienses dicuntur κεκτημένοι τριήρεις διπλασίας μὲν ἢ σύμπαντες οἱ ἄλλοι. Cf. Aristid. p. 528. Frustra ἐς τὰς τετρακοσίας del. Dobr. Nam ad demonstrandum Atheniensium meritum maximi momenti est non solum quotam navium partem praebuerint Athenienses, sed ipsum etiam navium numerum no-

www.libtool.com.cn

τῷ στενῷ ναυμαχῆσαι ἐγένετο, ὅπερ σαφέστατα
ἔσωσε τὰ πράγματα, καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο δὴ μά-
λιστα ἐτιμήσατε ἄνδρα ξένον τῶν ὡς ὑμᾶς ἐλθόν-
των· προθυμίαν δὲ καὶ πολὺ τολμηροτάτην ἐδεί- 2
ξαμεν, οἵ γε, ἐπειδὴ ἡμῖν κατὰ γῆν οὐδεὶς ἐβοήθει,
τῶν ἄλλων ἤδη μέχρι ἡμῶν δουλευόντων, ἠξιώ-
σαμεν ἐκλιπόντες τὴν πόλιν καὶ τὰ οἰκεῖα δια-
φθείραντες μηδ' ὧς τὸ τῶν περιλοίπων ξυμμάχων
κοινὸν προλιπεῖν μηδὲ σκεδασθέντες ἀχρεῖοι αὐτοῖς
γενέσθαι, ἀλλ' ἐσβάντες ἐς τὰς ναῦς κινδυνεῦσαι
καὶ μὴ ὀργισθῆναι ὅτι ἡμῖν οὐ προετιμωρήσατε.
ὥστε φαμὲν οὐχ ἧσσον αὐτοὶ ὠφελῆσαι ὑμᾶς ἢ 3
τυχεῖν τούτου. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἀπό τε οἰκουμένων
τῶν πόλεων καὶ ἐπὶ τῷ τὸ λοιπὸν νέμεσθαι, ἐπειδὴ

αὐτὸν διὰ τοῦτο ὑμεῖς ἐτιμήσατε μάλιστα δὴ Laur. cum aliquot deterioribus. Cf. adn.

minatim afferri. Duas enim navium partes et tamen non adeo multas naves praebere poterant. *Ὀλίγῳ* additum est, quod Chalcidensibus praebitae viginti naves ex ducentis satis proprie Atheniensium dici nequeunt. — *ἐν τῷ στενῷ.* In freto Salaminio. Cf. Herodot. VIII 60 sqq. et Diod. XI 16, 4. — *ναυμαχῆσαι.* Cum ex superlativo (de quo cf. Krueg.) *αἴτιον* adiective positum esse appareat, nemo infinitivum sequi mirabitur. Cf. Krueg. Gr. § 50, 6 adn. 7. — *αὐτοί* (post quod *δέ* additum cupit Camp. Quaest. p. 6) est *ὑμεῖς αὐτοί*, ut saepe. Ceterum cogitandum est *καὶ ὃν αὐτοὶ . . . ἐτιμήσατε* (cf. Krueg. Gr. § 60, 6) et *ἄνδρα ξένον* pro appositione praedicativa accipiendum. Qui *αὐτόν* praeferunt (hoc falso Vaticano tribuit Class.) vim sententiae infringunt. Nam de Themistoclis merito Atheniensium legati ipsorum Lacedaemoniorum existimationem afferunt. Quod ipsi Lacedaemonii ita existimaverunt rem extra omnem ponit dubitationem. — *δή* cum pronomine demonstrativo, ut non raro, iungendum est. — *ἐτιμήσατε.* Vid. Herodot. VIII 124. Plut. Themist. 17.

§ 2. *τὰ οἰκεῖα διαφθείραντες*] οὐκ ἐπὶ τῆς πόλεως εἴληπται, ἀλλ' ἐπὶ τῶν σκευῶν τῶν ἐν ταῖς οἰκίαις καὶ τῆς ἄλλης περιουσίας, ἣν οὐκ ἦν δυνατὸν ὑπεκθέσθαι οὔτε (? οὐδὲ) ἐν ταῖς ναυσὶ φέρειν. Schol. — *τὸ . . . κοινόν*, communem salutem. Cf. 91, 8. III 37, 4.

§ 3. *οὐχ ἧσσον.* Cf. adn. 70, 8. L. Herbst. in Phil. XVI p. 294 sq. — *αὐτοί*, *unserseits.* Hoc post *ἤ* transpositum cupit Camp. in Annal. philol. 1857 p. 278 et Quaest. p. 5. Sed non prorsus deest quod huic *αὐτοί* oppositum sit *ὑμεῖς*; latet enim in verbis *ἢ τυχεῖν τούτου*, quae idem valent atque *ἢ ὑμᾶς ἡμᾶς ὠφελῆσαι*, quod, cum ambiguum et molestum esset, scriptor vitavit. Cf. Herbst l. l. — *τούτου*, i. e. *τοῦ ὠφελεῖσθαι*, *τῆς ὠφελίας.* — *ἐπὶ τῷ . . . νέμεσθαι*, ut eas in poste-

www.libtool.com.cn

*ἐδείσατε ὑπὲρ ὑμῶν καὶ οὐχ ἡμῶν τὸ πλέον, ἐβοηθήσατε (ὅτε γοῦν ἦμεν ἔτι σῶ, οὐ παρεγένεσθε), ἡμεῖς δὲ ἀπό τε τῆς οὐκ οὔσης ἔτι ὁρμώμενοι καὶ ὑπὲρ τῆς ἐν βραχείᾳ ἐλπίδι οὔσης κινδυνεύοντες ξυνεσώσαμεν ὑμᾶς τε τὸ μέρος καὶ ἡμᾶς αὐτούς.*
4 *εἰ δὲ προσεχωρήσαμεν πρότερον τῷ Μήδῳ δείσαντες, ὥσπερ καὶ ἄλλοι, περὶ τῇ χώρᾳ, ἢ μὴ ἐτολμήσαμεν ὕστερον ἐσβῆναι ἐς τὰς ναῦς ὡς διεφθαρμένοι, οὐδὲν ἂν ἔτι ἔδει ὑμᾶς μὴ ἔχοντας ναῦς ἱκανὰς ναυμαχεῖν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν ἂν αὐτῷ προεχώρησε τὰ πράγματα ᾗ ἐβούλετο.*
1 75. *Ἆρ' ἄξιοί ἐσμεν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ προθυμίας ἕνεκα τῆς τότε καὶ γνώμης ξυνέσεως ἀρχῆς γε ἧς ἔχομεν τοῖς Ἕλλησι μὴ οὕτως ἄγαν*

§ 3. *σῶ* Aelius Dionysius apud Eustath. ad Il. XIII 773, *σῶοι* codd. Cf. III 34, 3. VIII 81, 3. Kuehn. Gr. max. § 148 adn. 2.

Cap. 75. § 1. *ἀρχῆς γε* Mosqu. Ar. Chr. Dan. b., vulgo *ἀρχῆς τε*. Sed imperium non erat causa cur Athenienses invidia indigni essent, verum id quod iis alii maxime invidebant. Cf. adn.

rum incoleretis. — *ὑπὲρ ὑμῶν ... τὸ πλέον*. Cf. Matth. Gr. § 455 adn. 3b. De praepositione non iterata cf. adn. VII 47, 4. — *τῆς οὐκ οὔσης ἔτι*, quae iam nulla erat, quae iam esse desierat. Ita alibi de mortuis dicitur. Cf. II 44, 3. — *ὁρμώμενοι*, proficiscentes, una cum vi subsidiis eius utentes. Cf. 144, 4. II 65, 2. Schoem. ad Plut. Cleom. 26, 3. — *ὑπὲρ τῆς ἐν βραχείᾳ ἐλπίδι οὔσης*] *ἐν βραχείᾳ ἐλπίδι αἱ τριήρεις ἢ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων*. Schol. Videtur igitur *πόλιν* hic aut classem patriae quasi receptatricem aut civitatem, h. e. cives, dicere. — *τὸ μέρος*, pro rata parte, pro parte virili. Cf. II 67, 2. Vig. p. 109. Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 4. Paulo aliter 127, 2, ubi cf. adn. Alii minus recte interpr. *auch eurentheils*. Ita Camp. Quaest. p. 5.

§ 4. *ὥσπερ καί*. Cf. Krueg. Gr. § 69 32 adn. 13. — *οὐδὲν ἂν ... ἔδει*. De *ἂν* non omisso cf. Matth. Gr. § 505 adn. Krueg. Gr. § 53, 2 adn. 7. — *τὰ πράγματα* contra Krueg., a quo, quoniam *προχωρεῖν* libenter impersonaliter ponitur (cf. 109, 3), uncis inclusum est, defendit Herod. VIII 108 *οὔτε τι προχωρέειν οἷόν τε ἔσται τῶν πραγμάτων*.

Cap. 75. § 1. *Ἆρ' ἄξιοί ἐσμεν*; dignine sumus? i. e. nonne digni sumus? Cf. Matth. Gr. § 614 extr. Krueg. Gr. § 69, 9 adn. — *γνώμης ξυνέσεως*, consilii intelligentiae, i. e. consilii prudentissimi per Themistoclem dati (cf. 74, 1) et a nobis tunc capti. *Γνώμην* minus recte a Krueg. mentem explanari recte monet Class. Frustra *ξυνέσεως* del. Dobr. Idem enim significatur ac si scriptum sit *γνώμης ξυνετῆς*. — *ἀρχῆς γε* (licet alia invidiam habeant, imperii

www.libtool.com.cn

ἐπιφθόνως διακεῖσθαι; καὶ γὰρ αὐτὴν τήνδε ἐλά- 2
βομεν οὐ βιασάμενοι, ἀλλ' ὑμῶν μὲν οὐκ ἐθε-
λησάντων παραμεῖναι πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ βαρ-
βάρου, ἡμῖν δὲ προσελθόντων τῶν ξυμμάχων καὶ
αὐτῶν δεηθέντων ἡγεμόνας καταστῆναι. ἐξ αὐτοῦ 3
δὲ τοῦ ἔργου κατηναγκάσθημεν τὸ πρῶτον προ-
αγαγεῖν αὐτὴν ἐς τόδε, μάλιστα μὲν ὑπὸ δέους,
ἔπειτα δὲ καὶ τιμῆς, ὕστερον καὶ ὠφελίας· καὶ 4
οὐκ ἀσφαλὲς ἔτι ἐδόκει εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀπ-
ηχθημένους καί τινων καὶ ἤδη ἀποστάντων κατε-
στραμμένων, ὑμῶν τε ἡμῖν οὐκέτι ὁμοίως φίλων,
ἀλλ' ὑπόπτων καὶ διαφόρων ὄντων, ἀνέντας κιν-
δυνεύειν (καὶ γὰρ ἂν αἱ ἀποστάσεις πρὸς ὑμᾶς
ἐγίγνοντο)· πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον τὰ ξυμφέροντα 5

§ 3. *δὲ* post *ἔπειτα* cum nonnullis deterioribus om. Laur. m.

quidem) . . . *ἐπιφθόνως διακεῖσθαι*, i. e. *φθονεῖσθαι*. Cf. Matth. Gr. § 368 et de *διακεῖσθαι* adn. VIII 68, 1. Cum toto loco compara VI 82. 83.

§ 2. *αὐτὴν τήνδε*, hoc ipsum quod suscepimus imperium. Ex opposito cogitatur imperium auctum (*προαγαγεῖν* § 3). Proprie tamen *ἡγεμονίαν*, non *ἀρχήν*, acceperunt, quas res consulto orator hic et c. 76 confundit. Cf. Grot. Hist. V p. 396 (interpr. III p. 227). — *παραμεῖναι . . . τοῦ βαρβάρου*. Cf. III 10, 2 et de universa re c. 95. Significantur praesidia a Persis in variis partibus Thraciae et Hellesponti, velut Eione et Dorisci, relicta. Cf. Herod. VII 107 et Grot. Hist. V p. 402 (interpretat. III p. 230). — Paulo post Krueg. mavult legi *καταστῆναι, ἐξ αὐτοῦ δὴ τ. ἔ.*, ut *κατηναγκ.* iungatur cum *ἀλλ' ὑμῶν*, similiterque omisso *δὲ* Herw. Sed Lacedaemoniis manere recusantibus et ipsis sociis petentibus imperium Athenienses non promoverunt, sed susceperunt.

§ 3. *προαγαγεῖν*. *Αἴρειν* VI 18, 5, ut *προάγειν* ibid. et I 144, 4. — *ὑπὸ δέους*] *τοῦ βαρβάρου ἢ τῶν κακῶς παθόντων ἐν τῇ ἀρχῇ ὑπηκόων*. Schol. Prior explicatio praeferenda est, ne eadem sententia § 4 repetatur.

§ 4. *καὶ οὐκ ἀσφαλὲς ἔτι*. Cf. II 63, 1 et 2. Tribus illis causis quarto loco securitatis cura additur. Itaque *καὶ οὐκ ἔτι* = *auch nicht mehr*. — *ἀποστάντων κατεστραμμένων*. Attende participium participio subiectum. Cf. adn. 50, 4. VI 17, 3. Matth. Gr. § 557, 3. De defectionibus vid. c. 98. 99 sqq. — *καὶ γὰρ ἄν*. Simul audi *εἰ ἀνεῖμεν* (in indicat.). Cf. adn. 68, 4. Ipsum verbum Classen recte interpretatur remittere, minus attente et severe agere. Cf. VI 86, 3. Nam perperam *ἀρχήν* subaudientes dimisso imperio interpretantur. Ita enim defectiones quae statim memorantur fieri non possent.

§ 5. *ἀνεπίφθονον*] *ἄμεμπτον, ἄψογον*. Schol. Homericum *οὐ νεμεσητόν*. — *τῶν*

www.libtool.com.cn

1 τῶν μεγίστων πέρι κινδύνων εὖ τίθεσθαι. 76. ὑμεῖς
γοῦν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τὰς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ
πόλεις ἐπὶ τὸ ὑμῖν ὠφέλιμον καταστησάμενοι ἐξη-
γεῖσθε· καὶ εἰ τότε ὑπομείναντες διὰ παντὸς ἀπ-
ήχθησθε ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ, ὥσπερ ἡμεῖς, εὖ ἴσμεν μὴ
ἂν ἧσσον ὑμᾶς λυπηροὺς γενομένους τοῖς ξυμ-
μάχοις καὶ ἀναγκασθέντας ἂν ἢ ἄρχειν ἐγκρατῶς
2 ἢ αὐτοὺς κινδυνεύειν. οὕτως οὐδ' ἡμεῖς θαυ-
μαστὸν οὐδὲν πεποιήκαμεν οὐδ' ἀπὸ τοῦ ἀνθρω-
πείου τρόπου, εἰ ἀρχήν τε διδομένην ἐδεξάμεθα
καὶ ταύτην μὴ ἀνεῖμεν, ὑπὸ ⟨τριῶν⟩ τῶν μεγίστων
νικηθέντες, τιμῆς καὶ δέους καὶ ὠφελίας, οὐδ' αὖ
πρῶτοι τοῦ τοιούτου ὑπάρξαντες, ἀλλ' αἰεὶ καθε-
στῶτος τὸν ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείρ-
γεσθαι, ἄξιοί τε ἅμα νομίζοντες εἶναι καὶ ὑμῖν
δοκοῦντες, μέχρι οὗ τὰ ξυμφέροντα λογιζόμενοι
τῷ δικαίῳ λόγῳ νῦν χρῆσθε, ὃν οὐδείς πω παρα-

*μεγίστων πέρι κινδύνων*, ubi agitur de maximis periculis (in quae alioqui incidere possint, *wo es sich um die grössten Gefahren handelt*. Bonitz). De *περί* cf. adn. IV 63, 2. VI 17, 3. 78, 3. *Κινδυνεύουσι* pro *κινδύνων εὖ* e Sintenis (Ephem. Lit. Hal. 1846 no. 66) coniectura legi vult Herm. in Philol. I p. 870. *Κινδύνων* eici iubet Krueg. Vulgatam recte defendit Bonitz. l. d. p. 17 superiore *κινδυνεύειν*, item Herbst. in Philol. XVI p. 277 sqq.

Cap. 76. § 1. *ἐπὶ τὸ ὑμῖν ὠφέλιμον*. Cf. c. 19. — *ὑπομείναντες διὰ παντός*, si semper perseverassetis (in bello et in principatu). Contraria haec sunt superioribus 75, 2 *ὑμῶν οὐκ ἐθελησάντων παραμεῖναι πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ βαρβάρου*. — *ἀπήχθησθε*. Haec contra Kruegerum, qui protasi et apodosi idem exprimi arbitratus sollicitavit, bene defendit Bonitz. l. d. p. 19. *Λυπηροὺς ἂν γενομένους* enim sonant molestos futuros fuisse, i. e. futurum fuisse ut premeretis et vexaretis. Cf. Herbst. l. l. p. 351. — *μὴ ἄν*. Usitatius esset *οὐκ ἄν*, ut VI 64, 1 *εἰδότες οὐκ ἂν ὁμοίως δυνηθέντες*. Sed cf. etiam II 17, 2 et Krueg. Gr. § 67, 8 adn. 1. Ceterum iunge *μὴ ἧσσον*, non minus.

§ 2. *οὕτως*, ut Lat. ita, est quapropter. Cf. VI 92, 5. — *ἀπὸ τοῦ ... τρόπου* = *παρὰ τὸν ... τρόπον*. Cf. Soph. El. 1127. Trach. 389. Dem. XXIV 6. — ⟨*τριῶν*⟩ ex constanti scriptoris usu (33, 3. 74, 1. 122, 4. III 40, 2. IV 64, 5. V 9, 9, ubi cf. sd.) addiderunt Herw. et Weil (Revue de phil. II p. 92). — *τιμῆς ... ὠφελίας*. Ut 75, 3. — *τοῦ τοιούτου*] τοῦ ἄρχειν. Schol. De re cf. V 105, 2. — *καθεστῶτος*. Cf. adn. ad *δηλωθέντος* 74, 1. — *ὑμῖν δοκοῦντες*. Vid. 95, 7. — *μέχρι οὗ ... νῦν* = *μέχρι νῦν ὅτε*. — *τῷ δικαίῳ λόγῳ ... χρῆσθε*, *die Sprache der Billig-*

τυχὸν ἰσχύι τι κτήσασθαι προθεὶς τοῦ μὴ πλέον
ἔχειν ἀπετράπετο. ἐπαινεῖσθαί τε ἄξιοι, οἵτινες χρη- 3
σάμενοι τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει ὥστε ἑτέρων ἄρχειν
δικαιότεροι ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν γε-
γένηνται. ἄλλους γ' ἂν οὖν οἰόμεθα τὰ ἡμέτερα 4
λαβόντας δεῖξαι ἂν μάλιστα εἴ τι μετριάζομεν·
ἡμῖν δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐπιεικοῦς ἀδοξία τὸ πλέον ἢ
ἔπαινος οὐκ εἰκότως περιέστη. 77. καὶ ἐλασσού- 1
μενοι γὰρ ἐν ταῖς ξυμβολιμαίαις πρὸς τοὺς ξυμ-

Cap. 77. § 1. *ξυμβολαίαις* codd. Emend. Cob. Nov. lect. p. 168 ex Hesychii testimonio *ξυμβολιμαίας δίκας· Ἀττικοὶ τὰς κατὰ σύμβολα.* Quanquam enim ipse Th. hic non nominatur, tamen veri non est simile, cum haec sollemnis Atticorum esset locutio, illum aliter locutum esse. Atque *συμβόλαιος* nullo alio loco invenitur. Quod autem Heysch. habet convenit ad *ἀποβολιμαῖος ἐμβολιμαῖος ὑποβολιμαῖος*.

*keit führt*, vel *das Recht zum Vorwand gebraucht*. — **παρατυχόν.** Cf. Matth. Gr. § 564. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 5. infra V 60, 2. — **προθείς**] *προτιμήσας, προκρίνας*. Schol. — **τοῦ ... ἀπετράπετο.** „Oblatam occasionem plus aliquid adipiscendi (et sua commoda augendi) praetermisit.“ Steph. in Thes. De *μή* vid. Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 4.

§ 3. **χρησάμενοι** hic est fere idem atque secuti, obsecuti. Proxima **ὥστε ... ἄρχειν** Krueg. uncis inclusit causa non addita. — **δικαιότεροι ἢ κατὰ ... δύναμιν.** Cf. adn. 37, 3.

§ 4. **γ' ἂν οὖν** = **γοῦν ἄν.** Cf. 77, 6. — **ἂν ... ἄν.** Cf. adn. 77, 6. 136, 3. Ceterum affert haec schol. Aristid. p. 86, in cuius libris corrupte *ἄλλοις ἄν, μάλιστος, μετριάζωμεν.* — **ἐκ τοῦ ἐπιεικοῦς**] *ἐκ τῆς μετριότητος*. Schol. — **περιέστη**, obvenit, evenit. Cf. VI 24, 2. VII 70, 6. De dativo addito, quem tamen ob vim verbi non mirabere, cf. Matth. Gr. § 402 d.

Cap. 77. § 1. **καὶ ἐλασσούμενοι γὰρ ... δοκοῦμεν**, quamvis enim nobis detrahatur in causis quas ex pactis cum sociis agimus et apud nos (scil. iudices. Cf. Dem. XXVII 2) aequis legibus iis iudicia constituerimus, tamen litigosi videmur esse. Apparet *τὰς ξυμβολιμαίας δίκας* esse *δίκας ἀπὸ συμβόλων*, idque diserte testatur Hesychii glossa *ξυμβολιμαίας δίκας· Ἀττικοὶ τὰς κατὰ σύμβολα.* Erant autem hae causae mercatoriae civium diversarum civitatum de quibus secundum earum civitatum pacta quibus commercium iuris praebendi et repetendi sanciretur ita iudicabatur ut actor forum rei sequeretur. In his autem causis sibi de dignitate detrahi putant Athenienses, quod, cum sociorum imperium habeant, tamen in iis agendis praecipuo iure non utantur. Neque enim in ipsorum cognitione sunt, sed ita apud utrosque communiter aguntur ut in foro rei iudicium fiat. Ita intellegendum esse maxime ostendit contrarium *παρ' ἡμῖν*, quo cau-

www.libtool.com.cn

μάχους δίκαις καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις ποιήσαντες τὰς κρίσεις φιλοδικεῖν δοκοῦ-
2 μεν. καὶ οὐδεὶς σκοπεῖ αὐτῶν, τοῖς καὶ ἄλλοθί που ἀρχὴν ἔχουσι καὶ ἧσσον ἡμῶν πρὸς τοὺς ὑπηκόους μετρίοις οὖσι διότι τοῦτο οὐκ ὀνειδίζεται· βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, δικάζεσθαι οὐδὲν
3 προσδέονται. οἱ δὲ εἰθισμένοι πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ

sae quarum penes ipsos Athenienses est iudicium significantur. Separandum ab hac locutione *αὐτοῖς* et ad *ποιήσαντες τὰς κρίσεις* applicandum esse cum Class. putamus, quoniam sententiae pondus in eo collocatum est quod sociis illi iudicia constituerunt. Ex paribus autem legibus ius dicunt, quod suas ipsorum leges causis sociorum perinde ac suis adhibent. Deinde duo membra per participia enuntiata non, ut Class., *καὶ* ... *καί* particulis inter se aequari volumus, sed priore *καί* concessivam participiorum vim intendi (cf. adn. VII 69, 2). Neque enim paris momenti utrumque membrum est, sed gravius quod in actionibus ex pactis non eo quo decet iure utuntur. Prius autem membrum ad *δίκας ἀπὸ συμβόλων* omnium sociorum refertur, alterum ad causas tributariorum (socii enim non tributarii *αὐτόνομοι* neque Atheniensium iurisdictioni subiecti erant, qua de re cf. adn. VII 57, 3), et eas quas praeter res mercatorias (de his enim sociis cum Atheniensibus *δίκαι ἀπὸ συμβόλων* erant) cum Atheniensibus et eas quas ex gravioribus delictis inter se agebant. De causis ex pactis et omnibus sociorum iudiciis exposuit Stahl. commentatione quam de sociorum Atheniensium iudiciis scripsit (ind. lect. Monast. 1881), quacum cf. G. Gilbert. Enchir. antiqu. publ. Gr. I p. 420 sqq. — *καὶ παρ' ἡμῖν. Καί* impugnat Krueg., ut membrum *παρ' ἡμῖν* ... *ποιήσαντες* superiori *ἐλασσούμενοι* subiciatur. Sed nobis quo iure Athenienses adeo affirment se inferiores esse *(zu kurz kommen)* quia causas secundum aequas leges apud se tractari voluerint non liquet. Ceterum oratorie extenuant rem. Nam socios Athenis ius petere coactos idque iis molestissimum fuisse notissimum est. Cf. personatus Xen. de Rep. Ath. 1, 14—17. — *ποιήσαντες κρίσεις*, quoniam non legitur *ποιησάμενοι*, debet esse cum instituerimus. Cf. Class., qui comparat VI 60, 4. Lys. XIII 35. — *ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις*. De *ἐν* vid. Matth. Gr. § 577 p. 1343. Cf. adn. V 49, 1. — *φιλοδικεῖν δοκοῦμεν*. *Τὸ φιλόδικον* Atheniensium multis locis perstringi ab Aristoph. adnotant interpretes. Mirum est igitur *φιλαδικεῖν* coniecisse Campium l. d.

§ 2. *διότι*, cur (ut 23, 5), proprie ante *τοῖς* collocandum erat; sed cf. adn. IV 4, 1. Interdum hanc collocationem adeo ob causas oratorias necessariam esse docuimus ad 10, 2. — *βιάζεσθαι γάρ*. Ante haec cogita enuntiatum *οὐ γὰρ αὐτοῖς ὀνειδίζεται τοῦτο* vel simile, et *γάρ* reddas scilicet. Quaesitum esse verborum *βιάζεσθαι* et *δικάζεσθαι ὁμοιοτέλευτον* monet Class. — *δικάζεσθαι οὐδὲν προσδέονται*, iis iudiciis non est opus. *Δικάζεσθαι* ut 28, 4. III 44, 4. V 79, 4. Cf. Krueg. Gr. § 55, 3 adn. 12.

§ 3. *οἱ δέ*, illi vero (scil.

www.libtool.com.cn

ἴσου ὁμιλεῖν, ἤν τι παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι ἢ γνώμῃ ἢ δυνάμει τῇ διὰ τὴν ἀρχὴν καὶ ὁπωσοῦν ἐλασσωθῶσιν, οὐ τοῦ πλέονος μὴ στερισκόμενοι χάριν ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνδεοῦς χαλεπώτερον φέρουσιν ἢ εἰ ἀπὸ πρώτης ἀποθέμενοι τὸν νόμον φανερῶς ἐπλεονεκτοῦμεν. ἐκείνως δ' οὐδ'

socii nostri); cf. adn. 37, 2. — **ἀπὸ τοῦ ἴσου**, ex aequo, aequali iure, *auf gleichem Fusse*. Legitur haec formula saepe apud Thuc., ut 99, 2. 136, 3. 140, 5. 143, 3. — **παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι.** *Μή*, pro quo temere *πῃ* coniecit Krueg., ut in **οὐκ ἀξιοῦν** et similibus, cum **οἴεσθαι** iunctum est, quanquam proprie cum **χρῆναι** cohaeret („contra quam opinaretur fieri non debere, contra opinionem suam fieri non debere [putantium]." Seidl. apud Krueg.). Cf. 83, 3 **εἴ τις ὑμῶν μὴ οἴεται ἔσεσθαι.** — **γνώμῃ**, iudicio (aliquo) aut decreto. — **καὶ ὁπωσοῦν.** Ita fere dicta sunt ut alibi **καὶ ὁτιοῦν καὶ ὁποσονοῦν** (IV 37, 1). Cf. Krueg. Gr. § 51, 15 adn. 3. — **οὐ τοῦ πλέονος μὴ στερισκόμενοι χάριν ἔχουσιν**, non quod pluribus non priventur gratiam habent. Cf. Matth. Gr. § 555 h. Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 8. Dicit autem **τοῦ πλέονος**, quia cogitat plura illa commoda quae socii habebant. De **μή** cf. adn. 118, 2. — **τοῦ ἐνδεοῦς.** Genetivus utrum pendeat ex verbo **στερισκόμενοι** ex superioribus repetendo an ex ipsis **χαλεπώτερον φέρουσι** (cf. II 62, 3) dubitatur. Priori tamen explicationi favet sententiae ratio. Quid sit **τὸ ἐνδεές** ex contrario **τῷ πλέονι**, ad quod refertur, intellegitur. Est igitur **τὸ ἔλασσον.** Similiter apud Soph. OC. 1432 inter se opponuntur **τὰ κρείσσω** et **τἀνδεᾶ**, Xen. Hist. Gr. VII 1, 23 **ἐνδεής** et **προήκων**, supra 70, 4 **τῆς δυνάμεως ἐνδεᾶ**, viribus vestris inferiora, et **παρὰ γνώμην**, supra prudens consilium. Cf. Elmsl. ad Eur. Heracl. 170. Itaque iniuria Bonitz. l. l. p. 21 eam quam statuimus **τοῦ ἐνδεοῦς** significationem eius contrario ad amussim respondentem reicit. Quod ipse vertit *die Zurücksetzung* vocabuli usu non comprobatur nec magis quod Class. interpretatus est *die nicht völlige Gleichheit*. Ceterum attende chiasmum: **ἤν τε ἐλασσωθῶσιν: εἰ ἀπὸ . . . ἐπλεονεκτοῦμεν, οὐ τοῦ πλέονος μὴ στερισκόμενοι χάριν ἔχουσιν: τοῦ ἐνδεοῦς χαλεπώτερον φέρουσιν.** Cf. Annal. phil. a. 1863 p. 476). — **ἀπὸ πρώτης.** Femininum ita positum est ut in vv. **τὴν πρώτην, τὴν ταχίστην, κατὰ μόνας, ἐκ καινῆς** al. Cf. adn. 14, 2. 15, 3. Bernh. Synt. p. 185. adn. VII 43, 5. — **ἀποθέμενοι τὸν νόμον**, propr. deposita lege, i. e. abiecta legis cura, *mit Hintansetzung des gesetzlichen Verfahrens*. **Τοὔννομον** conicit Krueger, quod improbat Class., **νόμον**, quam vocem Krueg. apud scriptores vix alibi quam ubi ad locum poëtae, velut Pindari, respiceretur, certe nusquam apud Thuc. sic legi asseveraverat, similiter certe II 53, 4. III 45, 3. 56, 2 positum esse professus. — **ἐκείνως δέ**] ὁ δέ ἀντὶ τοῦ γάρ. Schol. Cf. Herm. ad Vig. § 343 b. Kuehn. ad Xen. Comm. II 1, 1. Ceterum **ἐκείνως** ad proxime praegressa spectans (cf. IV 37, 2. V 116, 3) idem est atque **εἰ . . . φανερῶς ἐπλεονε-**

ἂν αὐτοὶ ἀντέλεγον ὡς οὐ χρεὼν τὸν ἥσσω τῷ
4 κρατοῦντι ὑποχωρεῖν. ἀδικούμενοί τε, ὡς ἔοικεν,
οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον ὀργίζονται ἢ βιαζόμενοι· τὸ
μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἴσου δοκεῖ πλεονεκτεῖσθαι, τὸ
5 δ' ἀπὸ τοῦ κρείσσονος καταναγκάζεσθαι. ὑπὸ γοῦν
τοῦ Μήδου δεινότερα τούτων πάσχοντες ἠνείχοντο,
ἡ δὲ ἡμετέρα ἀρχὴ χαλεπὴ δοκεῖ εἶναι, εἰκότως·
6 τὸ παρὸν γὰρ αἰεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις. ὑμεῖς γ'
ἂν οὖν, εἰ καθελόντες ἡμᾶς ἄρξαιτε, τάχα ἂν τὴν
εὔνοιαν ἣν διὰ τὸ ἡμέτερον δέος εἰλήφατε μετα-

*κτοῦμεν*. — *ὡς οὐ*. De *οὐ* cf. 86, 1. VIII 24, 5. Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 2, de *χρεών* ibid. § 56, 3 adn. 5. De *ἐστίν* autem etiam post *ὡς* et *ὅτι* omisso cf. II 88, 2. IV 92, 1.

§ 4. *ἀδικούμενοι . . . ἢ βιαζόμενοι*. Etsi *ἀδικεῖν* omnino est iniuria aliquem afficere, hic, ubi *βιάζεσθαι* ei opponitur, valet clam et tecte id facere, et *ἀδικούμενοι* respondet superioribus *ἤν τι . . . ἐλασσωθῶσι*. Quare non opus videtur Campii p. 4 coniectura *δικαζόμενοι* pro *βιαζ*. Cf. Herbst. in Philol. XVI p. 293. — *ἀπὸ τοῦ ἴσου* et *ἀπὸ τοῦ κρείσσονος* cohaerent cum *πλεονεκτεῖσθαι* et *καταναγκάζεσθαι* et neutra sunt. Class. tamen pro masculinis ea habet, quod, si neutra essent, *ἀπὸ τοῦ κρείσσονος* non perinde atque *ἀπὸ τοῦ ἴσου* rationem inter utrosque intercedentem significet, deinde *ἀπὸ τοῦ ἴσου* cum emphasi ante *δοκεῖ* collocatum sit eoque a reliquo usu discrepet, denique simile sit cum masculino genere dictum *ἀπὸ τῶν ὁμοίων* 141, 1. VIII 89, 4. Quibus, praeterquam quod prorsus incredibile est hoc uno loco *ἀπὸ τοῦ ἴσου* a Th. aliter usurpatum esse quam reliquis locis omnibus (cf. supra § 3. 99, 2. 136, 3. 140, 5. 143, 3. II 89, 2. III 10, 4. 11, 1. 37, 4. 42, 5. 84, 1. IV 19, 2. V 101. 104 et *ἐξ ἴσου*, *ἐκ τοῦ ἴσου* 120, 1. II 3, 4. III 12, 3. IV 62, 4. 63, 2. 117, 2), haec opponenda sunt: primum si cui ex maiore potestate vis infertur, non minus apparet alterum altero potentiorem esse quam si cui a potentiore vis infertur nec minus comparationem utriusque *ἀπὸ τοῦ κρείσσονος* continet quam *ἀπὸ τοῦ ἴσου*, deinde *ἀπὸ τοῦ ἴσου* cum emphasi collocatum est propter oppositum *ἀπὸ τοῦ κρείσσονος*, denique *ἀπὸ τῶν ὁμοίων* nihil aliud probat nisi Th., si masculina voluisset, *ἀπὸ τῶν ἴσων*, *ἀπὸ τῶν κρεισσόνων* scripturum fuisse (cf. V 111, 4).

§ 5. *ὑπὸ γοῦν κ. τ. λ.* Orator exemplo declarat iniuriam hominibus invisiorem esse quam vim. — *εἰκότως*. Similiter collocata verba *οὐκ ἀπεικότως* II 8, 1. Cf. Krueg. Gr. § 66, 1 adn. 8. Latini copulam addere solent, quod idem fecerunt Lys. XXV 27. Sext. Emp. p. 358, 9. 368, 4.

§ 6. *γ' ἂν οὖν*. Cf. adn. 76, 4. — *ἂν . . . ἄν*. Cf. adn. 36, 3 et 76, 4. — *καθελόντες ἡμᾶς* valent nobis deiectis, i. e. deturbatis, destructis. Cf. III 13, 7. — *εἰ . . . ἄρξαιτε*, si imperio potiti sitis. Cf. adn. 3, 2. V 91, 2. 92. — *διὰ τὸ ἡμέτερον δέος*. Cf. adn. 33, 3. — *μετα-*

www.libtool.com.cn

βάλοιτε, εἴπερ οἷα καὶ τότε πρὸς τὸν Μῆδον δι' ὀλίγου ἡγησάμενοι ὑπεδείξατε, ὁμοῖα καὶ νῦν γνώσεσθε. ἄμεικτα γὰρ τά τε καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς νόμιμα τοῖς ἄλλοις ἔχετε καὶ προσέτι εἷς ἕκαστος ἐξιὼν οὔτε τούτοις χρῆται οὔθ' οἷς ἡ ἄλλη Ἑλλὰς νομίζει.

78. Βουλεύεσθε οὖν βραδέως ὡς οὐ περὶ βρα- 1
χέων, καὶ μὴ ἀλλοτρίαις γνώμαις καὶ ἐγκλήμασι πεισθέντες οἰκεῖον πόνον προσθῆσθε. τοῦ δὲ πολέμου τὸν παράλογον ὅσος ἐστί, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι προδιάγνωτε· μηκυνόμενος γὰρ ἐς τύχας 2
φιλεῖ τὰ πολλὰ περιίστασθαι, ὧν ἴσον τε ἀπέχομεν καὶ ὁποτέρως ἔσται ἐν ἀδήλῳ κινδυνεύεται. ἰόντες

Cap. 78. § 2. ἐς τύχας φιλεῖ Aug. Cass. Cl. Ven.; reliqui φιλεῖ ἐς τύχας. Sed maxima vis inest in nom. τύχη.

βάλοιτε. Rem eventu postea comprobatam esse constat. — οἷα ... ὑπεδείξατε. De his cf. 95, 1. De οἷα ... ὁμοῖα vid. Krueg. Gr. § 51, 13 adn. 16; ὑπεδείξατε Class. interpretatur paulatim ostendistis cl. IV 86, 5. — δι' ὀλίγου, per breve tempus, quae est vis rarior horum verborum. Cf. Steph. Thes. II p. 1104. Add. III 43, 4. II 85, 2. — ἄμεικτα, ad aliorum commercium non accommodata. — ἐξιών, peregre proficiscens, praesertim ad bellum. — οὔτε τούτοις χρῆται. „Laconicae enim iuventuti maior erat licentia [extra Laconicae fines et] belli quam pacis tempore.“ Gottl. — οἷς. Dativus ex νομίζει pendet, ut II 38, 1. III 82, 8. Nam nonnulli quidem χρῆσθαι ex superioribus huc repeti volunt; sed praeterquam quod id in ceteris exemplis non antecedit, hic eo simul audito aut φιλεῖ vel εἴωθε pro νομίζει aut νομίζεται ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι (cf. II 15, 5) exspectatur.

Cap. 78. § 1. ὡς οὐ περὶ βραχέων. Βουλευόμενοι intellegendum docet Sinten. ad Plut. Them. p. 2. — προσθῆσθε. Similiter κινδύνους προστίθεσθαι 144, 1, ἀνάγκην IV 98, 5. — τοῦ δὲ πολέμου τὸν παράλογον. Substantivum Thucydidi, ut aliis nonnullis, est ὁ παράλογος. Vid. II 61, 3. 85, 2. III 16, 2. VII 28, 3. 55, 1. 61, 3. VIII 24, 5 sd. I 65, 1.

§ 2. περιίστασθαι, converti. Cf. 120, 5 et supra 82, 4. — ὁποτέρως ἔσται. Audiri potest ὁ πόλεμος. Similiter 82, 6 καθότι χωρήσει. An est locutio impersonalis? Hoc, cum relativa enuntiatio, cui καὶ ὁποτέρως κινδυνεύεται secundum Krueg. Gr. § 59, 2 adn. 6 adiungitur, ad τύχας referatur, praeferendum est. Cf. Krueg. Gr. § 61, 5 adn. 6. — ἐν ἀδήλῳ κινδυνεύεται, propr. eius rei periculum aditur in obscuro s. obscure, h. e. ita, ut obscurus et incertus sit eius eventus. Genus dicendi proprie ex ἐν ἀδήλῳ ἐστί et solo κινδυνεύεται mixtum esse ait Class. Sed cum κινδυνεύεται, in periculo vertitur, hic nihil aliud valeat nisi ἐν ἀδήλῳ

www.libtool.com.cn


τε οἱ ἄνθρωποι ἐς τοὺς πολέμους τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται, ἃ χρῆν ὕστερον δρᾶν, κακο-
4 παθοῦντες δὲ ἤδη τῶν λόγων ἅπτονται. ἡμεῖς δὲ ἐν οὐδεμιᾷ πω τοιαύτῃ ἁμαρτίᾳ ὄντες οὔτ' αὐτοὶ οὔθ' ὑμᾶς ὁρῶντες λέγομεν ὑμῖν, ἕως ἔτι αὐθαίρετος ἀμφοτέροις ἡ εὐβουλία, σπονδὰς μὴ λύειν μηδὲ παραβαίνειν τοὺς ὅρκους, τὰ δὲ διάφορα δίκῃ λύεσθαι κατὰ τὴν ξυνθήκην· εἰ δὲ μή, θεοὺς τοὺς ὁρκίους μάρτυρας ποιούμενοι πειρασόμεθα ἀμύνεσθαι πολέμου ἄρχοντας ταύτῃ ᾗ ἂν ὑφηγῆσθε."

1 79. Τοιαῦτα δὲ οἱ Ἀθηναῖοι εἶπον. ἐπειδὴ δὲ τῶν τε ξυμμάχων ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐγκλήματα τὰ ἐς τοὺς Ἀθηναίους καὶ τῶν Ἀθηναίων ἃ ἔλεξαν, μεταστησάμενοι πάντας ἐβου-

§ 4. ἢ pro εἰ δὲ μὴ Laur. m. et aliquot deteriores, cuius explicatio hae voculae possunt esse; Classeno tamen pleniores particulae extremae orationi congruentiores videntur.

ἐστί, in incerto est, facile conicias ex hoc interpretamento ἐν ἀδήλῳ scriptoris verbis accessisse. Cf. adn. IV 117, 3. De grammatica verborum ratione Krueg. comparat 73, 2 et Gr. § 52, 3 adn. 6.

§ 3. *τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται.* Non cogitant igitur, ut secundum II 40, 3 Athenienses, prius quam incipias consulto opus esse (Sal. Cat. 1). Deinde Class. ὃ scripsit pro ἅ, ne relativum ad ἔργα referretur, etsi schol. non dubitavit adnotare: ἃ] ἔργα δηλονότι. Ceterum cf. etiam adn. 124, 1. VI 17, 3 et cogita a Thuc. alibi maiorem ambiguitatem, ut in concursu accusativorum, non vitari. — *τῶν λόγων ἅπτονται,* consultationibus utuntur.

§ 4. *ὄντες* ante *οὔτ' αὐτοί* positum est, quod scriptor proxima proprie non fuit adiecturus. Cf. adn. 72, 1. — *αὐθαίρετος,* libera, integra. — *σπονδάς.* De articulo omisso cf. adn. 67, 1. — *τὰ δὲ διάφορα δίκῃ λύεσθαι.* Pro his λόγοις τὰ ἐγκλήματα διαλύεσθαι 140, 2, δίκῃ διαλύεσθαι περὶ τῶν ἐγκλημάτων 145, 1, τὰ ἀμφίλογα δίκῃ διαλύειν IV 118, 8. Ceterum λύεσθαι hic non pro composito διαλύεσθαι dictum est, cuius usus exempla desiderantur, sed medium τὰ διάφορα λύεσθαι significat suas vel sibi controversias componere. Cf. Plat. Menex. 243c. — *κατὰ τὴν ξυνθήκην.* Etenim in foederibus tricennalibus (115, 1) scriptum erat δίκας τῶν διαφορῶν ἀλλήλοις διδόναι καὶ δέχεσθαι (140, 2) et ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν, ἣν δίκας θέλωσι διδόναι (VII 18, 2). — *ὑφηγῆσθε.* praeiveritis, exemplum dederitis.

Cap. 79. § 1. *τὰ ἐγκλήματα τὰ ἐς.* Ἐς dictum ut saepe apud αἰτία, μῖσος, ὀργή, al. — *μεταστησάμενοι πάντας,* summotis omnibus,

www.libtool.com.cn

λεύοντο κατὰ σφᾶς αὐτοὺς περὶ τῶν παρόντων. καὶ τῶν μὲν πλειόνων ἐπὶ τὸ αὐτὸ αἱ γνῶμαι 2 ἔφερον, ἀδικεῖν τε τοὺς Ἀθηναίους ἤδη καὶ πολεμητέα εἶναι ἐν τάχει· παρελθὼν δὲ Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἀνὴρ καὶ ξυνετὸς δοκῶν εἶναι καὶ σώφρων, ἔλεξε τοιάδε.

80. „Καὶ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἐμπει- 1 ρός εἰμι, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὑμῶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡλικίᾳ ὁρῶ, ὥστε μήτε ἀπειρίᾳ ἐπιθυμῆσαί τινα τοῦ ἔργου, ὅπερ ἂν οἱ πολλοὶ πάθοιεν, μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα. εὕροιτε δ' ἂν 2 τόνδε περὶ οὗ νῦν βουλεύεσθε οὐκ ἂν ἐλάχιστον

Cap. **80.** § 1. οἱ om. Vat. At vid. adn.

*als sie alle hatten abtreten lassen.* Cf. V 111, 2. *Πάντες* omnes peregrini sunt; nam τοὺς πολλοὺς Lacedaemoniorum remansisse apparet ex 87, 1.

§ 2. ἐπὶ τὸ αὐτὸ ... ἔφερον] ὡμονόουν. Schol. Eodem spectabant. Cf. Vig. p. 313 sq. In idem convenere interpr. Steph. in Thes. Proprie usum verbi a genere loquendi ὁδὸς φέρει petitum esse adnotat Krueg. Tum in *ἤδη* haerens Haasius Lucubr. Thuc. p. 54 sq. post καί collocatum cupit, ne tum demum coepisse ἀδικεῖν ex Lacedaemoniorum sententia Athenienses videantur. At recte Bonitz. l. l. p. 25 monet significari illos iam commissae iniuriae noxios esse, quo de praesentis ἀδικεῖν sensu cf. adn. 67, 1. — Ἀρχίδαμος. Archidamus Leotychidae successor et eius e Zeuxidamo, filio ante patrem mortuo, nepos. Eum omnibus viribus bellum impedire studuisse asseverant etiam Paus. III 7, 9 et Plut. Pericl. 29.

Cap. **80.** Ab ipsa re de qua agitur exorsus orator primum quam periculosum sit demonstrat statim cum Atheniensibus bellum suscipere (80—82), deinde suum consilium proponit (82), tum non verendum esse ignaviae et cunctationis crimen ostendit (83—85), finem facit adhortatio epilogi (85). Hanc orationem in nonnullis imitatum esse Demosthenem περὶ συμμοριῶν temere affirmat Dion. Hal. in Art. rhet. Vid. Schaef. de Vit. Demosth. I p. 288 sq. et p. 425.

§ 1. πολλῶν ... εἰμί. Etenim Archidamus tunc senex erat. ὁρῶ] λείπει τὸ ἐμπείρους Schol. Nam si vestrum eos qui eiusdem aetatis sunt cerno interpretere, non senes solos, sed cives iam inde a trigesimo aetatis anno contioni interfuisse respondeatur. Cf. Plut. Lyc. 25. — μήτε ἀπειρίᾳ ... μήτε ... νομίσαντα. Cf. Matth. Gr. § 397, 3 et § 565, 2. Similiter non raro apud Thuc. verborum modi et substantiva inter se respondent. Cf. 82, 1 et 3. 107, 6. 110, 2 et Krueg. Gr. § 59, 2 adn. 3. Ceterum notum est proverbium γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. Cf. II 8, 1. — οἱ πολλοί sunt vulgus, plerique. Archidami aequales ex tota hominum multitudine multo pauciores sunt, reliqui igitur longe plurimi.

www.libtool.com.cn

*γενόμενον, εἰ σωφρόνως τις αὐτὸν ἐκλογίζοιτο.*
3 *πρὸς μὲν γὰρ τοὺς Πελοποννησίους καὶ ἀστυγείτονας παρόμοιος ἡμῶν ἡ ἀλκή, καὶ διὰ ταχέων οἷόν τε ἐφ' ἕκαστα ἐλθεῖν· πρὸς δὲ ἄνδρας οἳ γῆν τε ἑκὰς ἔχουσι καὶ προσέτι θαλάσσης ἐμπειρότατοί εἰσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ ὅπλοις καὶ ὄχλῳ ὅσος οὐκ ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστιν, ἔτι δὲ καὶ ξυμμάχους πολλοὺς φόρου ὑποτελεῖς ἔχουσι, πῶς χρὴ πρὸς τούτους ῥᾳδίως πόλεμον ἄρασθαι καὶ τίνι*

§ 3. *τοὺς* ante *Πελ.* om. Laur. D. I. E. m. Ar. Chr. Dan.; in Gr. adscriptum est; ante *ἀστυγείτονας* abest ab It. Gr. et fortasse D. I. Cf. adn.

§ 2. *εἰ ... τις ... ἐκλογίζοιτο*, i. e. *εἰ ἐκλογίζοισθε*. Cf. adn. 69, 2. Matth. Gr. § 487, 3.
§ 3. *τοὺς Πελοποννησίους καὶ ἀστυγείτονας*. Eosdem significari necesse est, cum opponantur iidem Athenienses, qui longius absint et praeterea maris sint peritissimi. Itaque inverso ordine contrarii sunt *οἱ Πελοποννήσιοι*, qui classem non habeant, et *οἱ θαλάσσης ἐμπειρότατοί εἰσι, οἱ ἀστυγείτονες* et *οἳ γῆν ἑκὰς ἔχουσι*. Ne igitur priore loco diversi significentur, ante *ἀστυγείτονας* omittendus est articulus, quem frustra defendit Class. Cf. Bonitz. l. d. p. 27 sq. — *παρόμοιος*. Non valde absimilem, prope similem, *παρ' ὀλίγον ὅμοιον*, post Pollucem esse vult Steph. in Thes. Sed hanc interpretationem refutat Bonitz. l. l. ostenditque in hoc vocabulo et similibus *πάρά* ad comparationem spectare. Schol. *ἐκ παραλλήλου· πεζόμαχοι γὰρ πάντες*. De *ἀλκῆς* nomine cf. adn. II 84, 3. — *διὰ ταχέων*. Ita aliquotiens Thuc. Cf. III 13, 1. IV 8, 4. 96, 1. 125, 4. VI 66, 2. VIII 101, 1. 3 et de *διὰ τάχους* dicta 63, 2. — *ἐφ' ἕκαστα ἐλθεῖν*, ad singulas res (singula oppida) eorum venire vel proficisci adversus eas (ea). — *θαλάσσης*. De articulo omisso vid. Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 15. — *ἐξήρτυνται*, instructi sunt, ut *παρασκευάζεσθαι*, quocum ei etiam parandi notio (13, 1. 82, 1) communis est, II 11, 6 et al. — *πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ κ.τ.λ.* Attende suave *πολυσύνδετον*. Cf. 86, 3 et Lennep. ad Phalar. Epist. 82 p. 140 (ed. Lips. II). De divitiis, classe, equitatu Atheniensium vid. II 13. *Ἵπποι* et *ὅπλα* ipsi equites et gravis armaturae milites videntur esse; nam *ὄχλος* qui sequitur turbam hominum ex qua leviter armati et remiges eligebantur solet significare. Alii tamen *ὄχλον* frequentiam hominum volunt designare et *ἵππους* atque *ὅπλα* proprie dicta esse. — *ὅσος ... ἐστίν*. De numero incolarum Atticae cf. Boeckh. Oec. civ. Athen. I p. 47 sqq. Clint. Fast. Graec. II p. 397 sq. ed. Krueg. — *ξυμμάχους πολλοὺς φόρου ὑποτελεῖς*. Cf. VII 57, 3. 4 ibique adn. — *πρὸς τούτους*. „His repetitio [oratoria

www.libtool.com.cn

πιστεύσαντας ἀπαρασκεύους ἐπειχθῆναι; πότερον ταῖς ναυσίν; ἀλλ' ἥσσους ἐσμέν· εἰ δὲ μελετή- 4
σομεν καὶ ἀντιπαρασκευασόμεθα, χρόνος ἐνέσται. ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν; ἀλλὰ πολλῷ ἔτι πλέον τούτου ἐλλείπομεν καὶ οὔτε ἐν κοινῷ ἔχομεν οὔτε ἑτοίμως ἐκ τῶν ἰδίων φέρομεν. 81. τάχ' ἄν τις 1
θαρσοίη ὅτι τοῖς ὅπλοις αὐτῶν καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν, ὥστε τὴν γῆν δῃοῦν ἐπιφοιτῶντες.

§ 4. πολλῷ πλέον ἔτι Laur. et octo deteriores. At similiter πολὺ δ' ἔτι πλείω 137, 4, πολλῷ ἔτι πλέονι βοῇ IV 35, 2, πολλῷ ἔτι μᾶλλον IV 128, 3. VIII 85, 3; add. Plat. Phaedon. 110a. c et apud Latinos multo etiam magis, multo etiam maior. Nec dissimilia verba πολλῷ τότε μᾶλλον 130, 1. Contra πολλῷ τε μᾶλλον ἔτι VIII 90, 1, ubi tamen ἔτι μᾶλλον Reg. Ar. Chr., ἔτι πολλῷ χαλεπώτερον Dem. V 2, ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον Hom. Il. XXIII 386. 429, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἔτι Thuc. VII 55, 2.

verborum πρὸς] ἄνδρας post plura interposita fit." Goell. Cf. Krueg. Gr. § 51, 5 adn. 1.

§ 4. μελετήσομεν. Aut subaudiendum τὰς ναῦς aut valet μελέτας ποιησόμεθα. Cf. II 86, 5 et adn. II 43, 1. — ἐνέσται. Ut ἐγγίγνεσθαι IV 111, 2 et alibi. — ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν. De hoc usu particulae ἀλλά in ὑποφορᾷ et ἀνθυποφορᾷ vid. Matth. Gr. § 613. Krueg. Gr. § 69, 4 adn. 4. Cf. VI 38, 5 et Pflugk. ad Eur. Herc. 298. — τούτου, hac re. Cf. Matth. Gr. § 439 p. 987 et de genet. II 61, 4. Matth. Gr. § 352. Krueg. (qui hic τούτῳ invitis membranis scripsit) Gr. § 47, 10. — καὶ οὔτε = ἐπεὶ ουτε. Cf. adn. 33, 2. — ἐν κοινῷ, in aerario, ut 141, 3 atque ἐν τῷ κοινῷ VI 6, 3. 8, 2. VIII 1, 2. Sic etiam Latinis publicum de aerario dicitur. Cf. ἐκ δημοσίου VI 31, 3. — οὔτε ἑτοίμως . . . φέρομεν, neque in promptu nobis est ex rebus privatis (pecuniam) conferre. Cf. 141, 2 οὔτε ἰδίᾳ οὔτε ἐν κοινῷ χρήματά ἐστιν αὐτοῖς. Ex hoc Lacedaemonios eiusmodi ἐσφοράς privatorum (de quibus hic positum φέρειν alibi de sociis tributa pendentibus usitatius est) prorsus vitare non potuisse intellegimus. Cf. Arist. Pol. II 9, 28 (p. 1271 b) φαύλως δὲ ἔχει καὶ περὶ τὰ κοινὰ χρήματα τοῖς Σπαρτιάταις. οὔτε γὰρ ἐν τῷ κοινῷ τῆς πόλεως ἔστιν οὐδὲν πολέμους μεγάλους ἀναγκαζομένοις πολεμεῖν εἰσφέρουσί τε κακῶς· διὰ γὰρ τὸ τῶν Σπαρτιατῶν εἶναι τὴν πλείστην γῆν οὐκ ἐξετάζουσιν ἀλλήλων τὰς εἰσφοράς. ἀποβέβηκέ τε τοὐναντίον τῷ νομοθέτῃ τοῦ συμφέροντος· τὴν μὲν γὰρ πόλιν πεποίηκεν ἀχρήματον, τοὺς δ' ἰδιώτας φιλοχρημάτους.

Cap. 81. § 1. τάχ' ἄν. Attende asyndeton ideo admissum quod nova sententia inducitur cum superiore non cohaerens. Similiter nova argumentatio incipit III 63, 2. Krueger frustra τάχ' ἂν δέ legendum conicit. — τοῖς ὅπλοις . . . ὑπερφέρομεν. In his ne πλήθει verbis 80, 3 ὄχλῳ ὅσος . . . ἐστίν, repugnare videatur, cogitandum πλῆθος non, ut ὄχλον, de infima plebe et inquilinis intellegendum

www.libtool.com.cn

2 τοῖς δὲ ἄλλη γῆ ἐστι πολλὴ ἧς ἄρχουσι, καὶ ἐκ
3 θαλάσσης ὧν δέονται ἐπάξονται. εἰ δ' αὖ τοὺς
ξυμμάχους ἀφιστάναι πειρασόμεθα, δεήσει καὶ
τούτοις ναυσὶ βοηθεῖν τὸ πλέον οὖσι νησιώταις.
4 τίς οὖν ἔσται ἡμῶν ὁ πόλεμος; εἰ μὴ γὰρ ἢ ναυσὶ
κρατήσομεν ἢ τὰς προσόδους ἀφαιρήσομεν ἀφ'
ὧν τὸ ναυτικὸν τρέφουσι, βλαψόμεθα τὰ πλείω.
5 κἂν τούτῳ οὐδὲ καταλύεσθαι ἔτι καλόν, ἄλλως τε
6 καὶ εἰ δόξομεν ἄρξαι μᾶλλον τῆς διαφορᾶς. μὴ
γὰρ δὴ ἐκείνῃ γε τῇ ἐλπίδι ἐπαιρώμεθα ὡς ταχὺ
παυθήσεται ὁ πόλεμος, ἢν τὴν γῆν αὐτῶν τέμωμεν. δέδοικα δὲ μᾶλλον μὴ καὶ τοῖς παισὶν αὐτὸν ὑπολίπωμεν· οὕτως εἰκὸς Ἀθηναίους φρονήματι μήτε τῇ γῇ δουλεῦσαι μήτε ὥσπερ ἀπείρους καταπλαγῆναι τῷ πολέμῳ.

Cap. 81. § 6. *τάμωμεν* codd. Emend. Cob. Mnemos. XI p. 369. Cf. Krueg. Gr. § 31, 13 adn. 3.

esse, sed sociorum multitudine effici. Cf. 83, 1. 121, 2. 143, 1. II 11, 3. Etiam gravis armaturae milites (*ὅπλα*) non solis Lacedaemoniis (cf. V 68, 3 cum II 13, 6), sed Peloponnesiis foederatis plures quam Atheniensibus tribuuntur. *Ὑπερφέρειν* ita dictum et cum genetivo et cum accusativo personae iungi ex Steph. Thes. intellegitur.

§ 2. *ἐπάξονται.* Usitatius quidem hac vi vel certe simili *ἐσάγεσθαι*, sed vulgatum satis defendunt VI 99, 4, *σῖτος ἐπακτός* VI 20, 4, *ἐπαγωγὴ τῶν ἐπιτηδείων* V 82, 5. VII 24, 3.

§ 3. *εἰ δ' αὖ*, quod si porro. Cf. IV 29, 4. — *δεήσει καὶ κ. τ. λ.* *Καί* aut post *τούτους* transponendum esse aut ad totam sententiam spectare docet Krueg. Hoc placet.

§ 4. *τὰς προσόδους ἀφαιρήσομεν*] διὰ τὸ (τοῦ) ἀποστῆσαι τοὺς συμμάχους. Schol. Cf. 122, 1. Cob. in Mnemos. nov. ser. VIII p. 87 *ὑφαιρήσομεν* (cf. III 31, 1 ibique sd.) scribendum esse putat. At cf. 121, 5. — *ἀφ' ὧν.* Cf. Krueg. Gr. § 68, 16 adn. 9. — *βλαψόμεθα* significatione passiva accipiendum. Tum de *τὰ πλείω* cf. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 5.

§ 5. *καταλύεσθαι.* Cf. adn. IV 18, 4. — *ἄρξαι μᾶλλον*, incepisse (i. e. auctores fuisse; cf. adn. 144, 2) magis quam si bellum iis non intulerimus (cf. adn. 68, 1), id quod ex verbis *τίς οὖν ἔσται ἡμῶν ὁ πόλεμος* facile subauditur.

§ 6. *ἐκείνῃ ... ἐλπίδι.* Cf. V 14, 3. — *οὕτως ... δουλεῦσαι*, adeo verisimile est Athenienses pro animi magnitudine neque agro servituros *(sich zu Sklaven ihres Landes machen)*. De aoristi infinitivo vid. adn. III 10, 6. — *φρονήματι*, superbia, confidentia, ut semper apud Th. Cf. adn. III 45, 4. IV 80, 3. V 40, 3. 43, 2 et II 43, 6. 61, 3. 62, 3. VI 18, 4.

82. *Οὐ μὴν οὐδὲ ἀναισθήτως αὐτοὺς κελεύω* 1
*τούς τε ξυμμάχους ἡμῶν ἐᾶν βλάπτειν καὶ ἐπιβουλεύοντας μὴ καταφωρᾶν, ἀλλὰ ὅπλα μὲν μήπω κινεῖν, πέμπειν δὲ καὶ αἰτιᾶσθαι μήτε πόλεμον ἄγαν δηλοῦντας μήθ' ὡς ἐπιτρέψομεν, κἀν τούτῳ καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐξαρτύεσθαι ξυμμάχων τε προσαγωγῇ καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, εἴ ποθέν τινα ἢ ναυτικοῦ ἢ χρημάτων δύναμιν προσληψόμεθα (ἀνεπίφθονον δὲ ὅσοι ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὑπ' Ἀθηναίων ἐπιβουλευόμεθα μὴ Ἕλληνας μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους προσλαβόντας διασωθῆναι), καὶ τὰ αὐτῶν ἅμα ἐκποριζώμεθα. καὶ ἢν μὲν ἐσα-* 2
*κούωσί τι πρεσβευομένων ἡμῶν, ταῦτα ἄριστα·*

Cap. 82. § 1. *τὰ αὐτῶν* Vat. Laur. Pal. Cass. Gr. m. At cf. adn.
§ 2. *ἐσακούωσι* Vat. Aug. M. Cass. Cl. Ven. T. Reg., reliqui *ἐσακούσωσι*. Cf. 126. 1.
*καὶ* ante *δύο* om. Laur. Aug. m. Cf. adn.

Cap. 82. § 1. *Οὐ μὲν οὐδέ* paulo graviores particulae quam *οὐδὲ μήν*: *jedoch auch nicht.* Cf. adn. II 97, 6. — *ἀναισθήτως* hic, aliter atque 69, 3, est *ἀναλγήτως*. Consecutio verborum haec est: *οὐ κελεύω (ἡμᾶς) ἀναισθήτως ἐᾶν αὐτοὺς (τοὺς Ἀθην.) βλάπτειν τοὺς ξυμμάχους ἡμῶν*. De concursu accusativorum dictum est ad VI 10, 1 et alibi. — *καταφωρᾶν*] *ἐλέγχειν*. Schol. — *πόλεμον . . . δηλοῦντας*. Exquisitior formula, ut si dixeris bellum patefacientes, i. e. profitentes nos bellum gesturos. — *μήθ'*. Repete mente *δηλοῦντας* et ad *ἐπιτρέψομεν* verba *αὐτοῖς τοὺς ξυμμάχους ἡμῶν βλάπτειν*. — *ξυμμάχων τε προσαγωγῇ*. Cf. quae postea facta legimus II 7, 1. Vox *προσαγωγή* plerumque admissio (velut ad regem; cf. Xen. Cyr. VII 5, 45) hic est adiunctio. Vid. de *προσάγεσθαι* adn. II 30, 2. — *ὅσοι ὥσπερ καὶ ἡμεῖς . . . ἐπιβουλευόμεθα.* Verbum rei comparatae accommodatum est. Cf. III 67, 7. Xen. Cyr. IV 1, 3. Demosth. IV 12. Liv. IV 2, 4. Matth. Gr. § 306 adn. 1. Krueg. Gr. § 63, 1 adn. 4. Temere talia temptat Cobetus in Mnemos. nov. ser. VIII p. 74 sq. — *καὶ . . . ἐκποριζώμεθα.* Haec respondent superioribus *ξυμμάχων τε προσαγωγῇ* et oratio mutata est pro vv. *καὶ τῷ . . . ἐκπορίζεσθαι*. Cf. adn. 80, 1. — *τὰ αὐτῶν* = *τὰ ἡμέτερα αὐτῶν*. Cf. Matth. Gr. § 489, II. Krueg. Gr. § 51, 3 adn. 15. Exempla ab his ex prosa Attica allata nos de vitio cogitare vetant, quanquam alibi hic usus non est apud Th. — *ἐκπορίζεσθαι* est expromere, expedire, *παρασκευάζεσθαι*. Cf. 125, 2.

§ 2. *ταῦτα ἄριστα* del. Herw. „Saepe tamen sic optimos scriptores audies dicentes. Unum apponam Hippocratem de morbis mulierum tom. I p. 602 Ermerin.: *ἢν μὲν δυνατὸν ᾖ εἴσω ἀπῶσαι*

www.tbtool.com.cn

*ἢν δὲ μή, διελθόντων ἐτῶν καὶ δύο καὶ τριῶν
ἄμεινον ἤδη, ἢν δοκῇ, πεφραγμένοι ἴμεν ἐπ'*
3 *αὐτούς. καὶ ἴσως ὁρῶντες ἡμῶν ἤδη τήν τε παρα-
σκευὴν καὶ τοὺς λόγους αὐτῇ ὁμοῖα ὑποσημαίνον-
τας μᾶλλον ἂν εἴκοιεν, καὶ γῆν ἔτι ἄτμητον ἔχον-
τες καὶ περὶ παρόντων ἀγαθῶν καὶ οὔπω ἐφθαρ-*
4 *μένων βουλευόμενοι. μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε τὴν
γῆν αὐτῶν ἢ ὅμηρον ἔχειν καὶ οὐχ ἧσσον ὅσῳ
ἄμεινον ἐξείργασται· ἧς φείδεσθαι χρὴ ὡς ἐπὶ πλεῖ-
στον, καὶ μὴ ἐς ἀπόνοιαν καταστήσαντας αὐτοὺς*
5 *ἀληπτοτέρους ἔχειν. εἰ γὰρ ἀπαράσκευοι τοῖς τῶν
ξυμμάχων ἐγκλήμασιν ἐπειχθέντες τεμοῦμεν αὐτήν,
ὁρᾶτε ὅπως μὴ αἴσχιον καὶ ἀπορώτερον τῇ Πελο-*

*ἄμφω, ταῦτα ἄριστα· ἢν δὲ μὴ οἷόν τε ᾖ κ. τ. λ.* Observasse mihi videor ellipsin habere locum ubi sequitur *εἰ δὲ μή*, ut in notissimo III 3, 8, sed ubi *ἢν δὲ μή* additur ellipsin non apparere." Cob. l. l. p. 87. Hanc observationem tamen veram non esse ostendunt Plat. de Rep. 575d, ubi sequente *ἢν δὲ μή* ellipsis est, et Plat. Hipp. I 295b, ubi sequente *εἰ δὲ μή* non est. Cf. Kuehn. Gr. max. § 577, 3c. — *διελθόντων ἐτῶν καὶ δύο καὶ τριῶν.* Ita *καὶ δὶς καὶ τρίς* Plat. Phaed. 63e. Zon. Ann. XII 24, *δὶς καὶ τρίς* Soph. Phil. 1222, qualium exemplorum Graecorum mentionem facere debebat Wund. ad Soph. El. 712. Cf. Sinten. ad Plut. Lys. 10. Contra *δὶς ἢ τρίς* Thuc. II 4, 2. IV 38, 3, *καὶ δὶς ἢ τρίς* V 10, 9, ubi de *καί* vid. adn. De Lat. bis terque et terve vid. Bentl. ad Hor. Ep. I 5, 33 et Walch. ad Tac. Agric. 12. Cf. etiam adn. supra 22, 2 et Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 4. — *ἢν δοκῇ* post *πεφραγμένοι* velis collocata. Hoc valet muniti, instructi ad bellum.

§ 3. *ἤδη τήν τε παρασκευήν* = *τήν τε ἤδη παρασκευήν.* Cf. adn. 137, 4.

§ 4. *μὴ γὰρ . . . ἔχειν,* nolite enim putare vos terram eorum alio quam pignoris loco habere. Bene Bloomf. comparat Liv. V 42, 2 non omnia concremari tecta, ut . . . pignus ad flectendos hostium animos haberent. — *οὐχ ἧσσον ὅσῳ ἄμεινον*, i. e. *καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ ἄμ.* De *οὐχ ἧσσον* vid. Moer. p. 182 et II 52, 1. Krueg. Gr. § 67, 1 adn. 3 et 9 adn. 2. De *ὅσῳ* sine *τοσούτῳ* posito vid. V 108. VI 89, 6 et Stallb. ad Plat. Apol. 30a. De re cf. II 11, 6. 65, 2.

§ 5. *τοῖς . . . ἐγκλήμασιν ἐπειχθέντες*, propter criminationes festinantes. De dativo vid. Matth. Gr. § 398b. — *ὁρᾶτε ὅπως μὴ . . . πράξομεν.* Portus: videte ne plus dedecoris ac damni Peloponneso tribuamus. Ita etiam Krueg. *πράξομεν* active dictum et *αἴσχιον καὶ ἀπορ.* adiectiva esse existimat, nullum tamen eius verbi *πράσσειν* structurae exemplum afferens. At Class. ex consuetudine sermonis Thucydidei (VI 13, 2. 75, 3. VII 67, 4. 71, 1. VIII 95, 6) *πράσσειν* intransitivam vim habere et *αἴσχ. καὶ ἀπορ.* adverbia esse ostendit.

www.libtool.com.cn

*πoννήσῳ πράξομεν. ἐγκλήματα μὲν γὰρ καὶ πόλεων* 6 *καὶ ἰδιωτῶν οἷόν τε καταλῦσαι· πόλεμον δὲ ξύμπαντας ἀραμένους ἕνεκα τῶν ἰδίων, ὃν οὐχ ὑπάρχει εἰδέναι καθ' ὅ τι χωρήσει, οὐ ῥᾴδιον εὐπρεπῶς θέσθαι.*

83. *Καὶ ἀνανδρία μηδενὶ πολλοὺς μιᾷ πόλει* 1 *μὴ ταχὺ ἐπελθεῖν δοκείτω εἶναι. εἰσὶ γὰρ καὶ* 2 *ἐκείνοις οὐκ ἐλάσσους χρήματα φέροντες ξύμμαχοι, καὶ ἔστιν ὁ πόλεμος οὐχ ὅπλων τὸ πλέον, ἀλλὰ δαπάνης, δι' ἣν τὰ ὅπλα ὠφελεῖ, ἄλλως τε καὶ ἠπειρώταις πρὸς θαλασσίους. ποριζώμεθα οὖν* 3 *πρῶτον αὐτήν, καὶ μὴ τοῖς τῶν ξυμμάχων λόγοις πρότερον ἐπαιρώμεθα, οἵπερ δὲ καὶ τῶν ἀποβαι-*

§ 5. *πράξομεν* Laur. et Bekk. Anecd. p. 162, *πράξωμεν* reliqui codd.

Comparativorum ratio obscurior est; videtur cogitandum esse ἢ *αὐτῇ (τῇ Ἀττικῇ)*. *Ἢ νῦν* tamen subaudiri vult Bonitz. l. l. p. 29. Sed si Classeni verborum *ὅπως* ... ... *πράξομεν* interpretatio vera est, ita prorsus inutile esset *τῇ Πελοποννήσῳ*, quod suam vim ita tantum habet si Attica ex contrario cogitatur. Praeterea necesse esset iam nunc turpem et difficilem esse Peloponnesi condicionem, quod vix indicare potest Archidamus. Cf. L. Herbst. in Philol. XVI p. 321 sqq. De dat. *τῇ Πελ. (mit dem Pel.)* cf. Herod. VI 94 *Μαρδόνιον φλαύρως πρήξαντα τῷ στόλῳ.*

§ 6. *ἕνεκα τῶν ἰδίων*] *οὐ γὰρ ἦν κοινὰ τὰ ἐγκλήματα πάντων τῶν Πελοποννησίων, ἀλλὰ μόνων τῶν Κορινθίων* [*καὶ ἄλλων τινῶν* 67, 4]. Schol. — *ὅν.* De forma orationis cf. 72, 1. — *χωρήσει*, Similiter active *ξυγχωρήσετε* 140, 5, *προχωρήσειν* III 4, 5. Simplex futurum *χωρήσω* praeter Thuc. habent Herod. VIII 68. Dion. Hal. Luci. al.) Temere igitur Herw. *χωρήσεται*. — *θέσθαι*, i. e. *καταθέσθαι* (121), *ἀποθέσθαι*, ut Latine ponere bellum dicitur. Cf. 81, 3. VIII 84, 5 et cum sententia Sal. Iug. 83.

Cap. 83. § 2. *οὐκ ἐλάσσους ... ξύμμαχοι*, non pauciores (quam nobis) socii iique tributa pendentes. Cf. c. 19. — *οὐ ... τὸ πλέον, ἀλλά.* Vid. Matth. Gr. § 455 b. Krueg. Gr. § 49, 2 adn. 6. Cf. II 43, 2. 44, 4. *Ἢ* pro hoc *ἀλλά* II 37, 1. 39, 1. Non ... potius sed (pars codd. quam) Cic. de Or. II 78, 317. — *δι' ἣν τὰ ὅπλα ὠφελεῖ.* Haec si sincera sunt, ut apta sententia efficiatur, reddenda verbis cuius (sumptus) opera seu quo (sumptu) accedente demum arma iuvant, quoniam sine pecunia bellum parari nequit. Cf. Matth. Gr. § 580, 2b et Sint. ad Plut. Them. 18 et de *διά* adn. III 13, 5. Male Herbst. l. l. p. 320 sq. de sumptu in comparanda classe faciendo cogitat. (Olim *ὠφελεῖται* legendum coniecimus. Cf. III 13, 5. VI 34, 2.)

www.libtool.com.cn

νόντων τὸ πλέον ἐπ' ἀμφότερα τῆς αἰτίας ἕξομεν, οὗτοι καὶ καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν προΐδωμεν.
1 84. καὶ τὸ βραδὺ καὶ μέλλον, ὃ μέμφονται μάλιστα ἡμῶν, μὴ αἰσχύνεσθε. σπεύδοντές τε γὰρ σχολαίτερον ἂν παύσαισθε διὰ τὸ ἀπαράσκευοι ἐγχειρεῖν, καὶ ἅμα ἐλευθέραν καὶ εὐδοξοτάτην πόλιν
2 διὰ παντὸς νεμόμεθα. καὶ δύναται μάλιστα σωφροσύνη ἔμφρων τοῦτ' εἶναι· μόνοι γὰρ δι' αὐτὸ εὐπραγίαις τε οὐκ ἐξυβρίζομεν καὶ ξυμφοραῖς ἧσσον ἑτέρων εἴκομεν, τῶν τε ξὺν ἐπαίνῳ ἐξοτρυνόντων ἡμᾶς ἐπὶ τὰ δεινὰ παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν οὐκ ἐπαιρόμεθα ἡδονῇ, καὶ ἤν τις ἄρα ξὺν κατηγορίᾳ παροξύνῃ, οὐδὲν μᾶλλον ἀχθεσθέντες ἀνε-
3 πείσθημεν. πολεμικοί τε καὶ εὔβουλοι διὰ τὸ

§ 3. *τὸ πλέον ἐπ' ἀμφότερα τῆς αἰτίας ἕξομεν*, propr. in utramque partem (cf. 139, 4. II 11, 9. IV 17, 4. 58, 1. VI 60, 2. VII 48, 3) causae maius pondus sustinebimus, i. e. praecipui auctores videbimur, *μάλιστα ἤτοι τὸ κλέος ἢ τὴν αἰσχύνην τῶν ἀποβαινόντων ἕξομεν*. Cf. II 11, 9. — *οὗτοι*. De *οἵπερ* ... *οὗτοι* cf. Krueg. Gr. § 63, 1 adn. 2.

Cap. 84. § 1. *τὸ μέλλον*. Cf. adn. 86, 1. — *ὃ μέμφονται*. Vid. 69, 4. 70, 2 sqq. — *ἡμῶν*. Pendet ex relat. *ὃ*. Vid. Matth. Gr. § 317. Krueg. Gr. § 47, 10 adn. 2. — *ἐλευθέραν καὶ εὐδοξοτάτην*. De coniunctione positivi et superlativi vid. Lob. Paral. p. 41 not. 41 et p. 540. Altera haec est causa cur eos tarditatis et cunctationis ne pudeat. Neque enim haec impediverunt quin civitatis libertatem et gloriam omnino incolumem servarent.

§ 2. *δύναται ... εἶναι*, eam vim habet ut ... sit. Cf. 141, 1. III 46, 2. In his *τοῦτο* est *τὸ βραδὺ καὶ μέλλον, ὃ μέμφονται*. Hanc igitur cunctationem prudentem moderationem (vel modestiam) Archidamus dicit posse esse, quae *σωφροσύνη* Lacedaemoniis etiam 68, 1 et VIII 24, 4 tribuitur. — *ἔμφρων* maxime poëticum vocabulum appellat Class.; sed non rarum est apud Plat. et alios scriptores. Vid. Steph. Thes. De *τοῦτο* cf. Krueg. Gr. § 61, 7 adn. 4. — *εὐπραγίαις οὐκ ἐξυβρίζομεν*. Cf. Matth. Gr. § 398 b. Krueg. Gr. § 48, 15 adn. 5. — *τῶν τε ... ἐξοτρυνόντων*. Genetivi suspensi sunt ex *ἡδονῇ* et significant *ἡδονὴν ἣν παρέχουσιν οἱ ... ἐξοτρύνοντες*. Cf. adn. III 58, 5. — *οὐδὲν μᾶλλον* cum *ἀχθεσθέντες* iunge, non cum *ἀνεπείσθημεν*. — *ἀνεπείσθημεν*, aliud nobis persuaderi (cf. adn. 140, 1. II 65, 2) solet. Nam *κατηγορία* est mali consilii. De aor. cf. adn. 70, 7. V 103, 1.

§ 3. *πολεμικοί τε*. Particula *τέ* non cum insequenti *καί* cohaeret, sed totam sententiam cum superioribus iungit. — *διὰ τὸ εὔκοσμον*, i. e. *τὸ σῶφρον, τὴν σωφροσύνην*. *Ἀσαφές*, inquit schol., *τὸ χωρίον ποιεῖ ἡ τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγή. τήν*

www.libtool.com.cn

εὔκοσμον γιγνόμεθα, τὸ μὲν ὅτι αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία, εὔβουλοι δὲ ἀμαθέστερον τῶν νόμων τῆς ὑπεροψίας παιδευόμενοι καὶ ξὺν χαλεπότητι σωφρονέστερον ἢ ὥστε αὐτῶν ἀνηκουστεῖν, καὶ μή, τὰ ἀχρεῖα ξυνετοὶ ἄγαν ὄντες, τὰς τῶν πολεμίων παρασκευὰς λόγῳ καλῶς μεμφόμενοι ἀνομοίως ἔργῳ

τε γὰρ αἰδῶ καὶ τὴν αἰσχύνην κατὰ τοῦ αὐτοῦ τίθησι συνωνύμως, καὶ τὸ λοιπὸν ἔμφασιν (speciem) παρέχει ὡς ἐπὶ ἄλλον καὶ ἄλλον τάσσων τὴν λέξιν. ὡς καὶ τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν εὐκοσμίαν ὁμοίως τέθεικε. — τὸ μέν respicere ad πολεμικοί, quod idem paulo post τῇ εὐψυχίᾳ substantive exprimitur, contraria εὔβουλοι δέ certissime docent. Cf. Matth. Gr. § 288 adn. 5. — αἰδώς, ut non multo post αἰσχύνη, est verecundia, pudor, i. e. dedecoris vitandi studium. — πλεῖστον μετέχει. Cf. III 83, 1. VI 40, 1. Krueg. Gr. § 47, 15 adn. 1. — αἰσχύνης δὲ εὐψυχία. Cf. Plut. Cleom. 9 τὴν ἀνδρείαν δέ μοι δοκοῦσιν οὐκ ἀφοβίαν ἀλλὰ φόβον ψόγου καὶ δέος ἀδοξίας οἱ παλαιοὶ νομίζειν. Vid. ibi Schoem. Add. Soph. Ai. 1075 sq. et αἰσχύνεσθαι II 43, 1. V 9, 9. — εὔβουλοι δέ. Proximis item explicatur cur διὰ τὸ εὔκοσμον idque διὰ τὸ εὔκοσμον τῆς παιδείας Lacedaemonii fiant εὔβουλοι. — ἀμαθέστερον τῶν νόμων τῆς ὑπεροψίας, i. e. ἢ ὥστε ὑπερορᾶν τῶν νόμων. Cf. Matth. Gr. § 451. Krueg. Gr. §47, 27 adn. 2. infra VI 89, 5. — ξὺν χαλεπότητι, cum severitate. — ἀνηκουστεῖν, quod poëtarum et dialectorum verbum appellat Krueg., ab Aesch. et Herod. ad Thuc. videtur transisse. Recepit etiam Dio Cass. — καὶ μή. Audi παιδευόμενοι hoc modo: καὶ παιδευόμενοι (οὕτως ὥστε) μὴ ... ἐπεξιέναι. Herbstius quidem l. l. p. 323 sqq. infinitivos ἐπεξιέναι et νομίζειν ex ξυνετοὶ ὄντες, quae verba superiori παιδευόμενοι respondeant, vult pendere; sed recte Class. monet Lacedaemonios eo quod ita ξυνετοί sint non εὐβούλους fieri, quod demonstrandum est, sed esse, et obstare huic interpretationi accus. τὰ ἀχρεῖα, praeter quem infinitivi a ξυνετοὶ ὄντες commode pendere nequeant. — τὰ ἀχρεῖα] τὰ σοφίσματα τῶν λόγων. Schol. Spectat ad dicendi artem plurimum in civitatibus valentem quae populari imperio reguntur. — ἔργῳ ἐπεξιέναι. Multum dubitatum est de interpretando verbo ἐπεξιέναι. Fuerunt qui eo pertinere accus. παρασκευάς opinati id persequi esse vellent, quanquam quo sensu hoc loco dicatur hostium apparatum persequi plane in obscuro est; aliter enim τῇ τύχῃ ἐπεξιέναι IV 14, 3 dictum est, ubi cf. adn. Exsequendi vim ei tribuit Goeller λόγον subaudiens, cui non solum obstat oppositionis ratio quae est in λόγῳ et ἔργῳ, sed etiam quod ita vituperationem exsequi dicerentur (vituperant enim λόγῳ), quod neque ipsum sanum sensum praebet neque huic loco aptum est. Steph. in Thes. dat. ἔργῳ ex ἐπεξιέναι vult pendere rem ipsam exsequi interpretatus; at huic explicationi et omissus articulus et ἔργῳ contrarium λόγῳ obstat, praeterea ipse casus alia vi huic verbo

www.libtool.com.cn

ἐπεξιέναι, νομίζειν δὲ τάς τε διανοίας τῶν πέλας
παραπλησίους εἶναι καὶ τὰς προσπιπτούσας τύχας
4 οὐ λόγῳ διαιρετάς· αἰεὶ δὲ ὡς πρὸς εὖ βουλευο-
μένους τοὺς ἐναντίους ἔργῳ παρασκευαζόμεθα, **
καὶ οὐκ ἐξ ἐκείνων ὡς ἁμαρτησομένων ἔχειν δεῖ

Cap. 84. § 4. παρασκευαζώμεθα It. Vat. Pal. Aug. M. Cass. Vind. Gr. Cl. Ven. G. corr. m. Cf. adn.

alibi (cf. IV 14, 3) additus, pro quo potius accus. exspectes (cf. III 82, 8. V 100). Krueg. et Class. ἐπεξιέναι, quod similiter 120, 5. V 9, 10 cum ἔργῳ coniunctum sit, absolute volunt positum esse, ut sit *darauf losgehen;* sed etiam in illis locis est exsequi. Ubi autem revera insectandi vim hoc verbum habet (cf. adn. VI 38, 2) cum sit insectari aliquem, malumus αὐτοῖς (τοῖς πολεμίοις) subaudiri quam absolute id positum esse. — νομίζειν ... εἶναι, sed (sic instituimur) ut ingenia aliorum (nostris) similia esse existimemus. Cf. Theogn. 658 ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ' ἐπιστάμεθα. De flexionibus adiectivi παραπλήσιος monendum est hoc uno apud Th. loco esse duarum terminationum (cf. III 17. 1. 89, 3. VII 70, 1), qui usus apud posteriores demum (cf. Polyb. V 100, 10. VI 7, 5. Diod. III 9) recurrit. De vv. τῶν πέλας vid. adn. 32, 4. — καὶ τὰς ... διαιρετάς, et fortunae casus non oratione distincte explicari (propr. definiri, describi) posse. Cf. Herod. II 6. VII 17. 47. 50. 103 et adn. V 26, 2. Distribuere, huic aut illi attribuere verbum vult significare Herbst. l. l.; at neque idoneam sententiam praebet haec interpretatio (quid enim est fortunae casus hominibus distribuere?) neque ita apud Thuc. legi recte contradicit Class. nisi medium διαιρεῖσθαι. Aptissima autem cum sit ad huius loci sententiam ea quam nos proposuimus interpretatio et sat multis exemplis comprobata, supersedemus inutiles coniecturas afferre quibus scriptoris manum corruperunt.

§ 4. ὡς πρὸς εὖ βουλευομένους τοὺς ἐναντίους. De verborum sententia cf. adn. VI 40, 1, de eorum collocatione Matth. Gr. § 595, 4 b. Krueg. Gr. § 68, 8. infra 91, 4. VI 50, 4. (Apud Latinos talia rarissima. Vid. Weissenb. ad Liv. XXXIX 28, 11.) — καὶ οὐκ ... παιδεύεται. Haec cum superioribus idonea ratione non conectuntur neque quicquam eo proficitur quod plerique editores antea scripturam παρασκευαζώμεθα tanquam horum verborum conformationi convenientem (idem enim valere eam monent ac si dixisset παρασκευάζεσθαι δεῖ) praeferunt. Nam non solum parum apte applicatur superiori descriptioni haec adhortatio (apte applicatam habes 85, 1), sed etiam repugnantia cum 85, 1 sic oritur. Ex verbis enim ibi scriptis apparet antea de studiis sermonem fuisse quae Lacedaemonii patres secuti per omne tempus amplectantur. Itaque antea exponi necesse est quid soleant illi facere et sentire, non quid debeant. Deinde inde a 85, 1 demum adhortationem incipere eo intellegitur quod illi solita haec studia nunc non deserere ita iubentur ut hanc adhortatio-

τὰς ἐλπίδας, ἀλλ' ὡς ἡμῶν αὐτῶν ἀσφαλῶς προνοουμένων, πολύ τε διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου, κράτιστον δὲ εἶναι ὅστις ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις παιδεύεται.

nem ex superioribus consequentem esse particula **οὖν** indicetur, quae, si altera adhortatio alteri adderetur, locum non haberet. Denique ineptum est quod, cum 85, 1 Lacedaemonii studia illa per omne tempus habere dicantur, antea semper tanquam adversus bene deliberantes adversarios se parare iubentur. Nam hoc ipsum in illis studiis est, id quod inde apparet quod **ὡς πρὸς εὖ . . . παρασκευαζ.** opponitur verbis **τὰς τῶν π. παρασκευὰς . . . ἐπεξιέναι.** Quomodo igitur Lacedaemonii idem semper facere iubentur quod usque adhuc per omne tempus faciunt? Saltem id eos oratorem adhortari oporteret ut in posterum quoque facerent quod adhuc facere consueverunt. Loci vitium non fugit Badhami sagacitatem, cuius coniecturam Herw. laudat. Deleto enim utrobique **δεῖ** ille pro **παρασκευαζ. καὶ** rescribit **παρασκευαζόμενοι.** Sed nimis violenta est haec medela et utique retinenda Laurentiani scriptura **παρασκευαζόμεθα**, quippe quae non solum aptam sententiam, sed etiam structurae vicissitudinem praebeat vere Thucydideam (cf. adn. III 36, 2. V 14, 1. VI 18, 4) et multo elegantiorem quam molestam eius continuationem a Badhamo effectam. Cum autem fieri nequeat ut mutatione satis leni ac probabili hic locus superiori Lacedaemoniorum notationi aptetur (si violentam admitteremus, facile esset **καὶ οὐκ . . . ἔχομεν τὰς ἐλπίδας . . . πολύ τε διαφέρειν οὐ νομίζομεν** conicere), neque, si sententiarum nexum mittamus, ipsa verba quicquam habeant in quo iure offendatur, ante ea lacunam esse credimus. Nam si talia fere supplevimus qualia sunt **εὖ εἰδότες ὅτι ἐλάχιστα τῇ τύχῃ ἐπιτρέπειν** (cf. V 16, 1. 99), non solum aptus sententiarum conexus restituitur, sed etiam in hac parte ad **νομίζειν δὲ . . . διαιρετάς** relata non desideratur quod verbis **τὰς προσπιπτούσας τύχας οὐ λόγῳ διαιρετάς** respondeat. — **καὶ οὐκ . . . ἐλπίδας.** Refelluntur his quodammodo verba Corinthiorum 69, 5 **ἐπιστάμενοι . . . περιγεγενημένους.** — **πολύ τε . . . ἀνθρώπου.** Hoc non dicit quasi easdem fere virtutes homines habeant (nam praecipuas quasdam Lacedaemoniorum virtutes antea descripsit), sed alios aliis virtutibus ita excellere indicat ut in universum inter se virtutibus fere pares sint. — **ἄνθρωπον ἀνθρώπου.** Hac eiusdem verbi in diversis casibus iteratione mutuam rerum relationem libenter exprimi constat, velut **ἰδιώτην ἰδιώτῃ καταλλαγῆναι καὶ πόλιν πόλει** IV 61, 2, **πόλεμον πολέμῳ** ibid., **Δωριᾶ τινα Δωριῶς** IV 64, 3, **ἀρχὴν ἐπὶ ἀρχὴν στρατεῦσαι** VI 11, 3, **ξυμπεσούσης νηὶ νεὼς** VII 63, 1, **ὁπότε προσπέσοι ναῦς νηί** VII 70, 3 et paulo post iterum. Cf. II 84, 3. V 65, 2. Sed aliter intellegenda sunt **ἐκ ποταμοῦ ἐς ποταμόν** IV 102, 4, ubi vid. adn. — **ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις.** Disceptatur de horum verborum explicatione. *In den nothwendigsten*, quibus contraria **τὰ ἀχρεῖα** § 3, aut *nothdürftigsten Dingen* interpretatur Herbst (cf. adn. V 8, 3) l. l. similiterque Bonitz. l. l. p. 29 sq. Sed ita sententia minus apta evadit. Nam vires augerentur, si in educatione rebus maxime necessariis

www.libtool.com.cn

1 85. *Ταύτας οὖν ἃς οἱ πατέρες τε ἡμῖν παρέδοσαν μελέτας καὶ αὐτοὶ διὰ παντὸς ὠφελούμενοι ἔχομεν μὴ παρῶμεν, μηδ' ἐπειχθέντες ἐν βραχεῖ μορίῳ ἡμέρας περὶ πολλῶν σωμάτων καὶ χρημάτων καὶ πόλεων καὶ δόξης βουλεύσωμεν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν. ἔξεστι δ' ἡμῖν μᾶλλον ἑτέρων διὰ*
2 *ἰσχύν. καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέμπετε μὲν περὶ τῆς Ποτειδαίας, πέμπετε δὲ περὶ ὧν οἱ ξύμμαχοί φασιν ἀδικεῖσθαι, ἄλλως τε καὶ ἑτοίμων ὄντων αὐτῶν δίκας δοῦναι· ἐπὶ δὲ τὸν διδόντα οὐ πρότερον νόμιμον ὡς ἐπὶ ἀδικοῦντα ἰέναι. παρασκευάζεσθε δὲ τὸν πόλεμον ἅμα. ταῦτα γὰρ καὶ κράτιστα βουλεύσεσθε καὶ τοῖς ἐναντίοις φοβερώτατα.*"

Cap. **85.** § 2. *καὶ* ante *κράτιστα* om. Vat. Pal. Aug. M. Cass. Ven. C. F. G. Sed vis sententiae eo augetur quod alterum perinde atque alterum fieri dicitur.

etiam utiles accederent. Kruegeri interpretationem *in den grössten Drangsalen* minus ad hunc locum quadrare ipse fatetur. Non multum differt quod alii interpretantur *in der Schule der Noth*, i. e. bello et periculis, quibus verbis putant respici ad Athenienses. Sed rationem significari patet quam ipsi Lacedaemonii sequantur, non Atheniensium vires ita auctas designari. Si vero ipsorum Lacedaemoniorum educationem spectari statuimus, haec belli et periculorum disciplina aliena est ab iis quae antea de eorum moribus et studiis dicta sunt. Certe ibi disciplina publicis legibus instituta designatur. Ad eandem igitur hoc quoque loco respici consentaneum est. Quare cum Class. vertimus i n n e c e s s i t a t i b u s m a x i m e c o ë r c e n t i b u s *(unter dem strengsten Zwange)* eoque nomine severas publicae educationis leges appellari volumus. Idem igitur hoc loco significatur quod supra verbis *ξὺν χαλεπότητι παιδευόμενοι.* De activa vocabuli *ἀναγκαῖος* vi cf. adn. V 99 et V 105, 2.

Cap. **85.** § 1. *μελέτας.* „Sine artic. Cf. ad Xen. Anab. I 5, 16." K r u e g. — *ὠφελούμενοι*, c u m e m o l u m e n t o n o s t r o. — *μᾶλλον ἑτέρων.* Cf. Matth. Gr. § 453 adn. 2. Krueg. Gr. § 47, 27 adn. 1. infra II 15, 1. 60, 7. VI 16, 1. — *διὰ ἰσχύν*] *δι' ἣν ἔχομεν ἰσχύν.* Schol.

§ 2. *πέμπετε μὲν ... πέμπετε δέ.* Anaphorae exempla Thucydidea alia reperies 49, 1. 126, 12. II 8, 1. VI 88, 6. 104, 1. VII 24, 2. 67, 2. Praesentis imper. eadem ratione positus est qua imperfectum 26, 1, ubi cf. adn. — *οἱ ξύμμαχοι ... ἀδικεῖσθαι.* Cf. c. 67. — *δίκας δοῦναι.* Cf. adn. 28, 2. — *διδόντα*, v o l e n t e m d a r e, o f f e r e n t e m. Cf. adn. 33, 4. 35, 5. Sic d a r e apud Liv. Vid. Weissenb. ad XXXI 19, 4. — *οὐ πρότερον*, scil. *ἢ δοῦναι.* — *νόμιμον.* Cf. adn. 78, 4.

www.libtool.com.cn

Καὶ ὁ μὲν Ἀρχίδαμος τοιαῦτα εἶπεν. παρελ- 3
θὼν δὲ Σθενελάδας τελευταῖος, εἷς τῶν ἐφόρων
τότε ὤν, ἔλεξεν [ἐν τοῖς Λακεδαιμονίοις] ὧδε.

86. „Τοὺς μὲν λόγους τοὺς πολλοὺς τῶν 1
Ἀθηναίων οὐ γιγνώσκω· ἐπαινέσαντες γὰρ πολλὰ
ἑαυτοὺς οὐδαμοῦ ἀντεῖπον ὡς οὐκ ἀδικοῦσι τοὺς
ἡμετέρους ξυμμάχους καὶ τὴν Πελοπόννησον·
καίτοι εἰ πρὸς τοὺς Μήδους ἐγένοντο ἀγαθοὶ τότε,
πρὸς δὲ ἡμᾶς κακοὶ νῦν, διπλασίας ζημίας ἄξιοί
εἰσιν, ὅτι ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται. ἡμεῖς 2
δὲ ὁμοῖοι καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμεν, καὶ τοὺς ξυμ-
μάχους, ἢν σωφρονῶμεν, οὐ περιοψόμεθα ἀδι-
κουμένους οὐδὲ μελλήσομεν τιμωρεῖν οὐκέτι μέλ-
λουσι κακῶς πάσχειν. ἄλλοις μὲν γὰρ χρήματά 3
ἐστι πολλὰ καὶ νῆες καὶ ἵπποι, ἡμῖν δὲ ξύμμαχοι
ἀγαθοί, οὓς οὐ παραδοτέα τοῖς Ἀθηναίοις ἐστίν,

Cap. 86. § 2. οὐδ' ante οὐκέτι addunt Laur. Vind., οἳ δ' Vat., οἵ δ' vel οἵδ' reliqui. Antiquiorem esse putamus οὐδ' scri-
οὐδ'
pturam eamque ortam ex dittographia οὐκέτι. Cf. adn.

§ 3. [ἐν τοῖς Λακεδαιμονίοις] inepte ita additum quasi etiam apud alios dicere tum potuerit Sth. del. Krueg. — ὧδε. Cf. II 74, 2.

Cap. 86. Hanc brevem orationem Stheneladae, quae moribus Lacedaemoniorum accommodata est, Plut. in Praec. ger. reip. 6, 6 laudare schol. monet. Affert hic eam tanquam ὄγκου καὶ μεγέθους exemplum quam λόγος πολιτικός spiret.

§ 1. Τοὺς μὲν κ. τ. λ. Μέν ad omnia verba τοὺς λόγους . . . Ἀθηναίων spectat. Cf. § 2 ἡμ. δέ. Krueger. tamen sententiam contrariam ὡς δὲ ἔργῳ ἠδίκησαν σαφές ἐστι vult latere. — ἐπαινέσαντες . . . πολλὰ ἑαυτούς. Cf. Krueg. Gr. § 46, 12 adn. 2. Lob. ad Soph. Ai. 1107. Similiter ἃ τὴν πόλιν ὕμνησα II 42, 2. — ὡς οὐκ. Cf. adn. 77, 3. — διπλασίας ζημίας. Cf. III 67, 2.

§ 2. καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμεν. Similiter III 40, 2. Cf. Dissen. ad Demosth. orat. de Cor. 31. Krueg. Gr. § 62, 4 adn. 2 et VI 60, 2. Contra 141, 2 πρότερόν τε . . . ἦσαν . . . καὶ νῦν. — οὐκέτι μέλλουσι, scil. αὐτοῖς. Cf. III 90, 4. VII 83, 2. In editionibus vulgatur οἵ δ' οὐκέτι (cf. sd.), quod ita interpretari solent ut δέ sit explicativum (cf. adn. 77, 3). Sed deest contrarii ratio quam articulus cum illa particula δεικτικῶς positus postulat (cf. 37, 2 ibique adn.); nam apte post οὐδὲ μελλήσομεν τιμωρεῖν potius omissa negatione diceretur οἵ δ' ἔτι μέλλουσι κακῶς πάσχειν. Itaque οἵ δ' genuinum esse non potest. De eius scripturae origine vide sd.

§ 3. ἄλλοις μὲν γὰρ κ. τ. λ.

www.libtool.com.cn


οὐδὲ δίκαις καὶ λόγοις διακριτέα μὴ λόγῳ καὶ
αὐτοὺς βλαπτομένους, ἀλλὰ τιμωρητέα ἐν τάχει
4 καὶ παντὶ σθένει. καὶ ὡς ἡμᾶς πρέπει βουλεύεσθαι ἀδικουμένους μηδεὶς διδασκέτω, ἀλλὰ τοὺς μέλλοντας ἀδικεῖν μᾶλλον πρέπει πολὺν χρόνον βουλεύεσθαι. ψηφίζεσθε οὖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἀξίως τῆς Σπάρτης τὸν πόλεμον, καὶ μήτε τοὺς Ἀθηναίους ἐᾶτε μείζους γίγνεσθαι μήτε τοὺς ξυμμάχους καταπροδιδῶμεν, ἀλλὰ ξὺν τοῖς θεοῖς ἐπίωμεν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας.“

1 87. Τοιαῦτα δὲ λέξας ἐπεψήφιζεν αὐτὸς ἔφορος ὢν [ἐς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Λακεδαιμονίων].
2 ὁ δέ (κρίνουσι γὰρ βοῇ καὶ οὐ ψήφῳ) οὐκ ἔφη διαγιγνώσκειν τὴν βοὴν ὁποτέρα μείζων, ἀλλὰ βουλόμενος αὐτοὺς φανερῶς ἀποδεικνυμένους τὴν γνώμην ἐς τὸ πολεμεῖν μᾶλλον ὁρμῆσαι ἔλεξεν·

§ 4. *ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας* Laur. m. et vulgo. Cf. adn.

Cf. 80, 3. — *οὐδὲ δίκαις ... διακριτέα*, nec iudiciis ... disceptandum est. Accusativi igitur *αὐτοὺς βλαπτ.* qui sequuntur nec ex *διακρ.* pendere nec ob addita *καὶ αὐτούς* per *σχῆμα διὰ μέσου* explicari possunt, sed positi sunt ut *ἀπολογησομένους* 72, 1. Spectant ergo ad Lacedaemonios. — *παντὶ σθένει.* Sic iterum V 23, 3 et apud Xenoph.

§ 4. *ἐπίωμεν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας.* Cf. 69, 2. II 65, 11. IV 92, 7.

Cap. 87. § 1. *ἐπεψήφιζεν. ... [ἐς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Λ.].* *Ἔφορος ὤν*, quae legimus 85, 3, iterat, ut cur licuerit Stheneladae *ἐπιψηφίζειν* declaret. De quo verbo (pro quo § 4 *ψῆφον ἐπάγειν*) cf. adn. II 24, 1. Iungitur plerumque cum accusativo, sed certe in Lucian. Tim. 44 etiam cum dativo (vid. Matth. Gr. § 402 adn. extr. p. 904), quo frustra *ἐς* tuetur Class. Ullr. autem Symb. crit. p. 54 iungi vult *ἔφορος ὢν ἐς τὴν ἐκκλ.* (ad habenda comitia). Sed ne hoc quidem dicendi usu comprobatur et tum inutiliter et inepte addi *τῶν Λακεδαιμονίων* monet Class. Itaque propter inexplicabile *ἐς* delemus verba iam Kruegero suspecta. Verbum *ἐπιψηφίζειν* more Attico positum esse, cum Lacedaemonios *ψήφῳ* usos non esse statim audiamus, docet Class.

§ 2. *βοῇ καὶ οὐ ψήφῳ.* Addi potuit *οὐδὲ χειροτονίᾳ.* Ceterum cf. Mans. Spart. I 1 p. 93. Tittm. Respubl. Gr. p. 92. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 464. — *ὁποτέρα μείζων.* Vid. adn. c. 16. — *φανερῶς ἀποδεικνυμένους τὴν γνώμην.* Ut Megarenses plebem coëgerunt *ψῆφον φανερὰν διενεγκεῖν* IV 74, 3, ubi vid. adn. — *ἐς τὸ πολεμεῖν μᾶλλον ὁρμῆσαι*, ad bellum magis incitare, de quo transitivo verbi usu vid. 127, 3. II 20, 4. Plat. Ion. 534c. Intransitive Thucy-

„Ὅτῳ μὲν ὑμῶν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, δοκοῦσι λε-
λύσθαι αἱ σπονδαὶ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀδικεῖν, ἀνα-
στήτω ἐς ἐκεῖνο τὸ χωρίον,“ δείξας τι χωρίον
αὐτοῖς, „ὅτῳ δὲ μὴ δοκοῦσιν, ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα.“
ἀναστάντες δὲ διέστησαν, καὶ πολλῷ πλείους ἐγέ- 3
νοντο οἷς ἐδόκουν αἱ σπονδαὶ λελύσθαι. προσ- 4
καλέσαντές τε τοὺς ξυμμάχους εἶπον ὅτι σφίσι
μὲν δοκοῖεν ἀδικεῖν οἱ Ἀθηναῖοι, βούλεσθαι δὲ
καὶ τοὺς πάντας ξυμμάχους παρακαλέσαντες ψῆφον
ἐπαγαγεῖν, ὅπως κοινῇ βουλευσάμενοι τὸν πόλε-
μον ποιῶνται, ἢν δοκῇ. καὶ οἱ μὲν ἀπεχώρησαν 5
ἐπ' οἴκου διαπραξάμενοι ταῦτα, καὶ οἱ Ἀθηναίων
πρέσβεις ὕστερον ἐφ' ἅπερ ἦλθον χρηματίσαντες.

dides si accipi vellet, scriberet ὡρμῆσθαι. Cf. II 59, 2. 65, 2. IV 27, 4. 29, 2. — ἀναστήτω ἐς ἐκεῖνο τὸ χωρίον. Nota emphasis. Cf. VII 49, 2. VIII 45, 1. Krueg. Gr. § 68, 21 adn. 4. Exsurgere foras similiter dixit Plautus Mil. Gl. II 1, 3. Ceterum sedisse Lacedaemonios in contionibus, antequam sententias rogarentur, ex his intellegimus. — δείξας. Participium ad ἔλεξε referendum orationi rectae interpositum est, ut Eur. Iph. T. 23. Dion. Hal. Ant. III 30. Heliod. I 2 et εἰπών orationi obliquae 136, 3, id quod audacius factum videbimus 137, 4. — ὅτῳ δὲ μὴ δοκοῦσιν. Verbum deletum cupit Cob. ad Hyper. p. 56, quasi vero continuo debeant abesse quae possint. Cum duo tresve versus inter hoc et superius interpositi sint, bene iteratum esse recte respondet Krueg. — ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα, in alteram partem. Cf. adn. 2, 5. VII 84, 4. Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 3.

§ 3. διέστησαν καὶ κ. τ. λ. Est igitur discessio facta in Stheneladae sententiam, quibus verbis Latini rem sibi in senatu usitatam exprimerent.

§ 4. τοὺς ξυμμάχους. H. e. legatos nonnullarum civitatum foederatarum. Cf. 67, 3. Hos paulo ante summotos esse legimus 79, 1. — ὅτι ... δοκοῖεν ... βούλεσθαι δέ. Cf. Matth. Gr. § 539 adn. 1. II 80, 1. III 2, 3. 3, 3. 71, 1. IV 27, 4. 46, 5. V 61, 2. — τοὺς πάντας ξυμμάχους, universos socios; nam antea (67, 3) singulos tantum advocaverant. — ψῆφον ἐπαγαγεῖν, suffragia iis dare, in suffragium eos mittere. Ψῆφον distributive dictum est, ut § 2. 119, 1. 125, 1. IV 74, 3 et alibi ac γνώμην § 2, denique Lat. suffragium.

§ 5. χρηματίσαντες] χρηματίσαι μέν ἐστι τὸ πρᾶξαι (maxime res publicas, cum populo agere de rp.), χρηματίσασθαι δὲ τὸ κερδᾶναι. Schol. Cf. V 5, 1. 61, 1. VI 62, 4 cum VII 13, 2.

§ 6. διαγνώμη. Vocabulum Thucydidis proprium pro v. διάγνωσις a grammaticis veteribus appellatur, legitur tamen etiam apud Dion. Cass. et ex eo apud Zon. Ann. VIII 15, item apud Aristid. t. II p. 660 ed. Dind.

www.libtool.com.cn

6 ἡ δὲ διαγνώμη αὕτη τῆς ἐκκλησίας [τοῦ τὰς σπονδὰς λελύσθαι] ἐγένετο ἐν τῷ τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῶν τριακοντουτίδων σπονδῶν προκεχωρηκυιῶν, αἳ ἐγένοντο μετὰ τὰ Εὐβοϊκά.

88. Ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς σπονδὰς λελύσθαι καὶ πολεμητέα εἶναι, οὐ τοσοῦτον τῶν ξυμμάχων πεισθέντες τοῖς λόγοις ὅσον φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους μὴ ἐπὶ μεῖζον δυνηθῶσιν, ὁρῶντες αὐτοῖς τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ὑποχείρια ἤδη ὄντα.

1 89. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι τρόπῳ τοιῷδε ἦλθον

Cap. 87. § 6. ἐν τῷ τετ. ἔτ. καὶ δεκ. It. Vat. Pal. M. H. Reg. At II 2, 1 τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει, VIII 58, 1 τρίτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει. Add. V 56, 5. 81, 2. 83, 4. VI 7, 4. Cardinalia tamen substantivis interpositis interdum separantur. Cf. adn. 29, 1. Redit III 42, 1. 67, 7. — [τοῦ ... λελύσθαι]. Idem pronomine αὕτη significatur ad § 3 respiciente. — ἐν τῷ τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει. Ol. LXXXVII 1 (a. Chr. 432). Ἐν ad ἔτος cum ordinalibus iunctum plerumque quidem non addit Thuc. (cf. exempla omissi articuli causa adscripta 12, 3 et Krueg. Gr. § 48, 2). „Sed cf. VI 59, 4 [ubi non additum quidem ἔτει, sed simul audiendum], ἐν ὀγδόῳ μηνί Plat. Phaedr. 276 b.“ Krueg. Ipsum ἐν Krueg. et Class. cum προκεχωρηκυιῶν nectunt, ut positum sit pro ἐς, quemadmodum alibi apud perfectum. Cf. adn. IV 14, 1. VII 71, 7. Nobis vel ex collocatione videtur intellegi cohaerere cum ἐγένετο. Consecutio igitur verborum est ἐν τῷ ... ἔτει τῶν σπονδῶν ἐς τοῦτο τὸ ἔτος προκεχωρηκυιῶν. — τριακοντούτιδας σπονδάς etiam Aristophanes appellat. Thucydides alibi τριακοντούτεις. Vid. 23, 4. 115, 1. II 2, 1. — τὰ Εὐβοϊκά. Vid. c. 114.

Cap. 88. Ἐψηφίσαντο. Transit scriptor ad veram belli causam. Cf. 23, 6. — ἐπὶ μεῖζον. Cum μέγα δύνασθαι dicatur, placeat alicui coniectura ἔτι μ. Vulgata tamen dicendi generibus similibus ἐπὶ τὸ μεῖζον, de quo cf. adn. 10, 3, ἐπὶ μέγα, ἐπὶ πολύ, ἐπὶ πλεῖστον, de quibus cf. adn. 1, 2 et 50, 2, videtur fulciri. — δυνηθῶσιν, potentes fierent. Cf. adn. 3, 2.

Cap. 89. Ἀρχὴ τῆς πεντηκονταετίας. θαυμάζεται τὸ χωρίον καὶ ἐπὶ τῇ σαφηνείᾳ καὶ ἐπὶ τῇ συντομίᾳ. Schol. Nomine τῆς πεντηκονταετίας s. τῆς πεντηκονταετηρίδος (schol. 18, 3. 42, 2. Suid. in v. Καλλίας) veteres grammatici locum qui sequitur c. 89—96 una cum proximo c. 97—118 insigniunt. Cf. ad 118, 2. Cum Thucydide praeter scriptores qui singulas res illustrant usquequaque comparandus est Diodorus a l. XI c. 39, de cuius et Thucydidis dissensu in complurium rerum ordine et temporibus vid. Mans. Spart. I 2 p. 313 sqq. De temporibus rerum gestarum recte constituendis et de partibus huius πεντηκονταετηρίδος vid. Clinto de Thucy-

www.libtool.com.cn

ἐπὶ τὰ πράγματα ἐν οἷς ηὐξήθησαν. ἐπειδὴ Μῆδοι 2
ἀνεχώρησαν ἐκ τῆς Εὐρώπης νικηθέντες καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ οἱ καταφυγόντες αὐτῶν ταῖς ναυσὶν ἐς Μυκάλην διεφθάρησαν, Λεωτυχίδης μὲν ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ὅσπερ ἡγεῖτο τῶν ἐν Μυκάλῃ Ἑλλήνων, ἀπεχώρησεν ἐπ' οἴκου ἔχων τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου ξυμμάχους· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ἀπὸ Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου

didis summario in Fast. Hellen. Append. VIII p. 253 sqq., Krueger Stud. hist. I p. 1 sqq., Arn. Schaefer de rerum post bellum Pers. usque ad tricennale foedus gestarum temporibus, Pierson (*die thuk. Darstellung der Pentekontaetie*) in Philol. XXVIII p. 40—69. 193—220, iterumque Krueg. in Analect. II p. 1 sqq.

§ 1. **ἦλθον ... ηὐξήθησαν**, ad res eas (*ἡγεμονία* dicitur 96, 1) venerunt per quas creverunt. Cf. VIII 92, 2.

§ 2. **ἐπειδὴ κ.τ.λ.** Ol. LXXV 2 (a. Chr. 479). — **οἱ δὲ Ἀθηναῖοι.** Xanthippo duce. — **καὶ οἱ ἀπὸ Ἰ.... ξύμμαχοι.** Cum his Th. verbis pugnare videtur Herod. IX 106, ubi narratur post pugnam ad Mycalen factam Sami in societatem belli contra Persas gerendi receptos esse Samios Chios Lesbios reliquosque insulanos qui cum Graecis fuissent; quo facto cum Graeci ad Hellespontum profecti essent, Leotychidem cum Peloponnesiis domum revertisse, Athenienses autem Sestum obsedisse deinde IX 114 traditur. Itaque, ne repugnantia exsistat, Kirchhoffius in Herm. XI p. 8 sq. hoc Th. loco socios ex Ionia Chios potissimum et Samios opinatur esse, Hellesponti autem civitates eo nomine socios appellari quod revera quidem Atheniensibus opem tulerint, sed legitime in societatem nondum recepti fuerint. Sed diverso sensu Th. socios ex Hellesponto atque ex Ionia appellare prorsus ex arbitrio ille statuit, cum eius rei apud ipsum Th. ne levissimum quidem sit vestigium. Deinde etiam 95, 1, ubi cf. adn., inter socios belli contra barbaros gerendi praeter reliquos Graecos non solum Iones nominantur, sed etiam quotquot a rege nuper liberati fuerint, qua significatione vix possunt soli Lesbii ab Herodoto praeter Samios Chios reliquosque insulanos commemorati designari. Itaque, etiamsi *οἱ ἀπὸ Ἰωνίας* insulani essent, tamen repugnantia illa non prorsus tolleretur. Sed ipsos continentis incolas 95, 1 Iones appellari similis eiusdem rei commemoratio VI 76, 3 facta ostendit, ubi cf. adn. Pariter *Ἴωνες* dicuntur VI 77, 1 et *Ἰωνία* II 9, 4. VIII 56, 4. Tum vero etiam Diod. XI 37, 1 ab Herodoto discrepat, Ephoro auctore narrans Sami Iones et Aeoles in societatem receptos esse, ubi Iones simul esse continentis incolas proxima narratio ostendit. Sed non solum a Th. et Diodoro verbis traditis dissidet Herodotus, sed ne secum ipse quidem consentit. Postquam enim narravit Peloponnesios, cum deliberavissent an melius esset Ioniam Persis permittere ipsosque Iones in finibus earum gentium collocare quae Persis se adiunxissent, studiose obnitentibus Atheniensibus cessisse, non congruenter pergit ita igitur (**καὶ οὕτω δή**) eos insulanas illas civitates in societatem adscivisse exclusis

ξύμμαχοι, ἤδη ἀφεστηκότες ἀπὸ βασιλέως, ὑπομείναντες Σηστὸν ἐπολιόρκουν Μήδων ἐχόντων, καὶ ἐπιχειμάσαντες εἷλον αὐτὴν ἐκλιπόντων τῶν βαρβάρων, καὶ μετὰ τοῦτο ἀπέπλευσαν ἐξ Ἑλλησπόντου
3 ὡς ἕκαστοι κατὰ πόλεις. Ἀθηναίων δὲ τὸ κοινόν, ἐπειδή αὐτοῖς οἱ βάρβαροι ἐκ τῆς χώρας

Ionum in continenti coloniis, sed consentaneum est sequi eos de tota Ionia ita consilium mutavisse; nam non partim, sed omnino cessisse Atheniensibus dicuntur. Cf. L. Herbst. in Philol. XXXX p. 317 sq. Cum autem credi nequeat adeo non convenienter Herodotum scripsisse, aut deleto νησιώτας apud eum scribendum est καὶ τοὺς ἄλλους οἳ ἔτυχον συστρατευόμενοι τοῖσι Ἕλλησι aut cum Steupio, qui de summa rei recte iudicavit in Mus. Rhen. XXXV p. 321 sqq., καὶ τοὺς ἠπειρώτας addendum. Quod hoc Th. loco inter socios non commemorantur Lesbii secundum Her. IX 106 in societatem recepti, in exercitu Sestum obsidente illi non fuisse possunt videri. Ita si fuit, cum Diod. XI 37, 4 testis sit τοὺς Ἀθηναίους μετὰ τῶν Ἰώνων καὶ τῶν νησιωτῶν ἐπὶ Σηστὸν ἀπᾶραι (scil. ἐκ Σάμου), quo loco simul intellegitur socios ex Hellesponto tum demum accessisse Graecis cum in eam regionem pervenissent, hoc loco Ἰωνία ampliore sensu comprehendit Ionicas in continente et in insulis colonias (cf. 2, 6. VIII 40, 1). Sed non minus ita interpretari licet ut Lesbii quoque cum Atheniensibus Sestum obsederint. Si enim οἱ ἀπὸ Ἰωνίας καὶ Ἑ. non sunt ex Ionia et Hellesponto oriundi, sed qui ab Ionia et Hellesponto cum Atheniensibus Sestum profecti sunt (cf. VIII 96, 4), in iis simul fuerunt Lesbii, id quod forsitan probabilius sit. — ἤδη ἀφεστηκότες ἀπὸ βασιλέως. In his amplificatum est subiectum verborum ὑπομείναντες ἐπολιόρκουν. Obsederunt enim Sestum milites sociorum, defecerant civitates. Similiter VIII 48, 1 cum οἱ δυνατοὶ τῶν πολιτῶν sint optimates civium Atheniensium, appositum οἵπερ καὶ ταλαιπωροῦνται μάλιστα ad omnes in universum optimates refertur. Cf. adn. VIII 63, 3. Ceterum haec verba pariter atque c. 7 ἐπὶ πολὺ ἀντισχοῦσαν, ubi cf. adn., appositionis, non attributi vice funguntur. Quo non intellecto, ut simul Kirchhoffii interpretationi succurreret, ξύμμαχοι del. Wilamowitz-Moellend. in Herm. XII p. 338. Hunc fusius refutat Steup. l. l. p. 322, qui ipse ratione non magis probabili ἤδη ἀφεστηκότες ἀπὸ βασιλέως p. 324 damnat, quasi vero verbis his additis illi cum socii essent defecisse dicantur, non cum defecissent socios fuisse. — Σηστὸν ἐπολιόρκουν. Cf. Herod. IX 114—118 cl. VII 33. 78. Diod. XI 37, 4. Thuc. VIII 62, 3. — ἐχόντων. Latine passive diceretur a Medis occupatam. In Graecis simul audi αὐτήν. Cf. 94, 2. 98, 1. — ἐπιχειμάσαντες εἷλον. Itaque a. 478. — αὐτήν] Σηστὸς ἡ πόλις λέγεται καὶ ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς. Schol. Cf. Schaef. ad Demosth. IV p. 122 et int. Liv. XXXVII 10, 8. — ὡς ἕκαστοι. Cf. adn. 3, 4.

§ 3. τὸ κοινόν, ἐπειδὴ αὐτοῖς ... ἀπῆλθον, διεκομίζοντο. Cf. Matth. Gr. § 302 et § 389 g, 1. Voce κοινόν utitur, quod πόλις eorum non iam erat, quippe quae a Persis deleta

www.libtools.com.cn

*ἀπῆλθον, διεκομίζοντο εὐθὺς ὅθεν ὑπεξέθεντο παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὴν περιοῦσαν κατασκευήν, καὶ τὴν πόλιν ἀνοικοδομεῖν παρεσκευάζοντο καὶ τὰ τείχη· τοῦ τε γὰρ περιβόλου βραχέα εἱστήκει καὶ οἰκίαι αἱ μὲν πολλαὶ ἐπεπτώκεσαν, ὀλίγαι δὲ περιῆσαν, ἐν αἷς αὐτοὶ ἐσκήνησαν οἱ δυνατοὶ τῶν Περσῶν.*

90. *Λακεδαιμόνιοι δὲ αἰσθόμενοι τὸ μέλλον* 1
*ἦλθον πρεσβείᾳ, τὰ μὲν καὶ αὐτοὶ ἥδιον ἂν ὁρῶν-*
*τες μήτε ἐκείνους μήτ' ἄλλον μηδένα τεῖχος ἔχοντα,*
*τὸ δὲ πλέον τῶν ξυμμάχων ἐξοτρυνόντων καὶ φο-*
*βουμένων τοῦ τε ναυτικοῦ αὐτῶν τὸ πλῆθος, ὃ*
*πρὶν οὐχ ὑπῆρχε, καὶ τὴν ἐς τὸν Μηδικὸν πό-*
*λεμον τόλμαν γενομένην. ἠξίουν τε αὐτοὺς μὴ* 2
*τειχίζειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσου μᾶλλον*

Cap. **90.** § 1. *μηδ' ἄλλον* Aug. Cass. Cf. Matth. Gr. § 609 p. 1446. Krueg. § 69. 53.

esset. — *ὅθεν ὑπεξέθεντο*] *τουτέστιν ἐκ Τροιζῆνος καὶ ἐκ Σαλαμῖνος.* Schol. Cf. Diod. XI 39, 1. Paus. II 31, 10. Nep. Them. 2. Praeterea de *ὅθεν* = *ἐντεῦθεν ὅπου* cf. adn. VI 64, 1. Matth. Gr. § 473 adn. 2. Krueg. Gr. § 51, 13 adn. 9. — *παῖδας καὶ γυναῖκας* sine articulo ut 90, 3. 103, 3. II 6, 4. 14, 1. — *βραχέα*, i. e. *ὀλίγα, μικρά.* Cf. adn. 14, 3. „Paene nihil supererat. Vid. Herod. IX 13." Bloomf. — *οἰκίαι*] *ἀντὶ τοῦ οἰκιῶν.* Schol. Cf. Matth. Gr. § 319. Krueg. Gr. § 47, 28 adn. 3. Ne *αἱ οἰκίαι* postules, cf. 143, 5. — *ἐσκήνησαν*, domicilium collocaverant. Pro hoc *ἐσκήνηντο*, domicilium habebant, II 52, 3.

Cap. **90.** § 1. *ἦλθον πρεσβείᾳ*, i. e. *διὰ πρεσβείας.* Cf. Aeschin. III 95 *ἀφικνεῖται γὰρ πρὸς ὑμᾶς οὐκέτι δι' ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτός.* Sic Tac. Hist. I 9 Verginium legationibus adeunt, Germ. 39 legationibus coëunt. — *τὰ μέν.* His deinde respondent *τὸ δὲ πλέον.* Cf. Vig. p. 14 et ibi Herm. — *ἂν ὁρῶντες.* Cf. adn. 73, 4. Inaequalitatem casuum quae cernitur in *αὐτοὶ ὁρῶντες* et *τῶν ξυμμάχων ἐξοτρυνόντων* illustrat Weissenb. ad Liv. XXII 28, 1. — *ὃ ... ὑπῆρχε.* Cf. 14, 3. — *τὴν ... τόλμαν γενομένην.* Similiter collocata verba 11, 3 *ὁ νῦν ... διὰ τοὺς ποιητὰς λόγος κατεσχηκώς.* Cf. II 15, 2. 38, 2. III 54, 5. 56, 2. IV 38, 1. 87, 3. 109, 4. 114, 1. V 5, 1. 16, 1. 84, 1. VII 50, 1. VIII 20, 1. Vicissim cum praeposito participio partem attributi postpositam habes IV 107, 2. V 10, 9. 112, 2. V 70, 2. Rarissime in talibus totum attributum praeponitur. Cf. Krueg. Gr. § 50, 10 adn. 3.

§ 2. *ἀλλὰ καί.* Non antecedit *μόνον μή*, ut 144, 4. VI 55, 3. VIII 27, 3. Cf. Schoem.

ὅσοις εἱστήκει ξυγκαθελεῖν μετὰ σφῶν [τοὺς περιβόλους], τὸ μὲν βουλόμενον καὶ ὕποπτον τῆς γνώμης οὐ δηλοῦντες ἐς τοὺς Ἀθηναίους, ὡς δὲ τοῦ βαρβάρου, εἰ αὖθις ἐπέλθοι, οὐκ ἂν ἔχοντος ἀπὸ ἐχυροῦ ποθεν, ὥσπερ νῦν ἐκ τῶν Θηβῶν, ὁρμᾶσθαι, τήν τε Πελοπόννησον πᾶσιν ἔφασαν
3 ἱκανὴν εἶναι ἀναχώρησίν τε καὶ ἀφορμήν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι Θεμιστοκλέους γνώμῃ τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους ταῦτ' εἰπόντας, ἀποκρινάμενοι ὅτι πέμψουσιν ὡς αὐτοὺς πρέσβεις περὶ ὧν λέγουσιν, εὐθὺς ἀπήλλαξαν· ἑαυτὸν δὲ ἐκέλευεν ἀποστέλλειν ὡς τάχιστα ὁ Θεμιστοκλῆς ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ἄλλους δὲ πρὸς ἑαυτῷ ἑλομένους πρέσβεις μὴ εὐθὺς ἐκπέμπειν, ἀλλ' ἐπισχεῖν μέχρι τοσούτου ἕως ἂν τὸ τεῖχος ἱκανὸν ἄρωσιν ὥστε ἀπομάχεσθαι ἐκ

§ 2. εἱστήκει Laur. Bas. C. D., reliqui ξυνειστήκει. Compositum de muris dici nequit. De ξυν ex ξυγκαθελεῖν male repetito cf. sd. 6, 3. VIII 2, 4. 16. 2.

§ 3. αἴρωσιν codd. Cf. adn.

ad Plut. Ag. 12, 4. — εἱστήκει. Ex v. τειχίζειν repetendum τὰ τείχη. Cf. 91, 1. V 47, 6 et ibi adn. — σφῶν, τῶν Λακεδαιμονίων. — [τοὺς περιβόλους] ex 89, 3 adscriptum recte del. Herw. Nam cum hoc vocabulo antea scribendum erat εἱστήκεσαν. — τὸ βουλόμενον. Cf. adn. 36, 1. — ὡς δὲ τοῦ βαρβάρου ... οὐκ ἂν ἔχοντος, i. e. λέγοντες δὲ ὅτι (εἰ μὴ τειχίζοιεν, ἀλλὰ καὶ ... ξυγκαθέλοιεν ... τοὺς περιβόλους) ὁ βάρβαρος ... οὐκ ἂν ἔχοι. Cf. III 37, 4. IV 10, 1. De re cf. Diod. XI 39, 3. Nep. Them. 6. Iust. II 15. — ἀπὸ ἐχυροῦ ποθεν, alicunde e loco munito. — ὥσπερ νῦν. Νῦν hic debet esse modo, nuper. Cf. Krueg. et Voem. ad Demosth. de fals. leg. 65. — ἐκ τῶν Θηβῶν. Cf. Herod. IX 13 et alibi. — ὁρμᾶσθαι. Cf. adn. 64, 2. — ἀναχώρησίν τε καὶ ἀφορμήν. „Distinguo ἀναχώρησιν, locum, praesidium quo reciperent sese et ἀφορμήν unde erumperent." Bau. Ἀναχώρησιν alibi καταφυγήν vocant, ἀφορμήν autem ὁρμητήριον, sedem belli, etsi perfugium reddi vult Steph. in Thes.

§ 3. Θεμιστοκλέους γνώμῃ. De tota fraude Themistoclis praeter Diod. Nep. Iust. l. d. cf. Plut. Themist. 19. Polyaen. I 30, 4. Frontin. I 1, 10. Demosth. XX 73. Ceterum γνώμῃ τινός ut Lat. iudicio s. sententia alicuius. Cf. 93, 5. 145. — ἀπήλλαξαν, demoverunt ut molestos. Cf. VIII 46, 4. — μέχρι τοσούτου ἕως ἄν. Cf. Matth. Gr. § 480b. Μέχρι τούτου ἕως dixit Demosth. XVIII 48. Μέχρι τούτου μέχρι οὗ apud Plat. de Rep. 471c comparat Krueg. Cf. adn. II 86, 1. — ἱκανὸν ... ὥστε ἀπομάχεσθαι. Cf.

www.libtool.com.cn

τοῦ ἀναγκαιοτάτου ὕψους· τειχίζειν δὲ πάντας πανδημεὶ [τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ αὐτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας], φειδομένους μήτε ἰδίου μήτε δημοσίου οἰκοδομήματος ὅθεν τις ὠφελία ἔσται ἐς τὸ ἔργον, ἀλλὰ καθαιροῦντας πάντα. καὶ 4
ὁ μὲν ταῦτα διδάξας καὶ ὑπειπὼν τἄλλα ὅτι αὐτὸς τἀκεῖ πράξοι, ᾤχετο. καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα 5

καὶ αὐτοὺς . . . παῖδας om. schol. Cf. adn.
§ 4. πράξει Krueg. ex solis C. I. D. (etsi in hoc οι ead. man. superscr.) Cf. adn.

Matth. Gr. § 534 adn. 1 et de ipso ἱκανόν Krueg. Gr. § 57, 4 adn. 2. Pro αἴρωσιν Bekk. de coniectura ἄρωσιν. Ἕως ἂν αἴρωσιν valent dum erigerent, ἕως ἂν ἄρωσιν donec erexissent. Huic favere addita μέχρι τοσούτου adnotat Arn. Deinde ὕψους del. Krueg. Sed ita parum definitum est ἐκ τοῦ ἀναγκαιοτάτου. — [τοὺς ἐν τῇ πόλει del. idem, et sane contradictionem quandam habent verba πανδημεὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει, cum πανδημεί ad totum populum pertineat et in urbe et extra habitantem (cf. 73, 4). Et ne Corn. Nep. quidem Them. 6, 5 haec verba reddidit. Sed praeterea καὶ αὐτοὺς . . . παῖδας interpreti tribuenda sunt. Nam in schol. πάντας πανδημεί] τὸ πάντας, αὐτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας· τὸ δὲ πανδημεί, μηδενὸς ἐν ταῖς οἰκίαις ὑπολειπομένου his ipsis verbis, nisi quod primum καί omissum est, πάντας explicatur et Corn. Nep., qui Th. sibi in conscribenda Them. vita potissimum auctorem fuisse ipse 10, 4 indicat, hanc apud Th. interpretationem non legit, cum aliam sequatur scribens omnes, *servi atque liberi*, opus facerent. Ceterum in schol. interpretationes nobis videntur permutatae esse, cum αὐτοὺς . . . παῖδας potius vocabulo πανδημεί respondeat (cf. enim V 82, 6), et cum probabile sit indidem τοὺς ἐν τῇ πόλει in Th. verba irrepsisse, genuinam eius formam hanc fuisse putamus: πάντας πανδημεί] τὸ πάντας, ⟨τοὺς ἐν τῇ πόλει⟩ μηδενὸς ἐν ταῖς οἰκίαις ὑπολειπομένου· τὸ δὲ πανδημεί, ⟨καὶ⟩ αὐτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας. Ita simul, nisi quod apud Th. πάντας latius patet, rectius se habet explicatio. Nam significatur ex omni hominum genere (πανδημεί) omnes muris aedificandis adhibitos esse. Similiter VI 65, 1 προεῖπον πανδημεὶ πᾶσιν ἐξιέναι Συρακοσίοις (ut evocata universa multitudine omnes S. exirent) et Plat. Legg. 814a πανδημεὶ πάσῃ τῇ δυνάμει . . . ἔξω στρατεύεσθαι (evocata universa multitudine omnibus copiis expeditionem facere).

§ 4. ὑπειπών, simul indicans cum eadem praep. ὑπό vi quae est in ὑποσημαίνειν (82, 3) ὑποδεικνύναι ὑπολογίζεσθαι aliis. — τἄλλα. Pro hoc ἅμα desiderat Cob. ad Hyper. p. 54. Classen. τἄλλα interpretatur quod ad reliqua attinet. Rectius Krueg. iungit τἄλλα τἀκεῖ de iterato articulo conferens Gr. § 50, 9 adn. 2. Cf. II 100, 2. VIII 55, 3. — πράξοι. Optativo fut. praeter hunc quattuordecim locis Th. utitur eoque in sententiis aliunde penden-

www.libtool.com.cn

*ἐλθὼν οὐ προσῄει πρὸς τὰς ἀρχάς, ἀλλὰ διῆγε
καὶ προυφασίζετο. καὶ ὁπότε τις αὐτὸν ἔροιτο
τῶν ἐν τέλει ὄντων ὅ τι οὐκ ἐπέρχεται ἐπὶ τὸ
κοινόν, ἔφη τοὺς ξυμπρέσβεις ἀναμένειν, ἀσχολίας
δέ τινος οὔσης αὐτοὺς ὑπολειφθῆναι, προσδέχε-
σθαι μέντοι ἐν τάχει ἥξειν καὶ θαυμάζειν ὡς οὔπω
πάρεισιν.*
1 91. *Οἱ δὲ ἀκούοντες τῷ μὲν Θεμιστοκλεῖ ἐπεί-
θοντο διὰ φιλίαν αὐτοῦ, τῶν δὲ ἄλλων ἀφικνου-
μένων καὶ σαφῶς κατηγορούντων ὅτι τειχίζεταί τε
καὶ ἤδη ὕψος λαμβάνει, οὐκ εἶχον ὅπως χρὴ ἀπι-*
2 *στῆσαι. γνοὺς δὲ ἐκεῖνος κελεύει αὐτοὺς μὴ λόγοις
μᾶλλον παράγεσθαι ἢ πέμψαι σφῶν αὐτῶν ἄνδρας*

Cap. **91.** § 2. *ἀναγγελοῦσι* Laur. m., reliquorum plurimi *ἀπαγγελοῦσι*. Illud hoc loco significantius est. Cf. IV 122, 2.

tibus primariis: II 2, 3. 80, 1. IV 83, 4. 110, 2. VI 25, 2, bis 30, 2. 34, 5. 74, 1. V 7, 2. VIII 48, 2. 50, 1. 61, 1. 99.

§ 5. *διῆγε.* „*Διάγειν* sine casu pro *διάγειν τὸν χρόνον* videtur positum a Thuc.“ Steph. in Thes. Ubi cum *διαμέλλειν* aliisque verbis quae cunctandi tergiversandique significationem habeant componi a Polluce et sic legi etiam apud Dion. Cass. adnotat Dind. Simulato morbo aliquantum temporis extraxit pro his dixit Frontin. I 1, 10. Totum locum imitatur Zonaras (vel apud eum Dio) Ann. VIII 4 p. 117 *οὐ προσῄει τῇ γερουσίᾳ* (ut pro *πρός* reliquis locis (72, 2. III 59, 3. IV 36, 1. V 59, 5. VII 72, 3) etiam Thuc. apud *προσιέναι* dicit), *ἀλλὰ διῆγε ἄλλοτε ἄλλην αἰτίαν σκηπτόμενος.* — *ὅ τι.* Vid. Matth. Gr. § 488, 8 et cf. *τί* = cur et Lat. quid. — *ἐπὶ τὸ κοινόν*, ad rempublicam, ad contionem populi. Cf. Muell. Dor. II p. 121 et infra II 12, 2. Secus Lachm. Respubl. Laced. p. 206.

Cap. **91.** § 1. *διὰ φιλίαν αὐτοῦ.* De re vid. 74, 1. — *τῶν δὲ ἄλλων ἀφικνουμένων κ. τ. λ.* Articulus offensioni est, cum de aliis Graecis Lacedaemonem advenientibus dicatur. Sed tollitur illa hac interpretatione: reliquis autem advenis etiam aperte arguentibus. Si enim articulum cum *ἀφικνουμένων*, non cum *ἄλλων* iungis, non opus est illi *τῶν* addere. Cf. adn. 44, 2 et Dem. XVIII 28 *τὰ σμικρὰ συμφέροντα.* Ex reliquis Graecis autem advenae illi erant atque aut ipsis Athenis aut alibi de ea re compererant. Poliarchen Aeginetam ex his nominat Plut. Them. 19. — *ὕψος λαμβάνει.* Simul audi *τὸ τεῖχος.* Cf. adn. 90, 2. — *οὐκ εἶχον ὅπως χρὴ ἀπιστῆσαι.* Similiter *χρή* V 62, 1. VII 44, 3. Vid. Krueg. Gr. § 54, 7 adn. 2 et IV 34, 3.

§ 2. *μὴ . . . μᾶλλον . . . ἤ*, non magis . . . quam, i. e. minus . . . quam, non tam . . . quam. Cf. II 40, 1. 41, 2. V 9, 4. VII 36, 3. — *παράγεσθαι* est *ἀπατᾶσθαι.* —

www.libtool.com.cn

οἵτινες χρηστοὶ καὶ πιστῶς ἀναγγελοῦσι σκεψά-
μενοι. ἀποστέλλουσιν οὖν, καὶ περὶ αὐτῶν ὁ 3
Θεμιστοκλῆς τοῖς Ἀθηναίοις κρύφα πέμπει κελεύων
ὡς ἥκιστα ἐπιφανῶς κατασχεῖν καὶ μὴ ἀφεῖναι πρὶν
ἂν αὐτοὶ πάλιν κομισθῶσιν (ἤδη γὰρ καὶ ἧκον
αὐτῷ οἱ ξυμπρέσβεις, Ἁβρώνιχός τε ὁ Λυσικλέους
καὶ Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀγγέλλοντες ἔχειν
ἱκανῶς τὸ τεῖχος)· ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ οἱ Λακεδαι-
μόνιοι σφᾶς, ὁπότε σαφῶς ἀκούσειαν, οὐκέτι ἀφῶ-
σιν. οἵ τε οὖν Ἀθηναῖοι τοὺς πρέσβεις ὥσπερ 4
ἐπεστάλη κατεῖχον, καὶ Θεμιστοκλῆς ἐπελθὼν τοῖς
Λακεδαιμονίοις ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν ὅτι ἡ
μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη ὥστε ἱκανὴ εἶναι
σῴζειν τοὺς ἐνοικοῦντας, εἰ δέ τι βούλονται Λα-

**οἵτινες χρηστοί.** Cf. adn. c. 16. Nepos: viros bonos nobilesque mittere quibus fides haberetur, qui rem explorarent (quibus non satis recte proxima expressit). Idem et alii nonnulli addunt Themistoclem interea obsidem se retineri iussisse.

§ 3. **ἀποστέλλουσιν οὖν.** Secundum Nepotem tres viros functos summis honoribus. Sed cf. ibi Nipperd. — **περὶ αὐτῶν** cum maiore vi in initio membri collocatum. Cf. adn. 2, 2. — **κρύφα.** Per servum, si fides Iustino; certe non per collegas, quos commemorat Nepos, ubi vid. Nipperd. — **πέμπει**, ubi alibi **ἐπιστέλλει.** Cf. Krueg. Gr. § 68, 4 adn. 3. — **κελεύων** omitti potuit; sed vid. II 81, 1. 85, 1. IV 93, 2. — **αὐτοί**, i. e. ipse et collegae. — **ἤδη γὰρ κ. τ. λ.** Hoc enuntiato Thucydides solum pluralem **αὐτοί** explicat, altero autem in quo **γάρ** legitur causam affert cur talia Themistocles Atheniensibus mandaverit. Cf. 40, 6. II 5, 4. III 2, 3. V 98. VI 102, 3. — **Ἁβρώνιχος.** De eo cf. Herod. VIII 21 et personati Themistoclis Ep. IX et X. — **ἀκούσειαν . . . ἀφῶσιν.** Modum directum et obliquum (**ὁπότε ἀκούσειαν** oblique dictum est pro **ὁπόταν ἀκούσωσι**) pariter in eodem circuitu habuimus 58, 1.

§ 4. **ἐπελθών.** Cf. adn. 72, 3. — **τοῖς Λακεδαιμονίοις.** Contionem Lacedaemoniorum rectius dixit Iustinus quam magistratum senatumque Nepos, ubi vid. Nipperd. Idem Nepos et alii paulo post in summa Themistoclis orationis aliquantum a Thuc. dissentiunt. Cf. id. — **ἐνταῦθα δή** post partic. ut II 68, 2 et tum vero Sal. Iug. 61, tum demum, ibi vero, similia apud Liv. Cf. Saupp. ad Xen. Mem. III 5, 8 et Krueg. Gr. § 56, 10 adn. 3. Similiter post enuntiationem temporalem VIII 53, 3. — **εἰ δέ τι . . . κοινά.** Vulgo recepta scriptura **πρὸς διαγ.** post **παρὰ σφᾶς** interpungunt. Sed parum definite hoc l. dicitur si *aliquid* per legatos agere velint, cum de certa re agendum sit, nec satis apte, cum iam antea (90, 1) revera Lacedaemonii legatos ad Athenienses de eadem re miserint (saltem **εἰ δ' αὖθις βού-**

www.libtool.com.cn

κεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι, πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς ὡς προδιαγιγνώσκοντας τὸ λοιπὸν [ἰέναι] τά
5 τε σφίσιν αὐτοῖς ξύμφορα καὶ τὰ κοινά. τήν τε γὰρ πόλιν ὅτε ἐδόκει ἐκλιπεῖν ἄμεινον εἶναι καὶ ἐς τὰς ναῦς ἐσβῆναι, ἄνευ ἐκείνων [ἔφασαν] γνόντες τολμῆσαι, καὶ ὅσα αὖ μετ' ἐκείνων βουλεύεσθαι,
6 οὐδενὸς ὕστεροι γνώμῃ φανῆναι. δοκεῖν οὖν σφίσι καὶ νῦν ἄμεινον εἶναι τὴν ἑαυτῶν πόλιν τεῖχος ἔχειν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς πολίταις καὶ ἐς τοὺς πάντας

§ 4. ὡς προδιαγιγνώσκοντας Vat., reliqui ὡς πρὸς διαγιγνώσκοντας. Cf. adn.

λονται . . . πρεσβεύεσθαι dicendum erat). Verum restituit Class. probata Vat. lectione et deleto ἰέναι, quod a librario additum est qui εἰ δέ τι βούλονται πρεσβεύεσθαι iungens in apodosi verbum desiderabat. Quae ratio maxime commendatur similitudine verborum II 12, 2 τό τε λοιπὸν ἀναχωρήσαντας ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν, ἤν τι βούλωνται, πρεσβεύεσθαι. Verbo προδιαγιγνώσκοντας (cf. 78, 1. V 38, 3) Th. cum acerbitate quadam indicat non opus esse Athenienses de iis rebus a Lacedaemoniis moneri, cum ipsi iam antequam moneantur eas non ignorent. Ne verba, ut 84, 4, sic collocanda esse putes: πρεσβεύεσθαι ὡς παρὰ προδιαγ. σφᾶς, cf. Plat. Phaed. 115e μὴ ἀγανακτῇ ὑπὲρ ἐμοῦ ὡς δεινὰ πάσχοντος. — τὰ κοινά, i. e. τὰ κοινὰ ξύμφορα. Cf. adn. 37, 4 et τὰ ἴδια διάφορα II 37, 1.

§ 5. ἄμεινον εἶναι, hic et infra temere del. Herw. Cf. 141, 1. V 43, 2. 47, 12. VI 34, 2. — [ἔφασαν] parum aptum est, cum solus procul dubio Themistocles verba fecerit. Propter pluralia σφίσιν, γνόντες, ὕστεροι κ. τ. λ. ab interprete additum est. Del. Krueg. — γνόντες. Cum hoc iunge ἄνευ ἐκείνων et de vi eius cf. adn. 70, 6. — ὅσα . . . βουλεύεσθαι. Eundem infinitivum in oratione obliqua Th. his locis habet: II 13, 5. 24, 2. 102, 5. IV 98, 4. V 45, 2. 46, 3. 63, 4. VI 24, 3. 64, 3. Cf. Matth. Gr. § 538. Krueg. Gr. § 55, 4 adn. 9. — οὐδενὸς ὕστεροι. Cf. adn. II 94, 1. Liv. XXI 31, 5 Allobroges, gens ... nulla Gallica gente ... fama inferior.

§ 6. καὶ ἰδίᾳ ... ἔσεσθαι (scil. ἢν ἡ πόλις τεῖχος ἔχῃ), et civibus quod ad ipsos privatim (*für sich allein;* cf. V 42, 2) et quod ad universos socios attineat (*in ihren Beziehungen zu den gesammten Bundesgenossen*) utilius fore. Cum ἐς τοὺς πάντας ξ. idem esse non possit ac τοῖς πᾶσι ξ. (cf. 90, 3. III 47, 5. 68, 4. IV 26, 5. VII 69, 3) et proximum enuntiatum, quo causa verborum ἐς τοὺς π. ξ. ὠφελιμώτερον ἔσεσθαι continetur, ostendat haec quoque ad Atheniensium utilitatem pertinere, in aperto est non Atheniensium et sociorum commoda hic discerni, sed duplicem ipsorum Atheniensium utilitatem significari. Hanc verborum rationem primus perspexit Class., cui frustra obloquitur Steup. in Mus. Rhen. XXVIII p. 179. Non minus vanum est quod idem antea ἄμεινον εἶναι del., tanquam non conveniat ad futurum ὠφελ. ἔσεσθαι. Cf. enim 141, 1 et reputa,

www.libtool.com.cn

*ξυμμάχους ὠφελιμώτερον ἔσεσθαι· οὐ γὰρ οἷόν* 7
*τ' εἶναι μὴ ἀπὸ ἀντιπάλου παρασκευῆς ὁμοῖόν τι ἢ ἴσον ἐς τὸ κοινὸν βουλεύεσθαι. ἢ πάντας οὖν ἀτειχίστους ἔφη χρῆναι ξυμμαχεῖν ἢ καὶ τάδε νομίζειν ὀρθῶς ἔχειν.*

92. *Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες ὀργὴν μὲν φανερὰν οὐκ ἐποιοῦντο τοῖς Ἀθηναίοις (οὐδὲ γὰρ ἐπὶ κωλύμῃ, ἀλλὰ γνώμης παραινέσει δῆθεν τῷ κοινῷ ἐπρεσβεύσαντο, ἅμα δὲ καὶ προσφιλεῖς ὄντες ἐν τῷ τότε διὰ τὴν ἐς τὸν Μῆδον προθυμίαν τὰ μάλιστ' αὐτοῖς ἐτύγχανον), τῆς μέντοι βουλήσεως ἁμαρτάνοντες ἀδήλως ἤχθοντο. οἵ τε πρέσβεις ἑκατέρων ἀπῆλθον ἐπ' οἶκον ἀνεπικλήτως.*

siquidem antea recte scripta sint eadem verba, hic quoque necessaria esse, ut accurate dicatur *καὶ νῦν*, n u n c q u o q u e. Ceterum monendum est alteram enuntiationem *ἰδίᾳ . . . ἔσεσθαι* per *καί* particulam adiunctam prioris *δοκεῖν οὖν . . . ἔχειν* causam continere pariter atque 38, 2, ubi cf. adn.

§ 7. *μὴ ἀπὸ ἀντιπάλου παρασκευῆς* = *ἄνευ ἀντιπάλου παρασκευῆς* cum vi condicionali in *μή* latente. Cf. adn. IV 130, 6. V 8, 3. Totam sententiam sic illustrat schol.: *ἴσως γὰρ πολεμίων ἐλθόντων ἡμῖν μὲν δόξει μὴ μάχεσθαι, ἀλλὰ σπένδεσθαι, ὡς μὴ ἔχουσι τεῖχος, τοῖς δὲ ἄλλοις πολεμεῖν.* Sed latius patet sententia. Significatur enim ita eos non posse consilia pariter audacia aut gravia atque socios proponere. Nam *ὁμοῖον* magis ad qualitatem, *ἴσον* magis ad auctoritatem consiliorum videtur referri. De coniunctis his vocabulis cf. adn. 27, 1. — *ἐς τὸ κοινὸν βουλεύεσθαι.* Sic Lat. in commune consulere Ter. Andr. III 3, 16, ubi vid. Ruhnk. et consultare Plin. Ep. VI 16, 15 atque in publicum et saepius in medium consulere s. consultare. Cf. Hand. Turs. III p. 333. — *ἔφη* sine idonea causa del. Herw.

Cap. 92. *κωλύμῃ* pro *κωλύσει* poëticum appellat Dion. Hal. p. 794 (nisi hoc ita intellegendum est ut ab Hasio factum esse adnotavimus ad 73, 1), Thucydidis proprium schol. et lexicographi. Legitur certe aliquotiens apud Herodian., item apud Menand. histor. et alios recentiores. Vid. Steph. Thes. ed. rec., ubi adde Cantac. IV 17. 34. Pseudo-Themist. Ep. IX. Apud Thuc. redit IV 27, 3. 63, 1. — *γνώμης παραινέσει . . . τῷ κοινῷ*, sed ut consilio monerent in commune, seu ut in commune consilium darent. Cf. Matth. Gr. § 389, 3 et 390. Krueg. Gr. § 48, 12 adn. 1 et 2. Diod. XI 39, 3. Alii *τῷ κοινῷ* iungunt cum *ἐπρεσβεύσαντο*, sed ob verba *ἐς τὸ κοινὸν βουλεύεσθαι* 91, 7 illa interpretatio praestat. De *δῆθεν*, videlicet, vid. Zeun. ad Vig. p. 499 et Matth. Gr. § 603. — *προσφιλεῖς.* Ut VII 86, 4. — *ἐν τῷ τότε.* Cf. adn. 32, 4. — *ἀνεπικλήτως.* Sic praeter mss. Poll. VIII 68; *ἀνεπιλήπτως*

www.libtool.com.cn


1 93. Τούτῳ τῷ τρόπῳ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν πόλιν
2 ἐτείχισαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. καὶ δήλη ἡ οἰκοδομία ἔτι καὶ νῦν ἐστιν ὅτι κατὰ σπουδὴν ἐγένετο. οἱ γὰρ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται καὶ οὐ ξυνειργασμένων ἔστιν ᾗ, ἀλλ' ὡς ἕκαστοί ποτε προσέφερον, πολλαί τε στῆλαι ἀπὸ σημάτων καὶ λίθοι εἰργασμένοι ἐγκατελέγησαν. μείζων γὰρ ὁ περίβολος πανταχῇ ἐξήχθη τῆς πόλεως, καὶ διὰ
3 τοῦτο πάντα ὁμοίως κινοῦντες ἠπείγοντο. ἔπεισε δὲ καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν (ὑπῆρκτο δ' αὐτοῦ πρότερον ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε),

eadem vi qua Xen. Anab. VII 6, 37 legatur (cf. Thuc. V 17, 1) scriptum malunt Ullr. Symb. crit. II p. 20 et Cob. Sed videri pro illis temporibus iusto gravius esse respondet Class., atque alterum habet etiam Dio Cass. XXXIX 22, 4.

Cap. 93. § 1. *ἐτείχισαν* aor. ad exprimendum rei effectum. Cf. adn. 6, 1. 7.

§ 2. *δήλη . . . ἐστιν ὅτι . . . ἐγένετο.* Cf. Matth. Gr. § 297 et 549, 5 adn. Krueg. Gr. § 56, 4 adn. 8. — *κατὰ σπουδήν*, festinanter. Cf. adn. II 90, 3. — *οἱ θεμέλιοι.* Cf. Matth. Gr. § 95b. — *παντοίων λίθων.* Cf. Krueg. Gr. § 47, 8 adn. 3. — *οὐ ξυνειργασμένων*, non ita ascia caesi (*bearbeitet;* cf. paulo post *εἰργασμένοι*) ut coagmentarentur. Similiter Plut. Pericl. 31 *τὸ χρυσίον τῷ ἀγάλματι προσειργάσατο.* Inutiliter *οὐκ ἐξειργασμένων* Meinek. (Herm. III p. 362) et collato Xen. Cyr. II 1, 27 *ξυνηρμοσμένων* Herw. — *σημάτων*, i. e. *μνημάτων, τάφων.* Cf. II 34, 5 et Diod. XI 40, 1 atque Nep. Them. 6, 5. — *ἐγκατελέγησαν*] *ἐγκατῳκοδομήθησαν* Schol. — *μείζων ἐξήχθη*, scil. quam antea fuerat. Cf. Krueg. Gr. § 57, 4 adn. 2 et de amplificato muro Curt. Hist. Gr. II p. 169. 831.

§ 3. *ἔπεισε δὲ καὶ κ. τ. λ.* Cf. Paus. I 1, 2. Diod. XI 41, 2. Plut. Them. 19 et Nep. Them. 6, 1. — *ὑπῆρκτο δ' αὐτοῦ*, i. e. *τοῦ Πειραιῶς* vel potius *τοῦ οἰκοδομεῖν τὸν Π.*, initium autem eius rei factum erat. — *ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς.* Themistoclem archontem fuisse Ol. LXXI 4 (a. Chr. 493), id quod iam alii ex Dion. Hal. Ant. VI 34 collegerant, demonstravit Boeckh. in disput. de archontibus pseudeponymis (Script. min. IV p. 269 sq.) eumque sequuntur Curt. in Hist. Gr. II p. 17 et Dunck. Hist. ant. VII p. 93. Bergk. in Mus. Rhen. XXXVI p. 112. Immerito Dionysii testimonium aspernati sunt Dodw. et Clinto Fast. Hell. p. XVI, qui Ol. LXXIV 4 (a. Ch. 481) ponunt, et Krueger in Stud. histor. et philol. p. 13 sqq., qui Ol. LXXIV 3 (482) rem vult factam esse. Male etiam Grot. Hist. V p. 338 (vers. Germ. III p. 194) *ἀρχήν* vult esse praeturam (*στρατηγίαν* a. 480). Nam huic interpretationi repugnat sollemnis apud veteres *ἄρχειν* verbi usus, qui archontem eponymum significari postulat. — *ἧς . . .*

www.libtool.com.cn

νομίζων τό τε χωρίον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς, καὶ αὐτοὺς ναυτικοὺς γεγενημένους μέγα προφέρειν ἐς τὸ κτήσασθαι δύναμιν (τῆς γὰρ δὴ θαλάσσης πρῶτος ἐτόλμησεν εἰπεῖν 4 ὡς ἀνθεκτέα ἐστί), καὶ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ξυγκατεσκεύαζεν. καὶ ᾠκοδόμησαν τῇ ἐκείνου γνώμῃ τὸ 5 πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι περὶ

Ἀθηναίοις ἦρξε. Ἀρχὴν Ἀθηναίοις ἄρξαι = ἄρχοντα παρ' Ἀθηναίοις γενέσθαι. Cf. II 2, 1. VI 54, 6. Matth. Gr. § 360 adn. 2. Krueg. Gr. § 47, 20 adn. 2. — κατ' ἐνιαυτόν verba non insolentius dicta sunt pro κατά τινα ἐνιαυτόν, ἐνιαυτὸν ἕνα, quibus explicat schol., sed cum ἀρχῆς ἧς ita cohaerent ut ἀρχὴ κατ' ἐνιαυτὸν οὖσα sit ἐνιαυσία VI 54, 6. — λιμένας ... τρεῖς, i. e. Piraeeum portum, Zeam, Munichiam. Cf. Curt. l. l. Dunck. l. l. p. 95 sq. Bursian. Geogr. I p. 266 sq. — νομίζων αὐτοὺς ναυτικοὺς ... δύναμιν, putans ipsos nauticos factos (i. e. eo quod nautici facti essent) multum proficere ad potestatem sibi comparandam. Qui vertunt ipsos nauticos factos (i. e. si nautici facti essent) multum profecturos esse etc., eorum sententia non solum grammaticae, sed etiam rerum veritati repugnat. Neque enim tum primum Athenienses rei navali operam daturi erant, sed iam in pugna Salaminia maximam navium partem praebuerant (74, 1). Themistocles igitur Piraei muniendi consilium dat et propter idoneam loci naturam et propter commodum quod iam ex re navali Athenienses habent, quippe qua praeter ceteros magnas opes sibi comparare possint. Μέγα προφέρειν ut ὀλίγον προφέρειν 123, 1 et de ἐς praep. cf. Pind. Pyth. II 86 ἐς πάντα δὲ νόμον εὐθύγλωσσος ἀνὴρ προφέρει.

§ 4. ἐτόλμησεν, ausus erat priore tempore quo primum eo archonte Piraeeus muniri coeptus est. Ex hoc enim priore dicto cognoscitur quam sententiam de rei navalis utilitate Themistocles etiam tum habuerit. — τὴν ἀρχήν plerumque imperium volunt esse; sed Krueg. explicat initium (aedificationis), quam explanationem bene sequitur Class. Idem recte τῆς γὰρ ... ἐστί in interpositionem mutavit. Nam aptissime καὶ τὴν ἀρχὴν (scil. τοῦ τὰ λοιπὰ οἰκοδομεῖν) εὐθὺς ξυγκατεσκεύαζε cohaeret cum ἔπεισε ... οἰκοδομεῖν et εὐθύς est ἅμα τῷ πεῖσαι τὰ λοιπὰ οἰκοδομεῖν. Imperf. autem ξυγκατεσκεύαζεν de re imperfecta dictum est. Quantum enim munitionis a Themistocle propositae perfectum sit § 5 explicatur.

§ 5. καὶ ᾠκοδόμησαν. Lacedaemonios in hac exstructione a Themistocle denuo deceptos esse narrans Diodorus XI 40, 2—4 iure exploditur a Thirlwall. Hist. Gr. II p. 508 sqq. — τῇ ἐκείνου γνώμῃ, ex illius sententia, i. e. quantam ille volebat latitudinem muri aedificaverunt. — ὅπερ ... δῆλόν ἐστι. „E fundamentis [et partibus; cf. Xen. Hist. Gr. II 4, 11] murorum a Lacedaemoniis dirutorum necdum a Conone restitutorum." Krueg. ad Dion. p. 250. Recte contra Ullr. (Symb. ad explic. Thuc. p. 148 sq.) Class. contendit, cum haec Th. scriberet, mu-

www.libtool.com.cn

*τὸν Πειραιᾶ· δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον, ἐντὸς δὲ οὔτε χάλιξ οὔτε πηλὸς ἦν, ἀλλὰ ξυνῳκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι καὶ ἐν τομῇ ἐγγώνιοι, σιδήρῳ πρὸς ἀλλήλους τὰ*

rum non iam stetisse. — **ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις**, plaustra ex adverso alterum alteri obvia s. occurrentia. Dum enim moenia erigunt, in ipso muro paulatim in maiorem altitudinem crescente lapides duobus quoque loco carris, quorum alter alterum ex adverso praetervehebatur, utrimque subvehebant. Hac re, quam scriptor ex muri quidem ruinis cognoscere non poterat, sed aliunde compertam habebat, quam latus fuerit murus clare illustratur. Similes descriptiones, quanquam non a re facta ductas, habes apud Aristoph. Av. 1126 sqq. Strab. p. 738. Curt. V 1, 25. Procop. Goth. p. 188 **εὖρος δέ ἐστι τῆς ὁδοῦ ταύτης ὅσον ἁμάξας δύο ἀλλήλαις ἐναντίας ἰέναι.** Cf. Procop. Gazae. Paneg. c. 21 **ὡς μικρὸν πρὸς τοῦτο καὶ τὸ Θεμιστοκλέους (τεῖχος) εἶναι πλάτους ἕνεκα καὶ τὰς ἁμάξας ἀμφοτέρας φέρειν, εἰ καὶ πρὸς τοὐναντίον ἀλλήλαις ἐπὶ τοῦ τείχους ἐχώρουν.** Ita satis defenditur **ἐναντίαι ἐπῆγον**, propter quod adeo totum enuntiatum **δύο . . . ἐπῆγον** in suspicionem vocat Krueg. Similiter **ἐναντίος** de navibus dictum IV 23, 2. — **ἐντὸς δὲ . . . δεδεμένοι** cum proxime praegressis ita aptius cohaerent ut descripta munitionis structura explicetur quomodo fieri potuerit ut in ipso muro carris lapides subveherentur. — **χάλιξ**, caementum, h. e. lapilli quibus farciuntur seu implentur saxorum intervalla et medii parietes. De singulari **χάλιξ** cf. adn. II 4, 1. — **πηλός**, lutum vel, si mavis, mortarium inde factum, quo lapilli continentur. Cf. IV 4. — **ξυνῳκοδομημένοι . . . λίθοι.** Ut in muris Cyclopiis qui dicuntur. — **ἐν τομῇ ἐγγώνιοι**, „locis quibus incisi erant angulati, *an den behauenen Ecken* [potius *Seiten*] *winkelrecht*. Ita h. l. conveniet cum II 76, 4 **ἀπὸ τῆς τομῆς**, quem locum Arn. aptissime contulit.“ Goell. Similiter etiam Class. Sed ita potius **ἐν τομαῖς** exspectamus. Nam lapides quadrati non unam quisque talem **τομήν** habent, sed sex. **Ἐγγώνιος** enim etsi per se polygonios lapides significare potest, tamen hoc l., ut saepius apud alios scriptores, idem est atque **τετράγωνος**. Cf. App. Mithr. bel. 30, ubi Piraei moenia facta esse dicuntur **ἐκ λίθου μεγάλου τε καὶ τετραγώνου**, quod idem hodie quoque ex reliquiis cognoscitur. Itaque malumus **ἐν** praep. h. l. rationem qua aliquid fiat indicare, ita ut sint lapides caedendo quadrati. Cf. **ἐν κράτει** II 29, 3. Soph. Trach. 986 (**θάνατον ἀνύσασα**) **στονόεντος ἐν τομᾷ σιδήρου** quaeque satis multa eius usus exempla affert Kuehn. Gr. max. § 431, 1. Krueg. **ἐντομῇ** praefert, quod confirmare videtur Procop. Goth. l. d. (**λίθους**) **ἐγγωνίους τῇ ἐντομῇ πεποιημένους.** At legit quidem hic apud Th. **ἐντομῇ**, sed male litteras legendo coniunxit quae separandae erant. Nam apud veteres quidem scriptores **ἐντέμνειν** non videtur significare *behauen*, sed *einschneiden, einhauen*. — **σιδήρῳ . . . δεδεμένοι. Σίδηρος** retinacula ferrea significat. Sententiam esse hanc: *indem die eisernen Klammern mit Blei eingegossen waren* scribit Iacobs. in Attic. Verbis *durch eiserne*

ἔξωθεν καὶ μολύβδῳ δεδεμένοι. τὸ δὲ ὕψος ἥμισυ
μάλιστα ἐτελέσθη οὗ διενοεῖτο. ἐβούλετο γὰρ τῷ 6
μεγέθει καὶ τῷ πάχει ἀφιστάναι τὰς τῶν πολεμίων
ἐπιβουλάς, ἀνθρώπων τε ἐνόμιζεν ὀλίγων καὶ τῶν
ἀχρειοτάτων ἀρκέσειν τὴν φυλακήν, τοὺς δ' ἄλλους
ἐς τὰς ναῦς ἐσβήσεσθαι. ταῖς γὰρ ναυσὶ μάλιστα 7
προσέκειτο, ἰδών, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς βασιλέως
στρατιᾶς τὴν κατὰ θάλασσαν ἔφοδον εὐπορωτέραν
τῆς κατὰ γῆν οὖσαν· τόν τε Πειραιᾶ ὠφελιμώ-
τερον ἐνόμιζε τῆς ἄνω πόλεως, καὶ πολλάκις τοῖς
Ἀθηναίοις παρῄνει, ἢν ἄρα ποτὲ κατὰ γῆν βια-
σθῶσι, καταβάντας ἐς αὐτὸν ταῖς ναυσὶ πρὸς ἅπαν-
τας ἀνθίστασθαι. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν οὕτως ἐτει- 8
χίσθησαν καὶ τἄλλα κατεσκευάζοντο εὐθὺς μετὰ
τὴν Μήδων ἀναχώρησιν.

Cap. 93. § 6. ἐπιβολάς] ἐπιθέσεις schol.

*Klammern und geschmolzenes Blei verbunden* usus est Thirlwalli interpres Hist. Gr. II p. 378. Cf. severus (i. e. ferreus) uncus liquidumque plumbum Hor. Carm. I 35, 20 et ibi Or. — ἐτελέσθη. Thirlwallius l. d. et p. 511 huic flexioni plusquamperfecti notionem dat, ad tempus verbo ὑπῆρκτο indicatum respici opinatus. At id ideo fieri non potest quia supra verba ὑπῆρκτο . . . ἦρξε sunt interposita et iam a νομίζων scriptor rediit, ad tempus verbi ἔπεισε sive ad Ol. LXXV 2/3 (εὐθὺς μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν § 8). Praeterea si muri iam ante adventum Persarum ad dimidiam altitudinem perducti essent, futurum fuisse ut ab his diruerentur verisimile est. Ceterum cf. Leak. Athen. p. 298 interpr. — οὗ διενοεῖτο, i. e. ἐκείνου ὃ (τελεῖν) διενοεῖτο.

§ 6. ἀφιστάναι, i. e. ἀποτρέπειν, ἀμύνειν. — τὰς τῶν πολεμίων ἐπιβουλάς, insidias ab hostibus structas (Atheniensibus). Cf. Procop. Pers. II p. 177 ἀρκέσειν τὸν περίβολον ταῖς τῶν πολεμίων ἐπιβουλαῖς, ubi vid. Dind. Sine idonea causa Herw. ἐπιβολάς praefert. Neque enim factos impetus avertere Themistocles volebat, sed impedire ne impetus ab hostibus fierent. — τῶν ἀχρειοτάτων] οἷον γερόντων καὶ παίδων. Schol. Thirlw. l. d. τοὺς πρεσβυτάτους καὶ τοὺς νεωτάτους II 13, 7 comparat. Sunt enim ἀχρεῖοι omnes inhabiles militiae, turba inutilis. Cf. II 6, 4. 44, 4. 78, 3.

§ 7. ταῖς . . . ναυσὶ . . . προσέκειτο, in rem nauticam incumbebat. Cf. VII 50, 4 et προσκαθεζόμενοι I 11, 2. — τῆς ἄνω πόλεως. Nomine superioris urbis seu a mari distantis hic et II 48, 2 distinguuntur Athenae a Piraeeo, ut IV 66, 4 Megara a Nisaea. Cf. III 34, 1. IV 54, 2.

§ 8. ἐτειχίσθησαν ut ἐτείχισαν § 1 ad designandum rei effectum, cum imperf. κατεσκευάζοντο reliqui apparatus diuturnitatem significet. — κατ-

www.libtool.com.cn

1 94. Παυσανίας δὲ ὁ Κλεομβρότου ἐκ Λακεδαίμονος στρατηγὸς τῶν Ἑλλήνων ἐξεπέμφθη μετὰ εἴκοσι νεῶν ἀπὸ Πελοποννήσου· ξυνέπλεον δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τριάκοντα ναυσὶ καὶ τῶν ἄλλων ξυμμά-
2 χων πλῆθος. καὶ ἐστράτευσαν ἐς Κύπρον καὶ αὐτῆς τὰ πολλὰ κατεστρέψαντο, καὶ ὕστερον ἐς Βυζάντιον Μήδων ἐχόντων καὶ ἐξεπολιόρκησαν ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ.

1 95. Ἤδη δὲ βιαίου ὄντος αὐτοῦ οἵ τε ἄλλοι Ἕλληνες ἤχθοντο καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ Ἴωνες καὶ ὅσοι ἀπὸ βασιλέως νεωστὶ ἠλευθέρωντο· φοιτῶντές τε πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἠξίουν αὐτοὺς ἡγεμόνας σφῶν γενέσθαι κατὰ τὸ ξυγγενὲς καὶ

Cap. 95. § 1. δὲ om. Reg. Cf. adn. 94, 2.

*εσκευάζοντο*, instruebant, constituebant. De aedificiis restitutis secundum scholiast. maxime cogitari iubet Bloomf., praesertim cum *κατασκευάζεσθαι* et *κατασκευή* etiam nude de habitatione et domibus (vid. 10, 2. II 17, 3) dicantur. Respicitur tamen simul ad *κατασκευάς* seu apparatum domesticum restitutum. Cf. II 16, 1 et dicendi genus *κατασκευάζειν χώραν* VI 91, 7. VIII 24, 3.

Cap. 94. § 1. *Παυσανίας δέ.* Redit Thucydides ad narrationis seriem a 89, 3 interruptam. De Pausaniae expeditione cf. infra c. 128. Diod. XI 44 (qui pro XX navibus Peloponnesiacis L habet), Plut. Cim. 6 et Arist. 23. Nep. Paus. 2. Factam eam esse non Ol. LXXVII 3 (a. Chr. 470), quem annum posuerat Dodw., sed Ol. LXXV 3/4 (a. Chr. 478/7) secuti Diodorum praeter alios censent Clinto et Krueg. Stud. histor. p. 37 sq. Et a Dodw. et a Clint. dissentit Muell. Dor. II p. 498. Add. Mans. Spart. I 2 p. 322 sqq. De dignitate Pausaniae vid. 132, 1. — *Κλεομβρότου.* De hoc vid. Herod. VIII 71. IX 10.

§ 2. *τὰ πολλὰ κατεστρ.* Novas tamen expeditiones deinde in hanc insulam suscipiendas fuisse videbimus c. 104, 112. — *ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ* = *ἐν τῇδε τῇ στρατείᾳ ἧς ἡγοῦντο.* Haec verba proximo capiti *δέ* post *ἤδη* omittentes adnectunt Haack. Dobr. Krueg. Sed Class. displicet asyndeton quod ita oritur et eiusmodi temporum rationes interdum in extremis enuntiatorum verbis addi vidimus 93, 8 et *τῇ προτέρᾳ παρουσίᾳ* 128, 5 huc videri respicere adnotat Boehm.

Cap. 95. § 1. *βιαίου ὄντος αὐτοῦ.* Cf. c. 130. Plut. Arist. 23 et quos ad 94, 1 nominavimus. — *Ἴωνες* sunt ii qui in continenti habitabant. Cf. adn. 89, 2. VI 76, 3. — *καὶ ὅσοι*, insulani potissimum et *οἱ ἀπὸ Ἑλλησπόντου ξύμμαχοι* 89, 2, ubi cf. adn. — *νεωστί* est post pugnas ad Plataeas et Mycalen factas. Vid. ibid. et Herodot. IX 104. — *αὐτούς*, ipsos; nam opponuntur Pausaniae. — *κατὰ*

ἔξωθεν καὶ μολύβδῳ δεδεμένοι. τὸ δὲ ὕψος ἥμισυ
μάλιστα ἐτελέσθη οὗ διενοεῖτο. ἐβούλετο γὰρ τῷ 6
μεγέθει καὶ τῷ πάχει ἀφιστάναι τὰς τῶν πολεμίων
ἐπιβουλάς, ἀνθρώπων τε ἐνόμιζεν ὀλίγων καὶ τῶν
ἀχρειοτάτων ἀρκέσειν τὴν φυλακήν, τοὺς δ' ἄλλους
ἐς τὰς ναῦς ἐσβήσεσθαι. ταῖς γὰρ ναυσὶ μάλιστα 7
προσέκειτο, ἰδών, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς βασιλέως
στρατιᾶς τὴν κατὰ θάλασσαν ἔφοδον εὐπορωτέραν
τῆς κατὰ γῆν οὖσαν· τόν τε Πειραιᾶ ὠφελιμώ-
τερον ἐνόμιζε τῆς ἄνω πόλεως, καὶ πολλάκις τοῖς
Ἀθηναίοις παρῄνει, ἢν ἄρα ποτὲ κατὰ γῆν βια-
σθῶσι, καταβάντας ἐς αὐτὸν ταῖς ναυσὶ πρὸς ἅπαν-
τας ἀνθίστασθαι. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν οὕτως ἐτει- 8
χίσθησαν καὶ τἆλλα κατεσκευάζοντο εὐθὺς μετὰ
τὴν Μήδων ἀναχώρησιν.

Cap. 93. § 6. ἐπιβολάς] ἐπιθέσεις schol.

*Klammern und geschmolzenes Blei verbunden* usus est Thirlwalli interpres Hist. Gr. II p. 378. Cf. severus (i. e. ferreus) uncus liquidumque plumbum Hor. Carm. I 35, 20 et ibi Or. — ἐτελέσθη. Thirlwallius l. d. et p. 511 huic flexioni plusquamperfecti notionem dat, ad tempus verbo ὑπῆρκτο indicatum respici opinatus. At id ideo fieri non potest quia supra verba ὑπῆρκτο . . . ἦρξε sunt interposita et iam a νομίζων scriptor rediit, ad tempus verbi ἔπεισε sive ad Ol. LXXV 2/3 (εὐθὺς μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν § 8). Praeterea si muri iam ante adventum Persarum ad dimidiam altitudinem perducti essent, futurum fuisse ut ab his diruerentur verisimile est. Ceterum cf. Leak. Athen. p. 298 interpr. — οὗ διενοεῖτο, i. e. ἐκείνου ὃ (τελεῖν) διενοεῖτο.

§ 6. ἀφιστάναι, i. e. ἀποτρέπειν, ἀμύνειν. — τὰς τῶν πολεμίων ἐπιβουλάς, insidias ab hostibus structas (Atheniensibus). Cf. Procop. Pers. II p. 177 ἀρκέσειν τὸν περίβολον ταῖς τῶν πολεμίων ἐπιβουλαῖς, ubi vid. Dind. Sine idonea causa Herw. ἐπιβολάς praefert. Neque enim factos impetus avertere Themistocles volebat, sed impedire ne impetus ab hostibus fierent. — τῶν ἀχρειοτάτων] οἷον γερόντων καὶ παίδων. Schol. Thirlw. l. d. τοὺς πρεσβυτάτους καὶ τοὺς νεωτάτους II 13, 7 comparat. Sunt enim ἀχρεῖοι omnes inhabiles militiae, turba inutilis. Cf. II 6, 4. 44, 4. 78, 3.

§ 7. ταῖς . . . ναυσὶ . . . προσέκειτο, in rem nauticam incumbebat. Cf. VII 50, 4 et προσκαθεζόμενοι I 11, 2. — τῆς ἄνω πόλεως. Nomine superioris urbis seu a mari distantis hic et II 48, 2 distinguuntur Athenae a Piraeeo, ut IV 66, 4 Megara a Nisaea. Cf. III 34, 1. IV 54, 2.

§ 8. ἐτειχίσθησαν ut ἐτείχισαν § 1 ad designandum rei effectum, cum imperf. κατεσκευάζοντο reliqui apparatus diuturnitatem significet. — κατ-

www.libtool.com.cn

1 94. *Παυσανίας δὲ ὁ Κλεομβρότου ἐκ Λακε-*
*δαίμονος στρατηγὸς τῶν Ἑλλήνων ἐξεπέμφθη μετὰ*
*εἴκοσι νεῶν ἀπὸ Πελοποννήσου· ξυνέπλεον δὲ καὶ*
*Ἀθηναῖοι τριάκοντα ναυσὶ καὶ τῶν ἄλλων ξυμμά-*
2 *χων πλῆθος. καὶ ἐστράτευσαν ἐς Κύπρον καὶ*
*αὐτῆς τὰ πολλὰ κατεστρέψαντο, καὶ ὕστερον ἐς*
*Βυζάντιον Μήδων ἐχόντων καὶ ἐξεπολιόρκησαν ἐν*
*τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ.*
1 95. *Ἤδη δὲ βιαίου ὄντος αὐτοῦ οἵ τε ἄλλοι*
*Ἕλληνες ἤχθοντο καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ Ἴωνες καὶ*
*ὅσοι ἀπὸ βασιλέως νεωστὶ ἠλευθέρωντο· φοι-*
*τῶντές τε πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἠξίουν αὐτοὺς*
*ἡγεμόνας σφῶν γενέσθαι κατὰ τὸ ξυγγενὲς καὶ*

Cap. **95.** § 1. *δὲ* om. Reg. Cf. adn. 94, 2.

*εσκευάζοντο*, instruebant, coustituebant. De aedificiis restitutis secundum scholiast. maxime cogitari iubet Bloomf., praesertim cum *κατασκευάζεσθαι* et *κατασκευή* etiam nude de habitatione et domibus (vid. 10, 2. II 17, 3) dicantur. Respicitur tamen simul ad *κατασκευάς* seu apparatum domesticum restitutum. Cf. II 16, 1 et dicendi genus *κατασκευάζειν χώραν* VI 91, 7. VIII 24, 8.

Cap. **94.** § 1. *Παυσανίας δέ*. Redit Thucydides ad narrationis seriem a 89, 3 interruptam. De Pausaniae expeditione cf. infra c. 128. Diod. XI 44 (qui pro XX navibus Peloponnesiacis L habet), Plut. Cim. 6 et Arist. 23. Nep. Paus. 2. Factam eam esse non Ol. LXXVII 3 (a. Chr. 470), quem annum posuerat Dodw., sed Ol. LXXV 3/4 (a. Chr. 478/7) secuti Diodorum praeter alios censent Clinto et Krueg. Stud. histor. p. 37 sq. Et a Dodw. et a Clint. dissentit Muell. Dor. II p. 498. Add. Mans. Spart. I 2 p. 322 sqq. De dignitate Pausaniae vid. 132, 1. — *Κλεομβρότου*. De hoc vid. Herod. VIII 71. IX 10.

§ 2. *τὰ πολλὰ κατεστρ.* Novas tamen expeditiones deinde in hanc insulam suscipiendas fuisse videbimus c. 104, 112. — *ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ* = *ἐν τῇδε τῇ στρατείᾳ ἧς ἡγοῦντο.* Haec verba proximo capiti *δέ* post *ἤδη* omittentes adnectunt Haack. Dobr. Krueg. Sed Class. displicet asyndeton quod ita oritur et eiusmodi temporum rationes interdum in extremis enuntiatorum verbis addi vidimus 93, 8 et *τῇ προτέρᾳ παρουσίᾳ* 128, 5 huc videri respicere adnotat Boehm.

Cap. **95.** § 1. *βιαίου ὄντος αὐτοῦ.* Cf. c. 130. Plut. Arist. 23 et quos ad 94, 1 nominavimus. — *Ἴωνες* sunt ii qui in continenti habitabant. Cf. adn. 89, 2. VI 76, 3. — *καὶ ὅσοι*, insulani potissimum et *οἱ ἀπὸ Ἑλλησπόντου ξύμμαχοι* 89, 2, ubi cf. adn. — *νεωστί* est post pugnas ad Plataeas et Mycalen factas. Vid. ibid. et Herodot. IX 104. — *αὐτούς*, ipsos; nam opponuntur Pausaniae. — *κατὰ*

*Παυσανίᾳ μὴ ἐπιτρέπειν, ἥν που βιάζηται. οἱ δὲ* 2 *Ἀθηναῖοι ἐδέξαντό τε τοὺς λόγους καὶ προσεῖχον τὴν γνώμην ὡς οὐ περιοψόμενοι τἆλλά τε καταστησόμενοι ᾗ φαίνοιτο ἄριστα αὐτοῖς. ἐν τούτῳ* 3 *δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι μετεπέμποντο Παυσανίαν ἀνακρινοῦντες ὧν πέρι ἐπυνθάνοντο· καὶ γὰρ ἀδικία πολλὴ κατηγορεῖτο αὐτοῦ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων τῶν ἀφικνουμένων, καὶ τυραννίδος μᾶλλον ἐφαίνετο μίμησις ἢ στρατηγία. ξυνέβη τε αὐτῷ καλεῖσθαί* 4 *τε ἅμα καὶ τοὺς ξυμμάχους τῷ ἐκείνου ἔχθει παρ' Ἀθηναίους μετατάξασθαι πλὴν τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου στρατιωτῶν. ἐλθὼν δὲ ἐς Λακεδαίμονα* 5

§ 3. *ἡ στρατηγία* Pal. „Confirmatur imitatione Choricii Fun. Orat. ap. Fabric. Bibl. Gr. VIII 876, ubi de Paus. *τυραννίδος μίμησις ἦν ἡ στρατηγία*". Bloomf. Sed is erravisse videtur, cum *ἡ* pro *ἢ* apud Th. legeret. Similem Procopii errorem deprehendimus 93, 5. Cf. adn.

**τὸ ξυγγενές.** Cf. adn. 6, 3 et de re 2, 6.

§ 2. **αὐτοῖς.** Quaeri potest significetne socios an Athenienses (propr. *σφίσι*). Hoc recte commendat Krueg. Nam haec res eorum est qui imperium habent. Similis dubitatio oritur 116, 3, ubi cf. adn. — **ᾗ φαίνοιτο** oblique pro *ᾗ ἂν φαίνηται*. Turpiter errat Herw. *φανοῖτο* scribens, quod oratio recta esset *ᾗ φανεῖται*. Nam *ᾗ φαίνοιτο* pro *ᾗ ἂν φαίνηται* in oratione obliqua positum pariter ad futurum tempus refertur.

§ 3. **ἀδικία ... κατηγορεῖτο αὐτοῦ.** Cf. infra § 5. Similiter *σφῶν καταδεδικάσθαι* legimus V 49, 2 et *τὴν ἤδη κατεψηφισμένην σφῶν* II 53, 4. Cf. Krueg. Gr. 52, 4 adn. 4. — **τῶν Ἑλ. τῶν ἀφικνουμένων.** Cf. III 98, 3 *οἱ ἄρχοντες ... οἱ ἀφικνούμενοι*. — **καὶ ἐφαίνετο,** scil. eius agendi ratio. De subaudiendo hoc subiecto generali cf. adn. 137, 4. II 65, 9. Similes comparationes, quibus simul appareat *ἡ στρατ.* lectionem praeferendam esse, III 39, 2. IV 95, 1. VI 31, 4 inveniri monet Class.

§ 4. **καλεῖσθαι,** scil. *εἰς ἀνάκρισιν*, in ius vocari, *vorgeladen zu werden*. Hanc satis frequentem simplicis verbi *καλεῖν* vim neglegens Herw. temere *ἀνακαλεῖσθαι* scripsit. — **παρ' Ἀθηναίους μετατάξασθαι,** i. e. *μεταστῆναι* c. 130. Super infinitivo ex solo *ξυνέβη*, non ex *ξυνέβη αὐτῷ*, suspense cf. adn. V 72, 1. De anno eadem quae ad 94, 1 adnotanda, nisi quod Mueller hic ad Dodwelli partes transiit et a Clintone (Append. VI p. 248 sqq.) eiusque sociis annus Ol. LXXV 4 (a. Chr. 477) distinctius designatur. In a. 476 res refertur a Schaefero Piers. Krueg. Dunck. Hist. ant. VIII p. 83 sq. — **στρατιωτῶν** del. Cob. (Mnem. nov. ser. VIII p. 89), quod ea res non in militum potestate fuerit. Sed ubi de ea re decerni tum poterat nisi in militum contionibus? Cf. IV 4, 1.

www.libtool.com.cn



τῶν μὲν ἰδίᾳ πρός τινας ἀδικημάτων ηὐθύνθη, τὰ δὲ μέγιστα ἀπολύεται μὴ ἀδικεῖν· κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ οὐχ ἥκιστα μηδισμός, καὶ ἐδόκει σαφέστατον εἶναι.
6 καὶ ἐκεῖνον μὲν οὐκέτι ἐκπέμπουσιν ἄρχοντα, Δόρκιν δὲ καὶ ἄλλους τινὰς μετ' αὐτοῦ στρατιὰν ἔχοντας οὐ πολλήν· οἷς οὐκέτι ἐφίεσαν
7 οἱ ξύμμαχοι τὴν ἡγεμονίαν. οἱ δὲ αἰσθόμενοι ἀπῆλθον, καὶ ἄλλους οὐκέτι ὕστερον ἐξέπεμψαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, φοβούμενοι μὴ σφίσιν οἱ ἐξιόντες χείρους γίγνωνται, ὅπερ καὶ ἐν τῷ Παυσανίᾳ ἐνεῖδον, ἀπαλλαξείοντες δὲ καὶ τοῦ Μηδικοῦ πολέμου καὶ τοὺς Ἀθηναίους νομίζοντες ἱκανοὺς ἐξηγεῖσθαι καὶ σφίσιν ἐν τῷ τότε παρόντι ἐπιτηδείους.

1 96. Παραλαβόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ ἑκόντων τῶν ξυμμάχων

§ 5. **πρός τινα** codd. Emend. Class.

§ 5. ***τῶν ἰδίᾳ ... ἀδικημάτων.*** Similiter 68, 2 ***τῶν αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφόρων*** et 141, 7 ***τῷ αὐτῷ ὑπὸ ἁπάντων ἰδίᾳ δοξάσματι.*** — ***ηὐθύνθη***] ***εὐθύνας δέδωκε καὶ κατεδικάσθη.*** Schol. Cf. Nep. Paus. 2, qui pecunia eum multatum dicit. — ***τὰ δὲ μέγιστα*** iunge cum ***ἀδικεῖν.*** — ***ἀπολύεται μὴ ἀδικεῖν.*** De ***μή*** vid. Matth. Gr. § 534 adn. 7. Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 2. Cf. infra 128, 3 et Cic. pro Milone 18, 47 liberatur Milo non eo consilio profectus esse ut insidiaretur. — ***μηδισμός.*** Cf. c. 128 sqq. — ***σαφέστατον εἶναι.*** Nihilominus eum non puniverunt ob causas 132, 1. 5 explicatas.

§ 6. ***οὐκέτι ἐκπέμπουσιν.*** Ultro tamen rediit. Vid. 128, 3. — ***οὐ πολλήν.*** Cf. adn. 105, 4. — ***ἐφίεσαν***] ***παρεχώρουν.*** Schol. De re cf. Herod. VIII 3.

§ 7. ***φοβούμενοι μὴ ... χείρους γίγνωνται.*** Cf. Plut. Aristid. 23. Diod. XI 50 et de hoc Grot. V p. 351 (vers. Germ. III p. 201). ***Χείρους*** Bloomf. interpretatur ***κακούς*** ut IV 114, 3. VI 89, 3. 92, 2. Cf. Matth. Gr. § 457. Hic ***χειρ. γίγν.*** est plane nostrum *sich verschlechtern.* — ***ἀπαλλαξείοντες.*** Talia desiderativa aliquot apud Thuc. leguntur. Cf. 33, 3. IV 28, 2. VIII 56, 3. 79, 3. ***Ἀπαλλαξείειν*** autem, quod sic positum redit III 84, 1. VIII 89, 2, repetendum a vi passiva vel intransitiva ***ἀπαλλάσσειν*** verbi. — ***ἐν τῷ τότε παρόντι.*** Alibi aut ***τότε*** aut ***παρόντι*** omittitur. Cf. 32, 3. 132, 1. IV 79, 3 et 92. IV 12, 3. 21, 3. Vulgatam tamen a Krueg., qui ***παρόντι*** uncis inclusit, impugnatam confirmat Dio Cass. LIII 1, 3. LX 11, 1. LXIII 26, 2, ut taceamus recentiores. Vid. etiam adn. 123, 1. III 40, 7. — ***ἐπιτηδείους*** = 92 ***προσφιλεῖς.*** Cf. adn. 60, 2.

www.libtool.com.cn

*διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος, ἔταξαν ἅς τε ἔδει παρ-
έχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον καὶ
ἃς ναῦς· πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνασθαι ὧν ἔπαθον
δῃοῦντας τὴν βασιλέως χώραν. καὶ Ἑλληνοταμίαι* 2
*τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχή, οἳ ἐδέχοντο
τὸν φόρον· οὕτω γὰρ ὠνομάσθη τῶν χρημάτων
ἡ φορά. ἦν δ' ὁ πρῶτος φόρος ταχθεὶς τετρα-*

Cap. **96.** § 1. *διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος.* Et Aristidis aequitatem. Cf. Plut. Arist. 23. Nep. Arist. 2. — *ἔταξαν ἅς τε ἔδει κ. τ. λ.* = *ἔταξαν ταύτας τε τῶν πόλεων ἃς ἔδει κ. τ. λ.* Permirum est quod Kirchhoffius in Herm. XI p. 26 neglecta ratione grammatica haec ita accipere maluit quasi non constitutum sit quae civitates tributa solverent, quae naves praeberent, sed civitatibus quae tributa pendere vellent quantum penderent et iis quae naves praebere mallent quot praeberent. Nec quicquam valent contra distinctum Th. testimonium parum definita Plutarchi indicia Arist. 24 *οἱ Ἕλληνες προσέταξαν αὐτῷ* (Aristidi) *χώραν τε καὶ προσόδους ἐπισκεψάμενον ὁρίσαι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ δύναμιν* et Cim. 11 *οἱ σύμμαχοι τοὺς φόρους μὲν ἐτέλουν, ἄνδρας δὲ καὶ ναῦς ὡς ἐτάχθησαν οὐ παρεῖχον* aut Diodori dissensio XI 47, 1 *τάξαι φόρον ταῖς πόλεσι πάσαις κατὰ δύναμιν,* quam eius neglegentiae tribuendam esse vel inde apparet quod navium quas socii praebere debebant ne levissimam quidem fecit mentionem. Nihil igitur hinc confirmationis accedit Dunckeri opinioni, qui in Hist. ant. VIII p. 58 sq. demonstrare studet omnibus ab initio sociis tributa esse imposita et discrimen inter socios tributa solventes et naves praebentes factum posterioris esse temporis. Sane stolidus Th. fuisset, si ita tempora permutavisset. Nam ipse verborum contextus haec ad primam societatis constitutionem referre nos cogit. — *πρόσχημα*] *πρόφασις.* Schol. — *ἀμύνασθαι ὧν ἔπαθον.* Cf. Matth. Gr. § 368. Krueg. Gr. § 47, 21. Ceterum aliam causam affert Nepos Arist. 3, 1. — *δῃοῦντας.* Accusativus refertur ad *αὐτούς*, accusativum subiecti apud *ἀμύνασθαι* cogitandum.

§ 2. *Ἑλληνοταμίαι ... ἀρχή.* Cf. Matth. Gr. § 428, 5. Frustra *ἀρχή* hic et IV 53 impugnat Cob. ad Hyper. p. 65. Agnoscit etiam Krueg. Gr. § 60, 2 adn. 2 et vel ideo requiritur, ne *κατέστη* ad appositionem relatum (cf. adn. III 114, 1) mutandum sit in *κατέστησαν*. De ipsis Hellenotamiis vid. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 241 sqq. Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 108. Herm. Ant. I § 156, 9. — *οὕτω ... ἡ φορά.* Significatur eo tempore *φόρον* dictum esse non tributum quale postea socii imperio Atheniensium coacti conferebant, sed stipem quam sua sponte (§ 1 *ἑκόντων τῶν ξυμμάχων*) dabant. De vocis *φορά* vi cf. Dem. XXI 101. 185. — *ὁ πρῶτος φόρος ταχθείς* = *ὁ ἐπ' Ἀριστείδου* V 18, 5. Cf. Dem. XXIII 209. Aeschin. III 258. Dinarch. I 37. (Andoc.) IV 11. Plut. Arist. 24. 26. Paus. VIII 52, 2. Aristid. II p. 200. Nep. Arist. 3, 1. De collocatione verborum vid. Krueg. Gr. § 50, 10 adn. 3. — *τετρακόσια ... καὶ ἑξήκοντα.* Idem tradunt Diod. l. l. (nisi quod hic *πεντα-*

***κόσια τάλαντα καὶ ἑξήκοντα, ταμιεῖόν τε Δῆλος ἦν αὐτοῖς καὶ αἱ ξύνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγίγνοντο.***

*κοσίων* pro *τετρακοσίων* manifesto librarii errore scriptum est) Nep. l. l. Plut. Arist. 24. Attamen Kirchh. l. l. p. 27 sqq. ostendere studet multo minus fuisse tributum sociis primo tempore impositum ideoque hunc locum ad posterius aliquod tempus referri a scriptore accuratius non denotatum, atque hanc ipsius opinionem Th. ita obtrudit ut arbitraria interpretatione aliena eius verbis cogitando interponat. Multo maiorem autem esse tributorum summam h. l. significatam quam quae ad primam societatis constitutionem pertinere possit computatione ex tributorum laterculo facta quem in Inscr. Att. I p. 226 sqq. ipse composuit evincere studet. Sed in ea computatione, cum posteriore tempore quinque fuerint regiones in quas civitates sociae discriptae essent, Ionica Hellespontia Thracia Caria insulana, praeter Cariam, quae post pugnam ad Eurymedontem factam demum accessit, omittit Ionicas in continenti civitates et regionem Thraciam. Sed illud iniuria fieri iam adn. 89, 2 demonstravimus. Neque magis licet regionem Thraciam excludere. Nam statim post susceptum ab Atheniensibus imperium Thraciam regionem societati accessisse ex 98, 1, ubi cf. adn., cognoscitur, ita ut in prima tributorum distributione, quippe quae ut reliqua societatis constitutio certe aliquantum temporis requireret, illius quoque ratio haberi potuerit, idque revera factum esse clarissime ostendunt verba quae in foedere Atheniensium et Lacedaemoniorum V 18, 5 leguntur *τὰς δὲ πόλεις φερούσας τὸν φόρον τὸν ἐπ' Ἀριστείδου αὐτονόμους εἶναι.* Atque cum ante Ol. 85, 2 (a. Chr. 439) omnium tributorum summa non aucta sit, immo vero etiam deminutae sint aliquot sociis portiones, cum novi accederent qui pro navibus pecuniam solverent (cf. Koehler de Foedere Deliaco-Att. in act. acad. Boruss. a. 1869 p. 127 sqq.), non licet, ut Kirchh. fecit, deducere eorum tributa quos antea naves praebuisse compertum habemus, sed omnium tributorum summa facienda est. Iam vero si praeter Thasios, quibus eodem tempore quo parti reliquorum sociorum portiones deminutae sunt sua a tribus usque ad triginta tal. aucta est, minimos quosque numeros in rationem inducimus, paucis autem civitatibus quarum tributa ante Ol. 85, 2 in titulis evanuerunt huius ipsius anni, quo primus fere census singulis civitatibus restitutus est, numeros assignamus et Eretriensium, quorum ne huius quidem anni tributum novimus, eundem fere censum esse statuimus atque Chalcidensium et Naxiis cum Kirchh. (act. ac. Boruss. a. 1873 p. 29 sq.) duodecim tal. damus, haec fere ratio conficitur: 52 tal. regionis Ionicae + 100 Hellespontiae + 119 Thraciae + 126 insulanae = 397 tal. De hac autem computatione si, praeterquam quod minimorum fere numerorum summam fecimus, reputamus non omnium civitatum sociarum nomina in tabulis servata eorumque tributa in indice exscripta esse, quae exsistit differentia non tanta videtur esse ut testimonio omnium scriptorum consensu confirmato fidem derogare cogamur. Neque haec differentia nisi paucis tal. maior est quam quae ex Kirchh. ratione oritur, qui numerum Thucydideum opinatur tributa continere quae post pugnam ad Eurymedontem factam fuerint et ex tributorum indice 512 tal. computat quae eodem

www.libtool.com.cn

97. Ἡγούμενοι δὲ αὐτονόμων τὸ πρῶτον τῶν 1 ξυμμάχων καὶ ἀπὸ κοινῶν ξυνόδων βουλευόντων τοσάδε ἐπῆλθον πολέμῳ τε καὶ διαχειρίσει πραγμάτων μεταξὺ τοῦδε τοῦ πολέμου καὶ τοῦ Μηδικοῦ, ἃ ἐγένετο πρός τε τὸν βάρβαρον αὐτοῖς καὶ πρὸς τοὺς σφετέρους ξυμμάχους νεωτερίζοντας καὶ Πελοποννησίων τοὺς αἰεὶ προστυγχάνοντας ἐν ἑκάστῳ. ἔγραψα δὲ αὐτὰ καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου 2 ἐποιησάμην διὰ τόδε, ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἅπασιν ἐκλιπὲς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον καὶ ἢ τὰ πρὸ τῶν

tempore socii solverint. Cf. praeterea quae contra Kirchh. disputavit L. Herbst. in Phil. XL p. 313 sqq., qui et ipse aliis rationibus calculos subduxit ad numerum Thucydideum satis convenientes. Classeno Kirchhoffii disputatio scita quidem sed maxima ex parte fallax adeo imposuit ut omnia ei suspecta sint facta quae § 2 leguntur. De aucto hoc tributo vid. adn. V 18, 5. — **ταμιεῖόν τε Δῆλος.** Postea vero (a. Ch. 454) hae pecuniae Athenas translatae sunt. Vid. Diod. XII 38. Plut. Arist. 25. Iust. III 6. Boeckh. l. d. p. 523. Koehl. l. l. p. 102 sq. — **αἱ ξύνοδοι.** Cf. 97, 1 ἀπὸ κοινῶν ξυνόδων βουλευόντων et Diod. XI 47, 1. Articulus significat ea concilia quae haberi solebant, constituta et legitima. Alii sunt vetustiores conventus amphictionum Deliacorum III 104, 3, ubi pariter ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον, quemadmodum apud verba conveniendi ἐς ponitur.

Cap. 97. Quae hinc incipit de rebus inter bellum Persicum et Peloponnesiacum narratio (97—117), eam postea demum additam esse Kirchh. l. l. p. 27 statuit, quod capitum 96 et 97 continuatione omnia de quibus c. 96 dictum sit ei tempori tribuere cogeremur quod inter societatem constitutam et captam Eionem fuisset. Licet hoc ita sit, quod nobis quidem in adn. 96, 2 paulo aliter visum est, tamen haec suspicio cum reliqua illius de tributorum summa a Th. tradita opinione explosa est. Praeterea Class. monet hanc partem ad explicandam τὴν ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ 23, 6 significatam pertinere, quod idem extremis c. 97 verbis indicatum est.

§ 1. **ἀπό.** Cf. adn. 91, 7 et VIII 79, 1. Antea **αὐτονόμων** propter articuli collocationem resolve in ὥστε αὐτοὺς αὐτονόμους εἶναι. — **τοσάδε ἐπῆλθον**] τοσαῦτα διεπράξαντο ὅσα κατιὼν ἐρεῖ. Schol. — **διαχειρίσει**] διοικήσει. Schol. — **τοῦδε τοῦ πολέμου καὶ τοῦ Μηδ.** Est species quaedam τοῦ ὑστέρου προτέρου. Cf. 118, 2. — **ἐν ἑκάστῳ.** Est neutrum ἐν ἑκάστῳ (πράγματι) ὃ ἐγένετο.

§ 2. **ἐκβολήν.** Sic et παρεκβολὴν digressionem etiam ab imitatoribus Thucydidis (Arrian. Anab. VI 11, 8. Cass. Dio XLIII 43, 5. App. Mithr. 28) appellari, παρέκβασιν autem recentius nomen videri et improbari a Thoma Mag. monet Krueg. — **ἐκλιπὲς . . . τὸ χωρίον.** Verbis ἐξελείφθη ὁ τόπος οὗτος expressit Dion. Hal. p. 836. **Χωρίον**, ut locus, est argumentum, materies dicendi, pars

www.libtool.com.cn

Μηδικῶν Ἑλληνικὰ ξυνετίθεσαν ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά· τούτων δὲ ὅσπερ καὶ ἥψατο ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ Ἑλλάνικος, βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνήσθη. ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπόδειξιν ἔχει τῆς τῶν Ἀθηναίων ἐν οἵῳ τρόπῳ κατέστη.

1 98. Πρῶτον μὲν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι Μήδων ἐχόντων πολιορκίᾳ εἷλον καὶ ἠνδραπόδισαν Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος,

Cap. 97. § 2. Ἑλληνικὰ om. Valla, fortasse recte.

narrationis. Vid. Maetzner ad Lycurg. Leocr. 3. — καὶ ἢ τὰ ... Μηδικά. Illi sunt logographi, altero inciso ad Herodotum potissimum respici videtur. — τούτων, i. e. τῶν μεταξὺ τοῦδε τοῦ πολέμου καὶ τοῦ Μηδικοῦ γενομένων πραγμάτων. — ὅσπερ καὶ ἥψατο qui non solum ante me fuit, sed etiam attigit. Cf. adn. 15, 2. IV 48, 5. — Ἑλλάνικος. De hoc vid. Dion. Hal. p. 821. 826. — ἡ Ἀττικὴ ξυγγραφή alibi Ἀτθίς vocatur. — τοῖς χρόνοις, i. e. κατὰ τοὺς χρόνους. Cf. Walch. ad Tac. Agric. c. 10. — οὐκ ἀκριβῶς. Studuit quidem diligentius quam antiquiores λογογράφοι tempora rerum perquirere. Sed „omnia ... docent quam futtiles leges fuerint quibus chronographi Graeci in supputandis temporibus antiquissimis sese adstrinxerint." Brandis de tempor. Graecor. antiquiss. ration. p. 24. — ἅμα δὲ καί. Altera causa huius digressionis affertur. — τῆς ἀρχῆς ἀπόδειξιν ἔχει. Cf. adn. 61, 1. Ἔχει refertur ad ταῦτα ex superiore τούτων et remotiore αὐτά repetendum. Ἀρχή autem Atheniensium orta est paulatim ex ἡγεμονίᾳ (§ 1) quae prius fuerat. Cf. Grot. Hist. V p. 395 sq. (interpr. III p. 226 sq.). — ἐν οἵῳ τρόπῳ. De ἐν cf. 130, 1. VII 67, 2. Brem. ad Lys. p. 49. Pariter ἐν νόμοις 77, 1.

§ 3. *οὐ προυχώρει* impersonaliter dictum. Cf. II 56, 4. III 4, 5. 18, 1. Matth. Gr. § 295, 2 p. 754 et de Lat. succedere et procedere Fabr. ad Liv. XXI 7, 6. De re cf. Wessel. ad Diod. l. d. — *ἄλλως*] *μάτην*. Schol. Cf. II 18, 2. IV 36, 1. VII 42, 5. — *πάλιν ... ἐκομίσθη* iunge ut 91, 3. 114, 1. —. *Μεγάβυζον*. Cf. Diod. XI 75, 1. Ctes. c. 33, et de hoc ipso viro etiam Herodot. III 160. IV 143, ubi vid. Wessel. — *Ζωπύρου*. Est is cuius opera capta est Babylon. Vid. Herodot. III 160. — *μετὰ στρατιᾶς πολλῆς*. Amplius trecenta milia peditum et equitum numerat Diod. l. l., cum Achaemenis exercitus parte reliqua adeo quingenta milia Ctes., triremes uterque trecentas.

§ 4. *ἀφικόμενος κατὰ γῆν*. Cf. Diod. XI 77, 1. — *μάχῃ ἐκράτησε*. Cf. Ctes. — *ἐς Προσωπίτιδα ... κατέκλῃσε*. Cf. Diod. XI 77, 2 et de ipsa insula Herodot. II 41 (ubi inter alia haec: *ἡ δ' ἔστι μὲν ἐν τῷ Δέλτα, περίμετρος δὲ αὐτῆς εἰσὶ σχοῖνοι ἐννέα*) 165. Steph. Byz. De rariore terminatione *α* accusativi nominis barytoni in *ις* cf. Krueg. Gr. dial. § 17, 2 adn. 1. Kuehn. Gr. max. § 118, 4. De *ἐς* praepositione cf. adn. IV 47, 3; de collocatione verborum frequenti *Προσωπίτιδα τὴν νῆσον* adn. VIII 42, 4.

www.libtool.com.cn

κατέκλῃσεν· καὶ ἐπολιόρκει ἐν αὐτῇ ἐνιαυτὸν καὶ ἓξ μῆνας, μέχρι οὗ ξηράνας τὴν διώρυχα καὶ παρατρέψας ἄλλῃ τὸ ὕδωρ τάς τε ναῦς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ ἐποίησε καὶ τῆς νήσου τὰ πολλὰ ἤπειρον, καὶ διαβὰς εἷλε τὴν νῆσον πεζῇ.

1 110. Οὕτω μὲν τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη ἓξ ἔτη πολεμήσαντα· καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν πορευόμενοι διὰ τῆς Λιβύης ἐς Κυρήνην
2 ἐσώθησαν, οἱ δὲ πλεῖστοι ἀπώλοντο. Αἴγυπτος δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλέα ἐγένετο πλὴν Ἀμυρταίου τοῦ

Redit statim 116, 1. — *ξηράνας τὴν διώρυχα.* Mira verba, cum *ξηράνας τὸ ῥεῖθρον τοῦ ποταμοῦ, διώρυξι παρατρέψας ἄλλῃ τὸ ὕδωρ,* exspectaveris. Cf. Diod. l. d. *τὸν περιρρέοντα ποταμὸν διώρυξι διαλαβόντες* et schol. Aristoph. Plut. 178 *τὸν ποταμὸν διακόψας καὶ ἀλλαχόσε τρέψας.* Ut verba scripta leguntur insulam una ex parte non flumine Nili, sed canali effectam Thucydidi visam esse putamus apparere; nam *διώρυχα* canalem non alveum fluvii esse constat. Cf. IV 109, 2. Xen. Anab. I 7, 15. II 4, 13. De *καί* vid. adn. 1, 1. — *ἐπὶ τοῦ ξηροῦ ἐποίησε,* i. e. *ἔθηκεν, ἵστασθαι ἐπὶ ξηροῦ ἐποίησεν,* in sicco statuit. Comparanda dicendi genera *ποιεῖν τινὰ ἔσω, ἐν μέσῳ, ἔξω βελῶν,* similia apud Vig. p. 288. *Τὸ ξηρόν* pro substantivo legitur etiam VIII 105, 1.

Cap. 110. § 1. *ἓξ ἔτη.* Ol. LXXIX 2 (a. Chr. 463) — LXXX 4 (a. Chr. 457) secundum Dodw., Ol. LXXIX 4 (a. Chr. 461) — Ol. LXXXI 1 (a. Chr. 456) secundum Mans., Ol. LXXX 1 (LXXIX 4 extr. Krueg. Stud. hist. p. 165 = a. Chr. 460) — Ol. LXXXI 2 (a. Chr. 454) secundum Clint. Schaef. Krueg., Ol. LXXIX 1 (a. Chr. 464) — Ol. LXXXI 2 (a. Chr. 458) secundum Piers. Th. testimonio repugnat quod Dunck. Athenienses in Aegyptum venisse statuit anno ante Ch. 459 et devictos esse 454 (p. 853). Cf. adn. 104, 2. — *πολεμήσαντα.* Non legendum *πολεμησάντων,* quod Cob. ad Hyper. p. 47 desiderat. Cf. Herod. VII 9, 3 *οὐκ ἐς τοῦτο θράσεος ἀνήκει τὰ Ἑλλήνων πρήγματα* et Bernh. Synt. p. 53. Fritzsch. ad Luci. p. 235. Lob. ad Soph. Ai. 7 p. 74. Cf. Tac. Ann. XIV 16 quod species ipsa carminum docet non impetu et instinctu nec ore uno fluens. — *ὀλίγοι ἐσώθησαν.* Longe aliter Diod. XI 77, 3—6. Rursus aliter Ctes. c. 34 sqq. Cf. Dunck. l. l. p. 354. — *ἀπό* pro usitatiore *ἐξ,* ut 112, 3. 116, 3. III 112, 3 alibi. Similiter *ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα* Plut. Ant. 71, et ad verbum *ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν* Arri. Anab. VI 25, 3. Adeo Caesar nonnullos ab novissimis B. G. II 25 dixit. Cf. Liv. XLII 60, 1.

§ 2. *Αἴγυπτος δὲ κ. τ. λ.* Praeter schol. Hermog. III p. 170 citat idem VII p. 837 et VIII p. 623. — *ὑπὸ βασιλέα.* Similiter *ὑπό* cum accus. VI 86, 4. Cf. Krueg. Gr. § 68, 45 adn. 2. — *Ἀμυρταίου.* Cf. Herodot. II 40. III 15 et ibi Baehr. Clint. Fast. Hell. ad a. 455 et p. 317, ubi cf. Krueg. Hic et Arn. recte docent alium esse Amyrtaeum Saiten

www.libtool.com.cn

ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέως· τοῦτον δὲ διὰ μέγεθός τε
τοῦ ἕλους οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν καὶ ἅμα μαχιμώ-
τατοί εἰσι τῶν Αἰγυπτίων οἱ ἕλειοι. Ἰνάρως δὲ ὁ 3
τῶν Λιβύων βασιλεύς, ὃς τὰ πάντα ἔπραξε περὶ
τῆς Αἰγύπτου, προδοσίᾳ ληφθεὶς ἀνεσταυρώθη. ἐκ 4
δὲ τῶν Ἀθηνῶν καὶ τῆς ἄλλης ξυμμαχίδος πεν-
τήκοντα τριήρεις διάδοχοι πλέουσαι ἐς Αἴγυπτον
ἔσχον κατὰ τὸ Μενδήσιον κέρας, οὐκ εἰδότες τῶν
γεγενημένων οὐδέν· καὶ αὐτοῖς ἔκ τε γῆς ἐπιπε-
σόντες πεζοὶ καὶ ἐκ θαλάσσης Φοινίκων ναυτικὸν
διέφθειραν τὰς πολλὰς τῶν νεῶν, αἱ δ' ἐλάσσους
διέφυγον πάλιν. τὰ μὲν κατὰ τὴν μεγάλην στρα- 5

Cap. 110. § 4. *Ἀθηνῶν* schol. Hom. Il. XVI 281, *Ἀθηναίων* codd.

Eusebii, auctorem duodetrigesimae domus regnatricis Manethonis. Cf. Muell. Fragm. hist. Gr. II p. 597 et Boeckh. „*Manetho und die Hundssternperiode*“ p. 362. Verba *πλὴν Ἀμυρταίου ... βασιλέως* affert schol. Aristid. p. 366, ubi ad c. 112 respici male existimat Frommel. — *τοῖς ἕλεσι*. De his paludibus vid. Strab. p. 799 et 802. Herodot. II 137. 140. Nieb. Hist. ant. I p. 55. — *ἕλους ... ἑλεῖν*. In his et ἕλειοι Hermogenes III p. 170 *παρήχησιν* quaerit. — *καὶ ἅμα ... εἰσί*. Noli ὅτι exspectare. Cf. V 61, 4. VII 47, 2. 80, 1. Matth. Gr. § 632, 4 p. 1528. Tac. Hist. I 76 penes Othonem manebant non partium studio, sed erat grande momentum in nomine urbis. Add. Tac. Ann. I 62. Liv. XLIII 19, 8. — *οἱ ἕλειοι*. „*Οἱ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέοντες*. Herodot. II 94.“ Gottl. Ἑλειοβάτας vocat Aesch. Pers. 39, ubi vid. interpr.

§ 3. *προδοσίᾳ ληφθείς*. Cf. Ctes. c. 34. — *ἀνεσταυρώθη*. Cf. Ctes. c. 36.

§ 4. *τῆς ... ξυμμαχίδος*. Pro substantivo, ut II 80, 1. V 36, 1. — *πεντήκοντα τριήρεις*. Cf. Aristid. I p. 390. 397. — *ἔσχον*. „*Ἔσχον, κατέσχον, προσέσχον*, verba nautica.“ Duk. Simplex, cuius praesens est *ἴσχω*, futurum *σχήσω*, alibi aut cum dativo aut cum *ἐς* iungitur. Cf. II 25, 3. III 29, 1. 33, 1. 34, 1. De dativo add. Krueg. Gr. § 48, 1 adn. 2. *Κατά* redit II 91, 1. IV 129, 3. VI 97, 1. Tenere ad dixit Liv. XXI 49, 2. XXXI 45, 14. — *τὸ Μενδήσιον κέρας*. Esse Mendesium flumen vel ostium Nili ex Pind. fragm. 84 seu Strab. p. 802 docuit Arn. *Τὸ Μενδήσιον στόμα* vocant Strab. p. 802. Herodot. II 17. Nili cornua duo nominat etiam Florus III 11. — *οὐκ εἰδότες*. A navibus ad nautas transiit Thuc., ut alibi. Cf. II 83, 5. 91, 1. VI 53, 1. VIII 101, 1.

§ 5. *τὰ μὲν κατὰ ... ἐτελεύτησε*. Similia *ἐπιφωνήματα* leguntur 138, 7. II 102, 6. III 62, 6, ex qualibus comparatis apparet non satis recte *τὰ κατὰ τὴν στρατείαν* idem atque *ἡ στρατεία* valere tradi a Matth. Gr. § 583, 3. Articulum ante *ἐς Αἴγ.* post verbale iterari necesse non fuit.

www.libtool.com.cn

*τείαν Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων ἐς Αἴγυπτον
οὕτως ἐτελεύτησεν.*

1 111. *Ἐκ δὲ Θεσσαλίας Ὀρέστης ὁ Ἐχεκρατί-
δου υἱός, τοῦ Θεσσαλῶν βασιλέως, φεύγων ἔπει-
σεν Ἀθηναίους ἑαυτὸν κατάγειν· καὶ παραλαβόντες
Βοιωτοὺς καὶ Φωκέας ὄντας ξυμμάχους Ἀθηναῖοι
ἐστράτευσαν τῆς Θεσσαλίας ἐπὶ Φάρσαλον. καὶ
τῆς μὲν γῆς ἐκράτουν ὅσα μὴ προϊόντες πολὺ ἐκ
τῶν ὅπλων (οἱ γὰρ ἱππῆς τῶν Θεσσαλῶν εἶργον),
τὴν δὲ πόλιν οὐχ εἷλον, οὐδ' ἄλλο προυχώρει
αὐτοῖς οὐδὲν ὧν ἕνεκα ἐστράτευσαν, ἀλλὰ ἀπ-*
2 *εχώρησαν πάλιν Ὀρέστην ἔχοντες ἄπρακτοι. μετὰ
δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον χίλιοι Ἀθηναίων ἐπὶ
τὰς ναῦς τὰς ἐν Πηγαῖς ἐπιβάντες (εἶχον δ' αὐτοὶ
τὰς Πηγάς) παρέπλευσαν ἐς Σικυῶνα Περικλέους
τοῦ Ξανθίππου στρατηγοῦντος, καὶ ἀποβάντες
Σικυωνίων τοὺς προσμείξαντας μάχῃ ἐκράτησαν.*
3 *καὶ εὐθὺς παραλαβόντες Ἀχαιοὺς καὶ διαπλεύ-*

Cap. 111. § 1. *Ἐχεκρατίδου*. De hoc et eius gente cf. Boeckh. Explicat. Pind. p. 332 sq. et Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 711. — *βασιλέως*. Cum non uni regi paruerit Thessalia (cf. II 22, 3. IV 78), fortasse *ταγόν* dici putant. Cf. Schoem. Antiqu. iur. publ. Graec. p. 402 et Herm. Antiqu. I § 178. Attamen etiam Herodotus VII 6 dixit *Ἀλευάδαι ἦσαν Θεσσαλίης βασιλέες*, quanquam hi non toti Thessaliae imperabant, et hic ipse Echecratidas *Θεσσαλίας ἀρχός* appellatur ab Anacreonte in fragm. 103. Minus recte certe *Θεσσαλῶν* vocem temptat Class. *Φαρσαλίων* coniciens. — *ὄντας ξυμμάχους*. Cf. 108, 3. — *ἐστράτευσαν*. Cf. Diod. XI 83, 3 et Aristid. I p. 386. Hanc expeditionem in Ol. LXXX 4 (a. Chr. 457) refert Diod., quem sequitur Piers., in annum sequentem Dodw. et Manso, in Ol. LXXXI 2 (a. Chr. 455) Clinto, in a. 454 Krueg. et Schaef. — *ὅσα μὴ προϊόντες*, i. e. *ὅσα κρατεῖν ἐδύναντο* (*κρατοῖεν ἂν* Krueg.) *μὴ προ*. Cf. IV 16, 1 et Held. ad Plut. Timol. c. 3 p. 323. — *ἐκ τῶν ὅπλων*, a castris. Cf. III 1, 1. VI 64, 3.

§ 2. *μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον*. Sic iterum c. 114. Cf. c. 118. In Ol. LXXXI 1 (a. Chr. 456) haec referunt Manso et Piers., in Ol. LXXXI 3 (a. Chr. 454) Clinto Krueg. Schaef. Expeditionem quae sequitur illustrant Diod. XI 88, 1—3 et Plut. Pericl. 19. Miscet complura Iust. III 6, 12. 13. — *τὰς ναῦς*. C triremes commemorat Plut., L Diod. — *εἶχον . . . τὰς Πηγάς*. Vid. 103, 4. — *τοὺς προσμείξαντας*. Valet saepius manus conserere, ut II 39, 3. IV 85, 7. 126, 5. — *μάχῃ ἐκράτησαν*. Apud Nemeam, ut narrat Plut. Alia nonnulla addit Diod.

§ 3. *παραλαβόντες*, *εἰς τὴν στρατείαν δηλονότι, συμ-*

www.libtool.com.cn

σαντες πέραν, τῆς Ἀκαρνανίας ἐς Οἰνιάδας ἐστράτευσαν καὶ ἐπολιόρκουν· οὐ μέντοι εἷλόν γε, ἀλλ' ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου.

112. Ὕστερον δὲ διαλιπόντων ἐτῶν τριῶν 1 σπονδαὶ γίγνονται Πελοποννησίοις καὶ Ἀθηναίοις πεντέτεις. καὶ Ἑλληνικοῦ μὲν πολέμου ἔσχον οἱ 2

μάχους ὄντας. Cf. § 1. V 52, 2. VII 57, 8. — **διαπλεύσαντες πέραν.** Illustrat Plutarchus l. l. verbis ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον κομισθῆναι τῷ στόλῳ. — **Οἰνιάδας.** Cf. Paus. IV 25, 1 Οἰνιάδας Ἀκαρνάνων γῆν τε ἔχοντας ἀγαθὴν καὶ Ἀθηναίοις διαφόρους τὸν πάντα ὄντας χρόνον. De situ Oeniadarum vid. II 102. Polyb. IV 65. Leak. Graec. sept. III p. 556. Bursi. Geogr. I p. 120 sq. Est autem haec una ex iis civitatibus quae semper incolarum nominibus significantur. Cf. II 102, 2. III 94, 1. IV 77, 2. Idem fieri in Leontinis satis constat. De aliis nonnullis vid. Lob. Paral. Gr. I p. 304. Apud Thuc. praeterea huc pertinent Cranii II 30, 2. V 35, 7. 56, 3 aliaeque Cephalleniae civitates II 30, 3. Distinguenda ab his nomina qualia sunt Veii et Gabii semper urbes designantia et Λίνδιοι de Gelae urbis parte dicti VI 4, 3. Ceterum cf. etiam adn. 107, 3. — **ἀλλ'**, scil. οὐχ ἑλόντες. Cf. adn. 26, 4.

Cap. 112. § 1. **διαλιπόντων**, interiectis. Cf. III 74, 1 et Krueg. Gr. § 52, 2 adn. 11. — **σπονδαὶ γίγνονται.** In Ol. LXXXI 3 (a. Ch. 454) referunt Diod. XI 86, 1 et Manso, in sequentem annum Piers., in Ol. LXXXII 2 (a. Ch. 451) Muell. Dor. II p. 500 Krueg. Schaef. Dunck. l. l. p. 357, in sequentem annum Clinto. Cimonis ex exsilio revocati (cf. Thirlwall. Hist. Gr. II p. 438 sq.) opera pacem factam esse narrat Nepos Cim. 3, 3 ubi vid. Nipp. Complures res confundunt Andoc. III 3 et Aeschin. II 172. Cf. Clint. Fast. Hell. p. 257. Krueg. de Pace cum Laced. post Andoc. Beck. Dunck. l. l. p. 362.

§ 2. **ἔσχον**] ἐπέσχον. Schol. Cf. Matth. Gr. § 353, 3 et Elmsl. ad Eur. Heracl. 924. E. Curtius in Mus. Rhen. XXIV p. 309 Ἑλληνικὸν πόλεμον esse vult non bellum Atheniensium cum Graecis, sed Graecorum cum Persis atque Th. putat dicere Athenienses aggressos esse bellum contra barbaros gerendum. Sed eo sensu non ἔσχον, sed ἔσχοντο dicendum erat et, cum in opposito membro ἐς δὲ Κύπρον κ. τ. λ. item de bello contra barbaros gesto sermo sit, contrarii ratio prorsus neglegitur. Quarum causarum alteram quidem sustulit Bergkius, qui in Phil. XXX p. 678 in eandem sententiam καὶ Ἑλληνικοῦ ⟨οἱ⟩ μὲν πολέμου ἔσχοντο [οἱ Ἀθηναῖοι] coniecit, sed quid hac coniectura ad servandam contrarii rationem proficiatur non percipimus. Sane eo quem nos schol. secuti statuimus sensu ἔχειν alibi cum genetivo iunctum non invenitur et cum eadem sententia facillimum est ἔσχοντο scribere (cf. Herod. VI 85. VII 169. 239), sed nihilominus ita mutare veremur, quod Th. sensu prorsus contrario ἔχεσθαι τοῦ πολέμου VI 88, 6. VIII 3, 2 dixit, et cum ipsum ἔχειν nonnunquam eandem desistendi vim habeat atque ἐπέχειν, non videtur negandum esse potuisse illud etiam cum genetivo in hanc sententiam pa-

www.libtool.com.cn

Ἀθηναῖοι, ἐς δὲ Κύπρον ἐστρατεύοντο ναυσὶ διακοσίαις αὐτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων Κίμωνος στρα-
3 τηγοῦντος. καὶ ἑξήκοντα μὲν νῆες ἐς Αἴγυπτον ἀπ' αὐτῶν ἔπλευσαν, Ἀμυρταίου μεταπέμποντος τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέως, αἱ δὲ ἄλλαι Κίτιον
4 ἐπολιόρκουν. Κίμωνος δὲ ἀποθανόντος καὶ λιμοῦ γενομένου ἀπεχώρησαν ἀπὸ Κιτίου· καὶ πλεύσαντες ὑπὲρ Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ Φοίνιξι καὶ Κίλιξιν ἐναυμάχησαν καὶ ἐπεζομάχησαν ἅμα, καὶ νικήσαντες ἀμφότερα ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου καὶ αἱ ἐξ Αἰγύπτου νῆες πάλιν [αἱ] ἐλθοῦσαι μετ'

riter (cf. VIII 31, 1) iungi, praesertim cum similiter cum vi transitiva saepius dicatur *ἔχειν τινά τινος*, ut apud Xen. in Cyr. VII 1, 36. Herw. dubitat an scribendum sit *ἐπέσχον*, ut interpretatur schol. — *ἐς δὲ Κύπρον ἐστρατ.* Cf. Diod. XII 3. Plut. Cim. 18. Isocr. III 86. Ael. Var. hist. V 10. Nep. Cim. 3, 4.

§ 3. *Ἀμυρταίου.* Cf. 110, 2. — *μεταπέμποντος.* Activo huius verbi, quod iis quae contra consuetudinem dicta sint adnumerat Longin. IX p. 564 Walz., quanquam idem non sprevit Aristophanes, utitur Thuc. IV 30, 3. VI 52, 1. 71, 2. 88, 9. VII 8, 1. 15, 1. 42, 3. 80, 5. Recepit etiam Dio Cass. Activum et medium distinguere conatur Herbst. de Cob. emend. p. 37, sed iure contradicunt Krueg. et Class. Cf. VIII 37, 4. — *τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέως* del. Herw. tanquam repetita ex 110, 2. Sed sic saltem *τοῦ Ἀμυρταίου* cum articulo exspectaremus, ut indicaretur hunc Amyrtaeum eundem esse atque eum qui antea nominatus est. — *Κίτιον*] *Κίτιον πόλις Κύπρου, ὅθεν ἦν Ζήνων ὁ Κιτιεύς, ὁ φιλόσοφος.* Schol. Cf. Strab. p. 682.

§ 4. *Κίμωνος . . . ἀποθανόντος.* Ol. LXXXII 3 (a. Chr. 449). (Aliter tamen Mans. Spart. I 2 p. 385.) De morte Plut. Cim. 19 *ἀπέθανε δέ*, inquit, *ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσι, νοσήσας, ἔνιοι δέ φασιν ἐκ τραύματος.* In oppido Citio eum mortuum esse falso dicit Nepos Cim. 3. Multa miscet et fingit Diod. l. d. Cf. Dunck. l. l. p. 380 sq. — *Ὑπὲρ Σαλαμῖνος.* Ὑπέρ verbis *μετέωρον* et *ἀνάγεσθαι* respondere docet Arn. comparans *ἀποσαλεύσας ὑπὲρ τοῦ στρατοπέδου* 137, 2 et *ναυμαχήσαντες ὑπὲρ τοῦ λιμένος* VIII 95, 5. De Salamine vid. Strab. l. d. et Kieperti Geogr. ant. § 127. — *ἐναυμάχησαν καὶ ἐπεζομάχησαν.* Ambas pugnas Diodorus, navalem Plutarchus Cim. 18, qui de terrestri tacet, ante Cimonis mortem factam affirmat, quos nemo narrationi cognati Cimonis (vid. Marcell. § 2) praeferet. — *ἀμφότερα.* Cf. adn. 13, 5. — *αἱ ἐξ Αἰγ. νῆες πάλιν ἐλθοῦσαι*, naves ex Aegypto reversae. Cf. 109, 3. — *μετ' αὐτῶν*, scil. *ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου.* Servato *αἱ* iungentes *ἐλθοῦσαι μετ' αὐτῶν*, ut sint quae cum iis Athenis venerant, ad *πάλιν* subaudiunt *ἀπεχώρησαν*, quasi diversa sint *πάλιν ἀπεχώρησαν* et *ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου.* Certe ita prorsus inutile et molestum est *πάλιν.* Contra Haasium in Lucub. p. 55 sq. hanc rationem impro-

www.libtool.com.cn

αὐτῶν. Λακεδαιμόνιοι δὲ μετὰ ταῦτα τὸν ἱερὸν 5
καλούμενον πόλεμον ἐστράτευσαν, καὶ κρατήσαντες τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ παρέδοσαν Δελφοῖς· καὶ αὖθις ὕστερον Ἀθηναῖοι ἀποχωρησάντων αὐτῶν στρατεύσαντες καὶ κρατήσαντες παρέδοσαν Φωκεῦσιν.

113. Καὶ χρόνου ἐγγενομένου μετὰ ταῦτα Ἀθη- 1
ναῖοι, Βοιωτῶν τῶν φευγόντων ἐχόντων Ὀρχομενὸν καὶ Χαιρώνειαν καὶ ἄλλ' ἄττα χωρία τῆς Βοιωτίας, ἐστράτευσαν ἑαυτῶν μὲν χιλίοις ὁπλίταις, τῶν δὲ ξυμμάχων ὡς ἑκάστοις ἐπὶ τὰ χωρία ταῦτα πολέ-

Cap. 113. § 1. Post ἑλόντες addunt καὶ ἀνδραποδίσαντες Laur. m et aliquot deteriores. Tuentur quidem ea, quae probabile non sit irrepsisse, Bloomf. et Ullr. Symb. crit. III p. 9; sed Class. recte monet φυλακὴν καταστήσαντες ostendere urbem incolis non esse privatam. Idem putat haec secundum 98, 1 addita esse.

bantem et αἱ πάλιν legentem recte Class. monet sic ταυτολογίαν effici, cum idem sit αἱ ἐξ Αἰγ. et αἱ πάλιν. Itaque Class. secuti αἱ delevimus, ut efficeretur ea verborum collocatio de qua dictum est 90, 1. Ceterum post haec Cimonis vel potius Archiae pacem factam esse vulgo statuunt, de qua vid. adn. VIII 56, 4 et Dunck. in Relat. acad. Boruss. a. 1884 p. 785 sq.

§ 5. Λακεδαιμόνιοι δὲ κ. τ. λ. Usque ad ἐστράτευσαν habet Priscian. XVIII 26 (272), ubi ἐνταῦθα pro μετὰ ταῦτα. Cf. Plut. Pericl. 21 schol. Aristoph. Av. 1. 557. Clint. l. d. p. 258. Hanc expeditionem susceptam esse Ol. LXXXIII 1 (a. Chr. 448) existimat Dodw., Ol. LXXXII 4 (vere a. Chr. 448) Muell. l. l. Krueg. Schaef. — τὸν ἱερὸν . . . πόλεμον ἐστράτευσαν. Similiter Appi. VIII 2 et Diod. XIX 81, 5. Militabitur bellum Hor. Epod. 1, 23, qui idem pugnare bella dixit. Compara τὰς κύστεις ἐρωτᾶν 5, 2, αὐτάρκη θέσιν κεῖσθαι 37, 3. Matth. Gr. § 408b (quem poëtis hunc usum tribuentem falli appareret), Lob. ad. Soph. Ai. 290. — παρέδοσαν Δελφοῖς. Etenim ἀπέστησαν Δελφοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ συστήματος τῶν Φωκέων Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐπέτρεψαν καθ' αὑτοὺς πολιτεύεσθαι. Strab. p. 423 extr. — παρέδοσαν Φωκεῦσι. Sed postea Delphi recuperaverunt. Cf. 118, 3. 121, 2. V 18, 2.

Cap. 113. § 1. χρόνου ἐγγενομένου (interiecto, cf. IV 111, 2. VIII 9, 2) μετὰ ταῦτα. „I. e. μετὰ ταῦτα, χρόνου ἐγγεν. Cf. 114, 1. 118, 1." Iacobs. Krueger tamen μετὰ ταῦτα cum ἐγγενομένου iungit. Pugnam quae in proximis narratur evenisse Ol. LXXXIII 2 (a. Chr. 447) consentiunt plerique, tamen a. 446 statuit Krueg. Utrum verum sit non satis definiri posse putat Schaef. p. 19 sq. — τῶν φευγόντων. Exsulibus post pugnam Oenophytensem expulsis. — ἐστράτευσαν. Cf. Diod. XII 6, 2 et Plut. Pericl. 18. — ὡς ἑκάστοις, singulis pro rata parte. Cf. adn.

www.libtool.com.cn

μια ὄντα, Τολμίδου τοῦ Τολμαίου στρατηγοῦντος· καὶ Χαιρώνειαν ἑλόντες ἀπεχώρουν φυλακὴν κατα-
2 στήσαντες. πορευομένοις δὲ αὐτοῖς ἐν Κορωνείᾳ ἐπιτίθενται οἵ τε ἐκ τῆς Ὀρχομενοῦ φυγάδες Βοιωτῶν καὶ Λοκροὶ μετ' αὐτῶν καὶ Εὐβοέων φυγάδες καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς γνώμης ἦσαν· καὶ μάχῃ κρατήσαντες τοὺς μὲν διέφθειραν τῶν Ἀθηναίων, τοὺς
3 δὲ ζῶντας ἔλαβον. καὶ τὴν Βοιωτίαν ἐξέλιπον Ἀθηναῖοι πᾶσαν, σπονδὰς ποιησάμενοι ἐφ' ᾧ τοὺς
4 ἄνδρας κομιοῦνται. καὶ οἱ φεύγοντες Βοιωτῶν κατελθόντες * * καὶ οἱ ἄλλοι πάντες αὐτόνομοι πάλιν ἐγένοντο.

3, 4. — καταστήσαντες. Collato 115, 3 ἐγκαταστήσαντες Meinek. in Herm. III p. 362 et Herw. Sed facillime ibi subauditur. Cf. III 45, 2.

§ 2. ἐν Κορωνείᾳ. Ἐν Ἁλιαρτίᾳ Paus. I 27, 6, ἐν Λεβαδείᾳ Xen. Mem. III 5, 4; sed cum Thuc. conspirant Isocr. XVI 28. Plat. Alcib. I 112c. Diod. Plut. Cf. Muell. Orchom. p. 417. — τῆς Ὀρχομενοῦ. Schol. Ὀρχομενὸς θηλυκῶς παρὰ Θουκυδίδῃ. At ut de Arcadiae urbe taceamus, etiam Boeotiae Orchomenus (Μινύειος) bis Thucydidi masculini generis est III 87, 4 et IV 76, 3. Cf. Krueg. Gr. § 21, 4 adn. 4. — Λοκροί] οἱ Ὀπούντιοι Λοκροί. Schol. Cf. 108, 3. — τῆς αὐτῆς γνώμης ἦσαν. Cf. Matth. Gr. § 316 e. Krueg. Gr. § 47, 6 adn. 10. — τοὺς μὲν διέφθειραν. Inter quos ipsum Tolmidam. Vid. Diod. et Plut.

§ 3. πᾶσαν. Nisi quod Plataeae etiam postea Atheniensium sociae fuerunt. — ἐφ' ᾧ. Cf. adn. 108, 1.

§ 4. οἱ ἄλλοι πάντες. Locri et Phocenses; nam Phocidem prius (108, 3) ab Atheniensibus captam iisque foederatam (112, 5) initio belli Pelop. Lacedaemoniis fuisse sociam II 9, 2 legimus. Qui autem sic explicant ex superioribus simul audire solent φεύγοντες κατελθόντες. Mirum est tamen solos exsules reversos dici sui iuris factos esse, non populos universos. Et sic etiam Euboici exsules revertissent, quos tamen non redisse certo inde cognoscitur quod Euboea etiamtum, ut ex 114, 1 apparet, sub Atheniensium imperio mansit. Itaque Krueger, ut iam Heilm., non φεύγοντες κατελθόντες, sed Βοιωτοί subaudit. Attamen non solis Boeotis, sed etiam Locris et Phocensibus tunc libertatem restitutam esse propter 108, 3 velimus narratum. Et ineptum est sic inter fugitivos et reliquos Boeotos discerni, quoniam omnes in universum Boeotorum civitates sui iuris factae sunt. Omnis difficultas Boehmio sublata esse videbatur, si nominativi οἱ φεύγοντες ... κατελθόντες pro genetivis absolutis collocati essent, quod ita effecit ut commate post ἄλλοι posito τοὺς φεύγοντας Βοιωτῶν et τοὺς ἄλλους partes faceret πάντων (cf. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 2). Sed etiam sic Euboici quoque exsules in patriam redissent et ipsi quoque Euboeae αὐτονομία restituta esset, quanquam eam hoc tempore non eodem modo atque Boeotiae civitates sui iuris factam

114. *Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον Εὔ-* 1
*βοια ἀπέστη ἀπὸ Ἀθηναίων. καὶ ἐς αὐτὴν δια-*
*βεβηκότος ἤδη Περικλέους στρατιᾷ Ἀθηναίων ἠγ-*
*γέλθη αὐτῷ ὅτι Μέγαρα ἀφέστηκε καὶ Πελοπον-*
*νήσιοι μέλλουσιν ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ οἱ*
*φρουροὶ Ἀθηναίων διεφθαρμένοι εἰσὶν ὑπὸ Μεγα-*
*ρέων, πλὴν ὅσοι ἐς Νίσαιαν ἀπέφυγον· ἐπαγαγό-*
*μενοι δὲ Κορινθίους καὶ Σικυωνίους καὶ Ἐπι-*
*δαυρίους ἀπέστησαν οἱ Μεγαρῆς, ὁ δὲ Περικλῆς*
*πάλιν κατὰ τάχος ἐκόμιζε τὴν στρατιὰν ἐκ τῆς*
*Εὐβοίας. καὶ μετὰ τοῦτο οἱ Πελοποννήσιοι τῆς* 2
*Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα καὶ Θριῶζε ἐσβαλόντες ἐδῄω-*
*σαν Πλειστοάνακτος τοῦ Παυσανίου βασιλέως*
*Λακεδαιμονίων ἡγουμένου, καὶ τὸ πλέον οὐκέτι*
*προελθόντες ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου. καὶ Ἀθηναῖοι* 3
*πάλιν ἐς Εὔβοιαν διαβάντες Περικλέους στρατη-*
*γοῦντος κατεστρέψαντο πᾶσαν, καὶ τὴν μὲν ἄλλην*

esse eo intellegitur quod paulo post ab Atheniensibus defecit (114, 1). Aliam interpretandi viam iniit Class. Sed quo iure is ad *οἱ φεύγοντες κατελθόντες* ex verbis *αὐτόνομοι πάλιν ἐγένοντο* velit subaudire *πάλιν ἐπολίτευον*, quod longe aliud valet, non percipimus. Cum igitur nulla interpretandi ratione iustus verborum contextus efficiatur, propter interruptum sententiae nexum hunc locum mutilatum esse credimus. Excidisse possunt *ἐλευθέραν τὴν πατρίδα ἀνέλαβον* vel similia. Ita *οἱ ἄλλοι πάντες* omnes ii sunt quos praeter Boeotos simul cum his in Atheniensium dicionem venisse 108, 3 comperimus, Locri et Phocenses.

Cap. **114.** § 1. *Μετὰ δὲ ταῦτα.* Ol. LXXXIII 3 (a. Chr. 446). Cf. Grot. V p. 475 (interpr. III p. 272), cum quo consentiunt Krueg. Schaef. Piers. — *Εὔβοια ἀπέστη.* Cf. Diod. XII 7. Plut. Pericl. 22 sq. — *διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους ... ἠγγέλθη αὐτῷ.* Cf. Matth. Gr. § 561. Krueg. Gr. § 47, 4 adn. 2. — *Νίσαιαν.* Cf. adn. 103, 4. — *πάλιν ... ἐκόμιζε,* reducebat (cf. adn. 109, 3); nam res nondum perfecta erat cum Megarenses defecerunt.

§ 2. *μετὰ τοῦτο,* i. e. *μετὰ τὴν ἀπόστασιν τῶν Μεγαρέων,* quam procul dubio Peloponnesii opperti sunt. Nam ad rem imperfectam *πάλιν ἐκόμιζε* referri nequit. — *Θριῶζε*] *εἰς τὸ Θριάσιον πεδίον· ὡς Ἀθήναζε.* Schol. Cf. adn. II 19, 2. — *ἐδῄωσαν.* De aor. cf. adn. 93, 1. VI 11, 1. — *Πλειστοάνακτος ... βασιλέως.* Cf. adn. 107, 2. — *τὸ πλέον.* II 21, 1 *ἐς τὸ πλεῖον.* Nudus tamen acc. defenditur locutionibus *βραχύ τι προελθεῖν* 63, 2, *ὀλίγον προελθεῖν* IV 111, 1, *πολὺ προελθεῖν* II 81, 7. Cf. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 6. — *ἀπεχώρησαν.* De causa rei credita vid. II 21, 1. V 16, 1. Plut. l. d.

§ 3. *κατεστρέψαντο.* Cf. schol. Arist. Nub. 218 *Περι-*

www.libtool.com.cn

ὁμολογίᾳ κατεστήσαντο, Ἑστιαιᾶς δὲ ἐξοικίσαντες αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον.

1 115. Ἀναχωρήσαντες δὲ ἀπὸ Εὐβοίας οὐ πολλῷ ὕστερον σπονδὰς ἐποιήσαντο πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους τριακοντούτεις, ἀποδόντες Νίσαιαν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα καὶ Ἀχαΐαν· ταῦτα γὰρ εἶχον Ἀθηναῖοι Πελοποννησίων.

2 Ἕκτῳ δὲ ἔτει Σαμίοις καὶ Μιλησίοις πόλεμος

κλέους στρατηγοῦντος καταστρέψασθαι πᾶσάν φησι Φιλόχορος καὶ τὴν μὲν ἄλλην ἐπὶ ὁμολογίᾳ κατασταθῆναι, Ἑστιαιᾶς δὲ ἐξοικίσαντας αὐτοὺς Ἀθηναίους τὴν γῆν σχεῖν, ubi, nisi schol. Philochorum errore pro Th. posuit, verborum concentus ostendit Philochorum presse Th. narrationem secutum esse. — **ὁμολογίᾳ κατεστήσαντο**, pactione constituerunt, composuerunt; nam utrumque verbum Latinum sic dici docent Brem. ad. Nep. Milt. 2 et interpr. Tac. Ann. XII 40. Καθίστασθαι similiter legitur III 35, 2. Contra ὁμολογίᾳ παρίστασθαι 29, 5, ubi vid. adn. Quomodo Euboicas civitates Athenienses constituerint eximium exemplum est populiscitum de Chalcidensibus exscriptum in Inscr. Att. IV n. 27a. — **Ἑστιαιᾶς . . . ἐξοικίσαντες.** Praeter Diod. et Plut. cf. Strab. p. 445 et Dion. Hal. p. 845 sq. — **αὐτοὶ . . . ἔσχον.** Id proximo anno factum esse testatur Diod. XII 22, 2. Hi novi incolae VII 57, 2 Ἑστιαιῆς οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Ἑστίαιαν οἰκοῦντες, ἄποικοι ὄντες (Atheniensium) appellantur. Ab aliis Ὠρεῖται vocantur; nam Ἑστίαια, inquit schol., νῦν Ὠρεὸς καλεῖται. Cf. VIII 95, 7. Strab. l. d. Paus. VII 26, 2. Steph. Byz. in Ἱστίαια.

Cap. 115. § 1. **οὐ πολλῷ ὕστερον.** E Paus. V 23, 3 atque Diod. XII 7 apparet accidisse hanc rem Ol. LXXXIII 3 (a. Chr. 445). De mense cf. Seidl. Praef. Soph. Antig. ed. Herm. p. LXIV sqq. et Wex. Prolegom. ad Soph. Ant. p. 9 sqq. — **σπονδὰς ἐποιήσαντο.** Cf. Andoc. III 6. Aeschin. II 51. Plut. Pericl. 24. — **ἀποδόντες.** Cf. adn. 101, 3. — **Ἀχαΐαν.** Cf. IV 21 et Aristid. I p. 157. 169. 398. II p. 149. Quibus locis satis confirmatur integritas scripturae contra eos qui, ut Krueg. et Cob. ad Hyper. p. 45, Ἁλιᾶς propter 105, 1, etsi ibi Athenienses in agro Haliensium victos esse audivimus, coniecerunt. Achaia sitne provincia an urbs aliqua dubitatur. Provinciam Peloponnesi esse credidit Aristid. I p. 157 πᾶν τὸ Ἀχαϊκόν scribens, id quod verbis 111, 3 tuetur Haack. Contrarium ex IV 21, 3, ubi cf. adn., demonstrare studet Goell. allegans Muell. Dor. I p. 192, 4. Reingan. Megar. p. 102. Mans. Spart. II p. 109 adn. Dubitanter loquuntur Wachsm. Antiq. Gr. I p. 226 (ubi in Megaridis nomine erratum est) et Herm. Antiq. Gr. I § 36, 15. Quin provincia sit non dubitat Grot. Hist. V p. 475 (interpr. III p. 272). De Nisaea et Pegis vid. 103, 4.

§ 2. **Ἕκτῳ δὲ ἔτει.** Bellum Samium ortum esse Ol. LXXXIV 4 (a. Chr. 441/0) Timocle archonte, verum alteram Periclis expeditionem, quae proximo capite narratur, Ol. LXXXV 1 (a. Chr. 440/39) Morychide archonte susceptam demonstrare studuit

www.itbtool.com.cn

ἐγένετο περὶ Πριήνης· καὶ οἱ Μιλήσιοι ἐλασσούμενοι τῷ πολέμῳ παρ' Ἀθηναίους ἐλθόντες κατεβόων τῶν Σαμίων. ξυνεπελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς Σάμου ἄνδρες ἰδιῶται, νεωτερίσαι βουλόμενοι [τὴν πολιτείαν]. πλεύσαντες οὖν Ἀθηναῖοι 3
ἐς Σάμον ναυσὶ τεσσαράκοντα δημοκρατίαν κατέστησαν καὶ ὁμήρους ἔλαβον τῶν Σαμίων πεντήκοντα μὲν παῖδας, ἴσους δὲ ἄνδρας, καὶ κατέθεντο ἐς Λῆμνον καὶ φρουρὰν ἐγκαταλιπόντες ἀνεχώρησαν. τῶν δὲ Σαμίων ἦσαν γάρ τινες οἳ οὐχ ὑπέμενον, 4

Cap. 115. § 2. τὴν πολιτείαν in lemmate om. schol. νεωτερίσαι βουλόμενοι] θέλοντες καινοτομῆσαι τὴν πολιτείαν δημοκρατίαν ποιήσαντες, ex cuius interpretatione in Th. verba videtur irrepsisse. Cf. adn.

Seidler l. § 1 d. Sed uni anno ambas expeditiones tribuit Diod. XII 27. Bellum ortum videtur esse vere anni a. Chr. 440, finitum est secundum schol. Arist. Vesp. 283 archonte Morychide. Parum recte igitur Diod. etiam finem bello archonte Timocle impositum esse scribit. Cf. adn. 117, 1 et Krueg. Stud. hist. p. 208 sqq. — πόλεμος ἐγένετο. Cf. schol. Aristoph. Vesp. 283. Diod. l. l. Plut. Pericl. 24 sqq. — περὶ Πριήνης] πλησίον γὰρ ἦν τῆς Μιλήτου, καὶ ἐζήτουν αὐτὴν ἔχειν οἱ Μιλήσιοι. Schol. Falli videtur Thirlw. Hist. Gr. II p. 452. Cf. ad § 4 adn. Ob agros certe prope Prienen sitos saepius certatum est. Cf. Panofk. Res. Samior. p. 28, 99. — ξυνεπελαμβάνοντο] ἐβοήθουν τοῖς Μιλησίοις. Schol. Cf. adn. II 8, 4. — ἄνδρες ἰδιῶται. Ad ἰδιῶται cum alibi ἄνδρες Thuc. non adiungat, Kruegero hoc suspectum est. Sed Class. eo usu quo supra 74, 1 ἄνδρα στρατηγόν legimus defendit, et ἀνδρὸς ἰδιώτου dixit Plat. Gorg. 526c. de Rep. 578c. — νεωτερίσαι... [τὴν πολιτείαν]. Cum νεωτερίζειν intransitivum sit neque iungatur nisi cum accus. interioris quod dicitur obiecti (58, 1. 102, 3. II 8, 1. 73, 3. III 4, 4. 11, 1. 75, 5. IV 41, 3. 51, 1. 76, 5. 80, 2. VIII 73, 1) neque τὴν πολιτείαν accus. relationis esse possit, quoniam νεωτερίζειν non qualitatem, sed actionem significat (cf. Krueg. Gr. § 46, 4), aut cum Meinekio (Herm. III p. 348) ⟨περὶ⟩ τὴν πολ. (cf. Plat. de Rep. 434b) scribendum aut cum Herw. τὴν πολ. delendum est. Alterum, cum ipsum νεωτερίζειν κατ' ἐξοχήν ad reipublicae mutationem pertineat (V 14, 3. 34, 2) magis placet, praesertim cum ne schol. quidem (cf. sd.) illud legisse videatur.

§ 3. πλεύσαντες οὖν Ἀθηναῖοι. De causa rei credita vid. Plut. Pericl. 24 sq. Harpocr. et Suid. v. Ἀσπασία, sed etiam Thirlw. l. d. Grot. Hist. Gr. VI p. 35 (interpr. III p. 334). — κατέθεντο ἐς Λῆμνον. De more Atheniensium captivos et obsides in insulis custodiendi cf. adn. III 72, 1. Lemnus autem colonia Atheniensium erat. Cf. VII 57, 2. — ἐγκαταλιπόντες] ἐν τῇ Σάμῳ. Cf. Thirlw. l. l. p. 453.

§ 4. τῶν δὲ Σαμίων κ. τ. λ. Cf. adn. 72, 1. — ὑπέμενον] τὴν δημοκρατίαν. Schol. Quod

www.libtool.com.cn

ἀλλ' ἔφυγον ἐς τὴν ἤπειρον, ξυνθέμενοι τῶν ἐν τῇ πόλει τοῖς δυνατωτάτοις καὶ Πισσούθνῃ τῷ Ὑστάσπου ξυμμαχίαν, ὃς εἶχε Σάρδεις τότε, ἐπικούρους τε ξυλλέξαντες ἐς ἑπτακοσίους διέβησαν ὑπὸ νύκτα ἐς τὴν Σάμον. καὶ πρῶτον μὲν τῷ δήμῳ ἐπανέστησαν καὶ ἐκράτησαν τῶν πλείστων, ἔπειτα τοὺς ὁμήρους κλέψαντες ἐκ Λήμνου τοὺς αὑτῶν ἀπέστησαν, καὶ τοὺς φρουροὺς τοὺς Ἀθηναίων καὶ τοὺς ἄρχοντας οἳ ἦσαν παρὰ σφίσιν ἐξέδοσαν Πισσούθνῃ, ἐπί τε Μίλητον εὐθὺς παρεσκευάζοντο στρατεύειν. ξυναπέστησαν δὲ αὐτοῖς καὶ Βυζάντιοι.

§ 5. In paucis et malis libris ἐκκλέψαντες, ut apud Diod. XII 27, 3 et Plut. Per. 25, quod praefert Cob. in Mnemos. nov. ser. VIII p. 90 conferens Herod. II 115.

cum remotius sit, praestat cum Krueg. remanebant interpretari. — **τὴν ἤπειρον**. Anaea maxime, si recte conicit Wex. l. d. p. 20. — **τοῖς δυνατωτάτοις**, eorum qui in urbe erant potentissimis. Cf. sd. VIII 21 et adn. VIII 63, 3. — **ξυμμαχίαν** ad solum *ξυνθέμενοι Πισσούθνῃ* refertur, non ad *ξυνθέμενοι . . . τοῖς δυνατωτάτοις*: pacti cum Pissuthne auxilium quod hic sibi ex societate ferret. Cf. Diod. XII 27, 3 *πορευθέντων εἰς Σάρδεις πρὸς Πισσούθνην περὶ βοηθείας*. Nam *συντίθεσθαι* dici potest de re quam unus ex duobus alteri praestare debet. Cf. *συντίθεται προδοσίην* Herod. VIII 128, *συνθέμενος αὐτῷ μισθόν* Plat. Gorg. 520c. Temere igitur *ξυμμαχίαν* del. Cob. in Mnem. nov. ser. VIII p. 90. — **τότε**. Ut quinto belli Pelop. anno (III 31, 1). Postea vero defecit a rege (VIII 5, 5).

§ 5. **τῶν πλείστων**] *δημοτῶν*. Schol. Krueger aut *τῶν πολλῶν* legendum putat aut, si vulgatum germanum sit, nonnullos ex plebe potitos esse loco munito eumque obtinuisse. Sed *τῶν πολλῶν* pro plebe positum maxime inutile esset, cum ex praegresso *τῷ δήμῳ* facillime subaudiatur *αὐτοῦ*, et si alterum indicare voluisset Th., maxima cum obscuritate mutilasset sententiam et verbis parum aptis usus esset. Nam victi quodammodo essent illi quoque qui in locum munitum confugere coacti essent. Accedit quod de ea re nihil aliunde notum est. Itaque *τῶν πλείστων* pariter atque in iisdem verbis 50, 3 pro neutro plur. accipimus, ita ut plurimis rebus, i. e. maxima reipublicae administrandae parte, illi potiti sint. Diod. XII 27, 3 minus dictincte *ἐκράτησαν τῆς Σάμου* dixit. — **κλέψαντες**. Pissuthni rem tribuit Plut. Pericl. 25, sed cum Thuc. consentit Diod. Ceterum cf. Thirlw. l. d. p. 454. — **τοὺς ἄρχοντας**. Non solos duces aut non tam duces praesidii quam magistratus Atheniensium significari docent Krueg. et Class. Cf. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 534. — **παρὰ σφίσιν**, i. e. *τοῖς Σαμίοις*. Cf. adn. 20, 1.

www.libtool.com.cn

116. Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ᾔσθοντο, πλεύσαντες 1
ναυσὶν ἑξήκοντα ἐπὶ Σάμου ταῖς μὲν ἑκκαίδεκα
[τῶν νεῶν] οὐκ ἐχρήσαντο (ἔτυχον γὰρ αἱ μὲν ἐπὶ
Καρίας ἐς προσκοπὴν τῶν Φοινισσῶν νεῶν οἰχό-
μεναι, αἱ δ' ἐπὶ Χίου καὶ Λέσβου περιαγγέλλου-
σαι βοηθεῖν), τεσσαράκοντα δὲ ναυσὶ καὶ τέσσαρσι
Περικλέους δεκάτου αὐτοῦ στρατηγοῦντος ἐναυ-
μάχησαν πρὸς Τραγίᾳ τῇ νήσῳ Σαμίων ναυσὶν
ἑβδομήκοντα, ὧν ἦσαν αἱ εἴκοσι στρατιώτιδες (ἔτυ-
χον δὲ αἱ πᾶσαι ἀπὸ Μιλήτου πλέουσαι), καὶ ἐνί-
κων Ἀθηναῖοι. ὕστερον δ' αὐτοῖς ἐβοήθησαν ἐκ 2
τῶν Ἀθηνῶν νῆες τεσσαράκοντα καὶ Χίων καὶ
Λεσβίων πέντε καὶ εἴκοσι, καὶ ἀποβάντες καὶ κρα-
τοῦντες τῷ πεζῷ ἐπολιόρκουν τρισὶ τείχεσι τὴν
πόλιν καὶ ἐκ θαλάσσης ἅμα. Περικλῆς δὲ λαβὼν 3
ἑξήκοντα ναῦς ἀπὸ τῶν ἐφορμουσῶν ᾤχετο κατὰ

Cap. 116. § 1. *ταῖς μὲν ἑκκαίδεκα.* Cum totum quiddam dictum est, parti ut cum illo iam significatae articulus addi potest. Ita paulo post *αἱ εἴκοσι.* Cf. VIII 39, 3. Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 8. — [*τῶν νεῶν*] tam facile subauditur (cf. VIII 39, 3) ut additum plane molestum sit. Ut deleretur suasit Herw. — *ἐς προσκοπήν*, ad speculandum, explorandum. — *περιαγγέλλουσαι.* Proprium verbum est de evocandis foederatis. Cf. adn. II 10, 1. De praesentis participio vid. Quaest. gram. I. — *τεσσαράκοντα ναυσὶ καὶ τέσσαρσι.* Cf. adn. 29, 1 et de his dativis atque alteris *ναυσὶν ἑβδομ.* ad idem verbum diversa vi relatis IV 11, 2. 129, 4. VII 50, 3. — *Περικλέους δεκάτου αὐτοῦ.* Unus ex Periclis collegis fuit Sophocles poëta. Vid. Ath. p. 604 d. Strab. p. 638. Sex alios nominat schol. Aristid. p. 182 ed. Dind., duos qui hic desunt ex cod. Marciano 423 addidit Wilamowitz-Moellend. de Rhesi scholiis (ind. lect. Gryph. a. 1877/8) p. 13. — *Τραγίᾳ.* „Plut. Pericl. 25 [et Plin. Hist. Nat. V 37, 135, ubi nunc Trageae] *Τραγίας*, Strabo p. 635 vocat *Τραγαίας*, Steph. [cf. Plin. IV 23, 71, ubi vulgo Tragia] *Τραγαίαν*." Gottl. Plinius l. V ad Ioniae oram, Strabo prope Laden ponit. Itaque Makares insulam inter Naxum et Donussam sitam esse male existimat Ross. It. per insul. Graec. mar. Aeg. I p. 40. — *στρατιώτιδες*] *στρατιώτας ἄγουσαι τοὺς μέλλοντας πεζομαχεῖν.* Schol. Cf. VI 43 et ibi adn. Hos milites illae naves adversus Miletum profectae ad exscensionem faciendam portasse putandae sunt.

§ 2. *ἐπολιόρκουν τρισὶ τείχεσι.* Cum triplicis muri utilitas non perspiciatur, sed in aliis obsidionibus aut simplex aut certe ad propulsanda auxilia extrinsecus advenientia duplex (III 21, 1. VI 103, 1) commemoretur, de tribus muris seu munitionibus quibus a tribus lateribus urbs cincta fuerit cogitandum videtur.

www.libtool.com.cn

τάχος ἐπὶ Καύνου καὶ Καρίας, ἐσαγγελθέντων ὅτι Φοίνισσαι νῆες ἐπ' αὐτοὺς πλέουσιν· ᾤχετο γὰρ καὶ ἐκ τῆς Σάμου πέντε ναυσὶ Στησαγόρας καὶ ἄλλοι ἐπὶ τὰς Φοινίσσας.

1 117. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ Σάμιοι ἐξαπιναίως ἔκπλουν ποιησάμενοι ἀφράκτῳ τῷ στρατοπέδῳ ἐπιπεσόντες τάς τε προφυλακίδας ναῦς διέφθειραν καὶ ναυμαχοῦντες τὰς ἀνταναγομένας ἐνίκησαν, καὶ τῆς θαλάσσης τῆς καθ' ἑαυτοὺς ἐκράτησαν ἡμέρας περὶ τέσσαρας καὶ δέκα καὶ ἐσεκομίσαντο καὶ
2 ἐξεκομίσαντο ἃ ἐβούλοντο. ἐλθόντος δὲ Περικλέους πάλιν ταῖς ναυσὶ κατεκλῄσθησαν. καὶ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ὕστερον προσεβοήθησαν τεσσαράκοντα μὲν αἱ μετὰ Θουκυδίδου καὶ Ἅγνωνος καὶ Φορμίωνος

Hoc post Casaub. ad Polyb. p. 178 clarius docuit Bred.

§ 3. ἐπὶ Καύνου καὶ Καρίας. Non opus fuit scribi καὶ τῆς ἄλλης Καρίας. Sic Ἕκτορι μὲν καὶ Τρωσί Hom. Il. XIX 63, Chrysippus et Stoici Cic. Tusc. IV 5, 9. Cf. 66. III 38, 2. 109, 2. 111, 3. IV 36, 1. 69, 2. VII 62, 2. 83, 3. Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 2. Schoem. ad Plut. Ag. I 2 p. 75. Drakenb. ad Liv. III 25, 4. — ἐσαγγελθέντων. Cf. Matth. Gr. § 563. Krueg. Gr. § 47, 4 adn. 5. Singularem δηλωθέντος legimus 74, 1. — ἐπ' αὐτούς, adversus se (ἐπὶ σφᾶς). Cf. 95, 2. — ἐπὶ τὰς Φοινίσσας, ad Phoenissas naves arcessendas.

Cap. 117. § 1. ποιησάμενοι ... ἐπιπεσόντες. Prius participium alteri subiectum est. Cf. adn. 50, 4. — ἀφράκτῳ τῷ στρατοπέδῳ, castris nauticis, cum non munita (maxime σταυρώμασι, ut VI 66, 2. VII 25, 5. 38, 2) essent. — τὰς προφυλακίδας ναῦς, *Wachtschiffe*, naves quae custodiam agunt. Has aliquo intervallo a classe subducta in ancoris stetisse et τὰς ἀνταναγομένας esse turbulenter et separatim vel per partem deductas explicat Arn. Herw. ἀνταναγαγομένας. Sed significari potest illas provehentes, i. e. antequam hoc prorsus perfecissent, a Samiis oppressas et devictas esse. — ἐνίκησαν. Cf. Plut. Pericl. 26, qui Samiorum ducem docet fuisse Melissum, philosophum illum Parmenidis discipulum. Pugnam a Plut. commemoratam ab hac male discernit Thirlw. Hist. Gr. II p. 456, alteram a Thuc. taceri miratus. — ἡμέρας περὶ τέσσαρας καὶ δέκα. De collocatione verborum vid. Krueg. Gr. § 68, 4 adn. 2 et adn. 3, 3.

§ 2. Θουκυδίδου. Ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί, inquit Marcell. 28, ubi vid. adn. Melesiae filium Alopecepsem, Periclis aemulum, de quo vid. Sinten. ad Plut. Pericl. c. 11, antiquiores interpretes volunt esse. Dubitationem tamen movet quod is tunc testarum suffragiis patria pulsus fuisse videtur. Cf. Hoffmann. de Th. Melesiae filio p. 39. De rerum scriptore male cogitat Mitford. Hist. Gr. III p. 18. Nam

www.libtool.com.cn

*νῆες, εἴκοσι δὲ αἱ μετὰ Τληπολέμου καὶ Ἀντικλέους, ἐκ δὲ Χίου καὶ Λέσβου τριάκοντα.*
3 *καὶ ναυμαχίαν μέν τινα βραχεῖαν ἐποιήσαντο οἱ Σάμιοι, ἀδύνατοι δὲ ὄντες ἀντισχεῖν ἐξεπολιορκήθησαν ἐνάτῳ μηνὶ καὶ προσεχώρησαν ὁμολογίᾳ, τεῖχός τε καθελόντες καὶ ὁμήρους δόντες καὶ ναῦς παραδόντες καὶ χρήματα τὰ ἀναλωθέντα κατὰ χρόνους ταξάμενοι ἀποδοῦναι. ξυνέβησαν δὲ καὶ Βυζάντιοι ὥσπερ καὶ πρότερον ὑπήκοοι εἶναι.*

1 118. *Μετὰ ταῦτα δὲ ἤδη γίγνεται οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον τὰ προειρημένα, τά τε Κερκυραϊκὰ καὶ τὰ Ποτειδαιατικὰ καὶ ὅσα πρόφασις τοῦδε τοῦ πολέμου κατέστη.*
2 *ταῦτα δὲ ξύμπαντα ὅσα ἔπραξαν*

sedecim iam annis antea quam postea praetor factus est Th. ducem creatum esse parum est credibile. Cogitari etiam potest de Gargettio et Acherdusio. Cf. adn. ad Marc. l. l. Vide praeterea Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 584. Thirlw. l. d. p. 456 sq. Grot. VI p. 38.(interpr. III p. 335). Krueg. Append. epicrit. vit. Thuc. p. 24 sq. De Hagnone et Phormione vid. II 58. 95, 3 et supra 64, 1. 65, 3. Quoniam autem nomina omnium horum ducum non leguntur in numero octo praetorum quos schol. Arist. p. 182 (cf. adn. 116, 1) auctore Androtione nominat, eos extra ordinem ablegatos esse, ut naves tantum suas Samum deducerent, putat Wex. ad Soph. Ant. p. 17; sed multo veri est similius inter priorem et alteram expeditionem annum finitum esse et quinque qui hic nominantur duces ex novi anni praetoribus fuisse et parum accurate in Vit. Sophoclis 1 tradi hunc *στρατηγίας ἀξιωθῆναι σὺν Περικλεῖ καὶ Θουκυδίδῃ*, nisi Sophocli perinde ac Pericli (cf. Plut. l. l. 28) imperium prorogatum esse malis. Cf. etiam Krueg. Stud. hist. p. 211.

§ 3. *ἐξεπολιορκήθησαν.* „Machinis bellicis, arietibus et testudinibus, quas Pericles in hac obsidione primus adhibuerat opera usus Artemonis, ut Diod. Sic. XII 28 notat. Vid. Plin H. N. VII 56 [et Plut. Pericl. 27]." Gottl. Cf. tamen Thirlw. l. d. p. 457. — *ἐνάτῳ μηνί.* Hoc tempus a pugna ad Tragiam commissa computandum esse, licet prior obsidio paululum interrupta sit, docet Wex. l. d. p. 14. Cf. Seidl. Praef. Antig. p. LVIII. Krueg. Stud. hist. p. 213 et adn. 115, 2. — *καθελόντες.* Cf. adn. 101, 3. — *χρήματα τὰ ἀναλωθέντα.* Ducenta talenta fuisse scribit Diod. XII 28, 3, quae summa iusto minor est; nam mille ponit Isocr. XV 113, mille et ducenta Nep. Timoth. 1, 2. Cf. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 312 et Thirlw. l. d. p. 458. — *ταξάμενοι.* Cf. adn. 99, 3. — *ὥσπερ καὶ πρότερον*] *ἦσαν.* Schol.

Cap. 118. § 1. *οὐ πολλοῖς ἔτεσιν.* Tribus quattuorve annis. Cf. adn. 25, 2 et 115, 2. — *τά τε Κερκ.* Cf. c. 24 sqq. — *καὶ τὰ Ποτειδ.* Cf. c. 56 sqq.

www.libtool.com.cn

*οἱ Ἕλληνες πρός τε ἀλλήλους καὶ τὸν βάρβαρον ἐγένετο ἐν ἔτεσι πεντήκοντα μάλιστα μεταξὺ τῆς Ξέρξου ἀναχωρήσεως καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦδε τοῦ πολέμου· ἐν οἷς Ἀθηναῖοι τήν τε ἀρχὴν ἐγκρατεστέραν κατεστήσαντο καὶ αὐτοὶ ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν δυνάμεως. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι οὔτε ἐκώλυον εἰ μὴ ἐπὶ βραχύ, ἡσύχαζόν τε τὸ πλέον τοῦ χρόνου, ὄντες μὲν καὶ πρὸ τοῦ μὴ ταχεῖς ἰέναι ἐς τοὺς πολέμους, εἰ μὴ ἀναγκάζοιντο, τὸ δέ τι καὶ πολέμοις οἰκείοις ἐξειργόμενοι, πρὶν δὴ ἡ δύναμις τῶν Ἀθηναίων σαφῶς ᾔρετο καὶ τῆς ξυμμαχίας αὐτῶν ἥπτοντο. τότε δὲ οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο, ἀλλ' ἐπιχειρητέα ἐδόκει εἶναι πάσῃ προθυμίᾳ καὶ καθαιρετέα ἡ ἰσχύς, ἢν δύνωνται, ἀραμένοις τόνδε τὸν πόλεμον.*

§ 2. *πρός τε ἀλλήλους.* Idem explicatius dictum est 97, 1. — *ἐν ἔτεσι πεντήκοντα.* „Intervallum ut longissimum facias, i. e. ab ipsius regis discessu Ol. LXXV 1 auctumno ad Laconum irruptionem LXXXVII 2 non integros 49 annos efficies.“ Dobr. At et additum est *μάλιστα*, fere (cf. adn. 13, 3), et, ut Betantii verbis utamur, „d'une date à une autre les Grecs avaient coutume de compter le point de départ et celui d'arrivée.“ Ceterum hinc petitum nomen *πεντηκοντίας*, de quo vid. adn. ad c. 89. — *ἐγκρατεστέραν*] *ἰσχυροτέραν.* Schol. Cf. *ἐγκρατῶς* 76, 1. — *ἐπὶ μέγα ... δυνάμεως.* Cf. II 97, 5. Matth. Gr. § 341. Krueg. Gr. § 47, 10 adn. 3 et de vv. *ἐπὶ πολύ* I 1, 2. — *ἐπὶ βραχύ.* Cf. c. 90 sqq. et c. 114. — *τὸ πλέον τοῦ χρόνου.* Cf. Matth. Gr. § 442, 3, ubi hoc exemplum substitue pro verbis *ἐπὶ μέγα δυνάμεως.* Krueger *τὸν πλέονα* mavult legi, ut 30, 3 *τοῦ χρόνου τὸν πλεῖστον.* Sed cf. adn. 73, 5. — *μὴ ταχεῖς.* Adnotandum *μή*, quod apud participium causale rarius legitur in scriptis Atticorum, velut 77, 3. Dem. XXXIX 35, saepius apud communis dialecti scriptores. Vid. Kuehn. Gr. max. § 515, 3 adn. 3. Held. ad Plut. Timol. p. 457. Krueger hic propter infinitivum putat legi, sed hic ex *ταχεῖς* pendet, cui adiecta est negatio. Classenus addita *μή* particula rem alacrius detrectari seu abnui [„*lebhaft abgelehnt werden*“] affirmat, quod quo iure hac negatione exprimi credat non perspicimus. Denique Arnoldus proprie *οὐ* post *τοῦ* excidisse, deinde negationem male suppletam esse suspicatur. De re cf. 69, 4. — *τὸ δέ τι.* Cf. adn. 107, 4. — *πολέμοις οἰκείοις.* Vid. c. 101 sqq. — *τῆς ξυμμαχίας* = *τῶν ξυμμάχων.* Cf. Matth. Gr. § 429, 1 et infra 119. 130, 2. — *ἐποιοῦντο,* i. e. *ἡγοῦντο.* Cf. adn. 102, 4. — *ἐπιχειρητέα.* Thucydideum frustra vocatur a schol. Melius amari talia a Thucydide dicunt lexicographi. Cf. adn. 72, 1. Ceterum *ἐπιχειρητέα* non videtur referri ad *ἰσχύς.* — *τόνδε.* Ex

www.libtool.com.cn

*Αὐτοῖς μὲν οὖν τοῖς Λακεδαιμονίοις διέγνωστο* 3
*λελύσθαι τε τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἀδικεῖν, πέμψαντες δὲ ἐς Δελφοὺς ἐπηρώτων τὸν θεὸν εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται. ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὐτοῖς, ὡς λέγεται, κατα κράτος πολεμοῦσι νίκην ἔσεσθαι, καὶ αὐτὸς [ἔφη] ξυλλήψεσθαι καὶ παρακαλούμενος καὶ ἄκλητος.*

119. *Αὖθις δὲ τοὺς ξυμμάχους παρακαλέσαντες ψῆφον ἐβούλοντο ἐπαγαγεῖν εἰ χρὴ πολεμεῖν. καὶ ἐλθόντων τῶν πρέσβεων ἀπὸ τῆς ξυμμαχίας καὶ ξυνόδου γενομένης οἵ τε ἄλλοι εἶπον ἃ ἐβούλοντο, κατηγοροῦντες οἱ πλείους τῶν Ἀθηναίων καὶ τὸν πόλεμον ἀξιοῦντες γενέσθαι, καὶ οἱ Κορίνθιοι δεηθέντες μὲν καὶ κατὰ πόλεις πρότερον ἑκάστων ἰδίᾳ ὥστε ψηφίσασθαι τὸν πόλεμον, δεδιότες περὶ τῇ Ποτειδαίᾳ μὴ προδιαφθαρῇ, παρόντες δὲ καὶ τότε καὶ τελευταῖοι ἐπελθόντες ἔλεγον τοιάδε.*

Cap. **118.** § 3. *ἔφη* om. Plut. de Pyth. orac. 19. Omnia ab **ἀνεῖλεν** pendent.

*ἀπαράκλητος* apud Plut. l. l. Sed cf. VI 87, 2.

mente Thucydidis, non Lacedaemoniorum dictum est. Cf. Ullr. Symb. ad explic. Thuc. p. 57.

§ 3. ***Αὐτοῖς . . . διέγνωστο.*** Cf. 87, 2 sqq., ad quem locum reditur. — ***εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται.*** Cf. Matth. Gr. § 555 adn. 2 et § 457 d. Krueg. Gr. § 49, 6. Similiter Lat. melius erit. Vid. Gron. ad Liv. III 41, 3. *Σφίσιν*, etsi non positum, facile intellegitur. — ***ἀνεῖλεν . . . ξυλλήψεσθαι.*** Cf. II 54, 4. — ***καὶ παρακαλούμενος καὶ ἄκλητος.*** „Hor. [Carm. II 18, 40] vocatus atque non vocatus.“ Wass.

Cap. **119.** ***Αὖθις.*** Cf. 67, 3 et 87, 4. — ***τοὺς ξυμμάχους παρακαλέσαντες.*** Cf. Diod. XII 41, 1. — ***ψῆφον . . . ἐπαγαγεῖν.*** Cf. adn. 87, 4. — ***ἀπὸ τῆς ξυμμαχίας.*** Cf. adn. 118, 2. — ***ξυνόδου.*** De his sociorum Lacedaemoniorum conventibus vid. Muell. Dor. I p. 181 sq. — ***ὥστε.*** Cf. adn. 49, 7. VIII 86, 8. Matth. Gr. § 531 adn. 2. — ***παρόντες***, i. e. ***παραγενόμενοι ἐς τὴν Λακεδαίμονα.*** De qua significatione Class. confert III 3, 4. 69, 2. IV 124, 4. 107, 3. VII 1, 2. VIII 17, 3. Inutilis igitur Ullrichii (in Symb. crit. III p. 6 sqq.) coniectura ***παριόντες.*** — ***ἔλεγον.*** Cf. adn. 72, 3.

Cap. **120.** In exordio orationis laudant Corinthii Lacedaemonios, quod socios ad bellum gerendum convocaverint et cur ita faciendum fuerit demonstrant (120), deinde de facultatibus (121—122, 2), tum de necessitate belli gerendi (122, 2—124) exponunt, finem facit adhortatio (124).

www.libtool.com.cn

1 120. „Τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους, ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι, οὐκ ἂν ἔτι αἰτιασαίμεθα ὡς οὐ καὶ αὐτοὶ ἐψηφισμένοι τὸν πόλεμόν εἰσι καὶ ἡμᾶς ἐς τοῦτο νῦν ξυνήγαγον. χρὴ γὰρ τοὺς ἡγεμόνας τὰ ἴδια ἐξ ἴσου νέμοντας τὰ κοινὰ προσκοπεῖν,

§ 1. **οὐκ ... ἔτι.** Ut c. 68 sqq. — **καὶ ἡμᾶς ἐς τοῦτο** (ad hoc, i. e. hoc ipso consilio, ut bellum decernamus) **νῦν ξυνήγαγον.** Respicitur ad 69, 2 **μόλις δὲ νῦν γε ξυνήλθομεν καὶ οὐδὲ νῦν ἐπὶ φανεροῖς. χρῆν γὰρ οὐκ εἰ ἀδικούμεθα ἔτι σκοπεῖν, ἀλλὰ καθ' ὅτι ἀμυνούμεθα** et verbis **καὶ οὐδὲ νῦν ἐπὶ φανεροῖς** h. l. **ἐς τοῦτο** opponitur. Ceterum hoc membrum perinde atque quod praecessit cum praemisso **ὡς οὐ** ex verbis **οὐκ ἂν ἔτι αἰτιασαίμεθα** ita aptum est ut particulis **καὶ — καί** indicetur Lacedaemonios pariter utrumque fecisse. Sententiam pessumdat Herw. **εἰσι καὶ** delens. — **χρὴ γάρ.** Explicatur cur utrumque pariter facere debuerint et, si non fecissent, accusandi fuerint. Cf. Hart. de Part. I p. 465. Ceterum pro **ξυνήγαγον** poterat quidem item perfectum collocari, sed cf. adn. 73, 1 et II 60, 1. — **τὰ ἴδια,** cum opponantur **τοῖς κοινοῖς,** res singulorum foederis sociorum patet esse, cum ipsorum Lacedaemoniorum tum reliquorum foederatorum. Nam quod Boehm. putat privatas Lacedaemoniorum res significari, mirum esset, si Corinthii communem utilitatem crederent Lacedaemoniis non pluris esse aestimandam quam suum ipsorum commodum. Et sic necesse esset sui commodi causa Lacedaemonios aut socios convocasse aut bellum decrevisse. At illud quomodo ita fieri potuerit non liquet, bellum autem eos decernere iussit Stheneladas (c. 86) sociorum causa et ne Athenienses in dies potentiores fierent. — **ἐξ ἴσου,** scil. **τοῖς κοινοῖς.** Nam postquam significatum est debuisse Lacedaemonios pariter et ipsos bellum decernere et socios ad eam rem convocare, in causa eius rei afferendum est principatum gerentes debere pariter communes atque privatas res curare. Itaque **ἐξ ἴσου** locutione idem exprimitur quod in superiore sententia duorum membrorum aequatione **καὶ — καί** particulis effecta atque **τὰ κοινὰ προσκοπεῖν** refertur ad **αὐτοὶ ἐψηφισμένοι τὸν πόλεμόν εἰσι** et **τὰ ἴδια ἐξ ἴσου νέμοντας** ad **ἡμᾶς ἐς τοῦτο νῦν ξυνήγαγον.** Postquam enim Lacedaemonii pro universa societate bellum decreverunt, antequam ratum haberetur hoc decretum, videndum erat utrum singulorum sociorum pluribus hoc prodesset an noceret atque de ea re ut sententias dicerent iis permittendum. Ita pariter et communis utilitatis et privati singulorum sociorum commodi ratio habebatur. Similiter **ἐξ ἴσου** usurpatum est in Plat. Legg. 931 c **οὐκ ἄρα τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ἐξ ἴσου** (scil. **ἐκείναις ταῖς εὐχαῖς**) **αὐτοὺς ἡγησόμεθα;** Aliae quas protulerunt interpretationes stare nequeunt. Nam quod antehac Poppo significari voluit: ex aequo, i. e. ita ut non prae aliis sibi quid tribuant, hoc ita tantum fieri posset si **τὰ ἴδια** essent res reliquorum praeter Lacedaemonios sociorum (nam cogitandum esset **ἐξ ἴσου τοῖς ἑαυτῶν**) et Lacedaemonii pro se, non pro societate bellum decrevissent, cui repugnat eius rei causa **χρὴ τοὺς ἡγεμόνας τὰ κοινὰ προσκοπεῖν.**

www.libtool.com.cn

ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις ἐκ πάντων προτιμῶνται. ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ξυνηλλάγησαν 2

Cap. 120. § 2. ἐνηλλάγησαν codd. Quod rescripsimus ξυνηλλάγησαν (cf. adn.) videtur legisse Dionys. p. 797 ὅταν δ' ἀντὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ τὸ παθητικὸν παραλαμβάνῃ, τοῦτον σχηματίζει τὸν τρόπον· „ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐνηλλάγησαν." βούλεται μὲν γὰρ δηλοῦν· „ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις συνήλλαξαν." παρείληφε δὲ τὸ ἐνηλλάγησαν, παθητικὸν ὑπάρχον, ἀντὶ ἐνεργητικοῦ τοῦ συνήλλαξαν. Nam quod hic bis pro Thucydideo scribitur ἐνηλλάγησαν pro genuino ξυνηλλάγησαν a Dionysii librariis ex corruptis libris Thucydideis videtur illatum esse, qua de re cf. adn. III 82, 1. 3. 6. IV 10, 3. 78, 2. sd. V 86; nam si ipse Dionysius id legisset, utrobique ἐνήλλαξαν scribere debuisset, non συνήλλαξαν. Quod enim Krueg. ad excusandam verborum diversitatem Dionys. p. 796 τὸ γὰρ ἀποτειχίσαι καὶ ἀπολοφύρασθαι, ῥηματικὰ ὄντα, ὀνοματικῶς ἐσχημάτικεν „ἀποτείχισιν" καὶ „ὀλόφυρσιν" affert, ibi patet abiecto ἀπ, quod errore ex ἀποτειχίσαι repetitum est, scribendum esse ὀλοφύρασθαι.

Eandem fere rationem sequitur Class. A qua eo maxime discrepat L. Herbstii interpretatio (Annal. phil. a. 1855 p. 715) quod non duplex significari principatum gerentium munus hic putat, sed unum, τὰ κοινὰ προσκοπεῖν, quod cum aequo singulorum sociorum commodo fieri debeat. Sed ita necesse esset aequam singulis sociis afferre utilitatem bellum susceptum, quod fieri vix potest; nam bellum non suscipitur, si pariter omnibus, sed si pluribus sociis utile visum est. Pessimus omnium est Rauchensteinii conatus, qui in Phil. XXXVII p. 63 Boehm. secutus τὰ ἴδια opinatur esse privatas Lacedaemoniorum res et ἐξ ἴσου interpretatur ἐξ ἴσου τοῖς τῶν ἄλλων ἰδίοις. Neque enim in promptu est ita complere sententiam et, si hoc modo aliorum privata commoda cogitando opponerentur, saltem τὰ ἑαυτῶν ἴδια scribendum erat. Nostrae autem interpretationi maxime favet 141, 7, ubi contra Pericles dicit in Peloponnesiorum conventibus plus valere singularum civitatum commoda quam communem utilitatem. De omni huius loci interpretatione cf. Mus. Rhen. XVII p. 462 sqq. Annal. phil. a. 1863 p. 477 sqq. — νέμοντας, administrantes. Cf. 71, 1. VIII 70, 1. — προσκοπεῖν, praeter ceteros (ὑπὲρ τοὺς ἄλλους) spectare, imprimis curare. — ἐν ἄλλοις] ἐν προεδρίᾳ καὶ τοῖς τοιούτοις. Schol. Neutrum est ut II 39, 4. V 29, 2. At Herbst. l. d. masculinum esse (inter alios, inter exteros) studet docere. Sed sententiarum nexus hic est: ut in tuenda communi utilitate praecipuum munus habent, ita in aliis rebus praecipuo honore utuntur. — ἐκ πάντων προτιμῶνται, ex omnibus praecipue honorantur. Paulo exquisitius est dicendi genus, quod verbis Appiani B. civ. V 63 προτιμηθεῖσα ἐκ πάντων illustrat Krueg. Cf. ἐκ πάντων μάλιστα II 49, 1.

§ 2. ξυνηλλάγησαν, commercium habuerunt. Traditam scripturam schol. συνέμιξαν καὶ ὡμίλησαν interpretatur. Sed hoc non est ἐναλλάσσεσθαι, permutari, sed ξυναλλάσσεσθαι (cf. Soph. Ai. 493. Eur. Andr. 1245. Suid. ξυναλλαγὴ ἡ ὁμιλία), quod Th. reddidit Herw. Minus bene ἐν ἀλλαγῇ ἦσαν Madv. Adv. crit. I p. 303. Ad

www.libtool.com.cn


§ 4. *γράψαντι* Mosqu. ad syntaxin emendandam. At Themistocles non videtur dicere posse gratiam sibi deberi, quia scripserit Xerxi; de utraque enim re nuntios cum mandatis miserat, de altera Sicinnum servum fidelem et *παιδαγωγόν*, de altera legatos, quos *φράζειν* regi rem iussos esse dicit Plut. Them. 16, cui maior fides habenda videtur quam Nepoti ob hoc male intellectum *γράψας* litteris Xerxem certiorem factum scribenti. Nominativum igitur per *σχῆμα κατὰ τὸ σημαινόμενον* ad superiora *ἐδήλου δ' ἡ γραφή* referendum putamus. Cf. adn.

— *ἐν τῷ ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοί*] *τὰ πράγματα ἦσαν δηλονότι.* Schol. Potuit quidem scribi *ἐν τῷ ἀσφαλεῖ μὲν ἐγώ* (Nep. postquam in tuto ipse) vel certe *ἀσφαλῆ μὲν ἐμοί* (cf. adn. c. 7 init.). Sed comparanda sunt dicendi genera impersonalia *ἐν τύχῃ γίγνεταί τινι* IV 73, 3, *ἐν καταλήψει ἐφαίνετο* III 33, 3, *ἐν παύλῃ ἐφαίνετο* VI 60, 2. Cf. adn. 95, 3. Krueg. Gr. § 61, 5 adn. 6. Tamen facilius videtur esse nec minus ad sententiam aptum huc quoque *πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο* referre vertentes cum in tutis nostris rebus, illius dubiis eius reversio fieret, ita ut inter se opponantur *ἐπιόντα ἐμοί* et *πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο, ἀνάγκῃ ἠμυνόμην* et *ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ... ἐπικινδύνῳ* (i. e. non iam necessitate coactus me defendebam, sed res meae in tuto, illius contra in periculo erant). Ceterum Plut., qui Themistoclem paulo aliter dicentem atque Th. scribentem facit *τῆς Ἑλλάδος ἐν ἀσφαλεῖ γενομένης* habet, sicut antea patriam pro *ἐμοί* posuit Nep. — *πάλιν ἡ ἀποκομιδή* = *ἡ πάλιν ἀποκομιδή*, reversio. Cf. 82, 3. II 18, 3. 38. VI 64, 3. Kuehn. Gr. max. § 464, 2. — *γράψας*. Cf. adn. 87, 2 et cogita superioribus *ἐδήλου δὲ ἡ γραφή* contineri sententiam *ἔγραψε* s. *ἐπέστειλε δὲ* (ὁ *Θεμιστ.*). De similibus nominativis participiorum cf. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 4. — *τὴν ... προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως*. „Herodotus VIII 75 narrat strategema Themistoclis Xerxi ... suadentis ut Graecos prae timore iam fugam parantes intra Salaminium fretum cito aggrederetur, ne inde effugerent, ubi victoria esset regi parvo parabilis. Ergo de fuga Graecorum quam simulabat Themistocles sermo est, non de Xerxis domum reditione.“ Haack. Aliter tamen intellegit Heilm., qui non receptus praedictionem vult esse, sed adhortationem ad reditum (cf. Herod. VIII 110), quam explanationem verbis *ἐπειδὴ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοί* Krueg. docet requiri. Accedit quod priore illo nuntio ante pugnam Salaminiam misso tantum aberat ut de Xerxe bene meritus esset Themistocles ut in gravissimam calamitatem eum induxisset. De altero nuntio etiam Nep. haec verba accepit. Cf. VIII 19, 2 *ἐλθούσης ἀγγελίας ἀποπλεῖν πάλιν*. Vocabulum *προάγγελσις* alibi non videri legi adnotat Krueg. Ceterum illam adhortationem ex Andro missam esse cum testis sit Herod. VIII 108 neque hoc loco *ἐκ Σαλαμῖνος* imprudenti interpreti facile tribui possit, cum iam

www.libtool.com.cn

φυρῶν, ἣν ψευδῶς προσεποιήσατο, τότε δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν), καὶ νῦν ἔχων σε μεγάλα ἀγαθὰ δρᾶσαι πάρειμι διωκόμενος ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν σὴν φιλίαν. βούλομαι δ' ἐνιαυτὸν ἐπισχὼν αὐτός σοι περὶ ὧν ἥκω δηλῶσαι."

138. Βασιλεὺς δέ, ὡς λέγεται, ἐθαύμασέ τε 1
αὐτοῦ τὴν διάνοιαν καὶ ἐκέλευε ποιεῖν οὕτως. ὁ δ' ἐν τῷ χρόνῳ ὃν ἐπέσχε τῆς Περσίδος γλώσσης ὅσα ἐδύνατο κατενόησε καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων

Nep. 9, 3 id, quanquam parum accurate, verbis proelio apud Salamina facto reddiderit, aut neglegenter rem significasse censendus est Th., quod vix probabile est, aut aliter traditam accepisse. Hanc sententiam tuetur Dunck. in Hist. ant. VII p. 298 sqq., docens rerum condicioni convenire hunc nuntium non ex Andro, sed ex Salamine missum esse. — *καὶ τὴν ... οὐ διάλυσιν*, et pontes sua opera tum non interruptos, id quod (*ἣν* = *τὴν τῶν γεφυρῶν δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν*) falso sibi vindicavit (cf. 54, 2). Proprie *ἡ οὐ διάλυσις* est omissio dissolutionis. Cf. Matth. Gr. § 608, 1. Krueg. Gr. § 67, 1 adn. 4, infra III 95, 2. V 35, 2. 50, 4. VII 34, 6. — *ἣν ... προσεποιήσατο* deleri iussit Cob. ad Hyper. p. 60, ne Thucydides cum Herodoto pugnaret, eamque opinionem frustra defendere conatus est in Mmem. nov. ser. VIII p. 93. Nam neque est inter Herodotum et Th. dissensus neque, si esset, ideo pro interpolato habendus esset hic locus. Herod. enim VIII 108—110 narrat Themistoclem Andri Graecis consilium dedisse ut nulla interiecta mora ad Hellespontum navigarent pontesque rescinderent, sed ei consilio adversatos esse Eurybiadem et reliquos Peloponnesiorum duces; cum igitur ille animadvertisset se sociis id non persuasurum esse, eum Atheniensibus, qui idem facere, etiamsi reliqui nollent, in animo habuissent, contrarium consilium dedisse, ut gratiam rex sibi deberet, si a civibus suis male haberetur. Itaque non Themistocles sua sponte effecit ut pontes non destruerentur, sed Eurybiades potius et Peloponnesii eius rei auctores erant; nam nisi hi restitissent, utique res facta esset. Sed licet haec verba non concinant cum Herodoti narratione, aliter de ea re existimasse Th. potest atque Herodotus. Nam sicut aliarum rerum contra Persas gestarum sic huius quoque rei memoria variabat. Cf. Plut. Them. 16. Arist. 9. Diod. XI 19, 5, cum quo consentit Nep. Them. 5, 1, Iustin. II 13, 5. Frontin. II 6, 8. Polyaen. I 30, 8. Aristid. II p. 298. Nipperd. ad Nep. l. l. — *διὰ τὴν σὴν φιλίαν*, ob meam in te amicitiam. Cf. adn. 33, 4. Iungenda haec cum *διωκόμενος*, non, quod Nepos videtur fecisse, cum *πάρειμι*. Cf. Nipp. l. d.

Cap. 138. § 1. *Βασιλεὺς δὲ κ. τ. λ.* Haec diffusius et paulo aliter narrant Diod. XI 56 sq. et Plut. Them. 28 sq. — *τὴν διάνοιαν*, mentem. Paulo aliter Plut. *τὸ φρόνημα καὶ τὴν τόλμαν αὐτοῦ*, Nep. animi magnitudinem. — *ἐκέλευε*. Cf. adn. 72, 3. — *τῆς Περσίδος ... κατενόησε*, i. e. *ἔμαθε*.

www.libtool.com.cn


2 τῆς χώρας· ἀφικόμενος δὲ μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν
γίγνεται παρ' αὐτῷ μέγας καὶ ὅσος οὐδείς πω
Ἑλλήνων διά τε τὴν προϋπάρχουσαν ἀξίωσιν καὶ
τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐλπίδα ἣν ὑπετίθει αὐτῷ δουλώ-
σειν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ πεῖραν διδοὺς ξυνετὸς
3 φαίνεσθαι. ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς, βεβαιότατα
δὴ φύσεως ἰσχὺν δηλώσας, καὶ διαφερόντως τι
ἐς αὐτὸ μᾶλλον ἑτέρου ἄξιος θαυμάσαι. οἰκείᾳ
γὰρ ξυνέσει, καὶ οὔτε προμαθὼν ἐς αὐτὴν οὐδὲν
οὔτ' ἐπιμαθών, τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης
βουλῆς κράτιστος γνώμων καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ

Rem exaggerat Nepos Them. 10, 1, item Quintil. XI 2, 60. Melius Plut. Them. 29. Cf. Nipperd. ad Nep. l. l.

§ 2. *μετὰ τὸν ἐνιαυτόν.* De tempore cf. adn. 137, 3 et Krueg. Stud. histor. p. 34. Dunck. Hist. ant. VIII p. 305. — *ὅσος οὐδείς πω.* Audi *ἐγένετο* vel *ἦν.* — *ἀξίωσιν*, dignitatem. Cf. adn. II 34, 6. — *καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ ... δουλώσειν.* Per attractionem pro his: *καὶ τὴν ἐλπίδα ἣν ὑπετίθει αὐτῷ δουλ. τὸ Ἑλληνικόν.* Cf. adn. 61, 1. Krueg. Gr. § 61, 6 adn. 8. Kuehn. Gr. max. § 600, 5. — *ὑποτιθέναι* est suggerere, ut IV 65, 4. — *ἀπὸ τοῦ ... φαίνεσθαι*, i. e. *ὅτι ἐκ πείρας ἣν ἐδίδου ξυνετὸς ἐφαίνετο. Πεῖραν διδόναι τινός* similiter VI 11, 4. Plat. Lach. 189 b. Prot. 342 a. Dem. XXIV 24.

§ 3. *ἦν γάρ.* De hac tota paragrapho iniquius iudicat Dion. Hal. p. 794. — *ἦν ... δηλώσας.* Interpungi *ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς, βεβαιότατα ... δηλώσας, καί* iusserunt Emperius et Sintenis. Vulgo iungunt *ἦν δηλώσας*; sed aoristi participium non ita videtur a Thuc. cum *εἰμί* pro verbo finito copulari ut de praesentis participio adnotatum est ad 1, 1. *Φύσεως ἰσχὺν δηλώσας* hinc duxit Philostr. Vit. Apoll. II 25. *Φύσεως* est ingenii. — *καὶ διαφερόντως τι*, etiam eximio quodam modo (cf. Matth. Gr. § 487, 4), non cum voce *ἄξιος* sed cum locutione *μᾶλλον ἑτέρου* iungendum est (*sogar in einem hervorragenden Masse mehr als ein anderer*). Cf. II 60, 7 *εἴ μοι καὶ μέσως ἡγούμενοι μᾶλλον ἑτέρων* (*auch nur in bescheidenem Masse mehr als andern*) *προσεῖναι αὐτὰ πολεμεῖν ἐπείσθητε*, qui locus clarissime ostendit quam temere Herw. hic *μᾶλλον ἑτέρου* deleverit; nam *μᾶλλον ἑτέρων* ibi nullo modo *μέσως* vocabuli interpretatio esse potest, cuius sententiam potius *οὐ μᾶλλον ἑτέρων* redderet. Cf. adn. VII 29, 5. — *ἐς αὐτό.* De neutro vid. 74, 1 et adn. 122, 3; de *ἐς* Matth. Gr. § 578 d. Krueg. Gr. § 68, 21 adn. 8. — *οἰκείᾳ*] *φυσικῇ.* Schol. — *καὶ* (idque) *οὔτε ... ἐπιμαθών.* Itaque *φύσει ἦν συνετός, οὐ μαθήσει.* Illud autem secundum Pindarum Ol. II 86 longe praestat. — *βουλῆς.* Est hic deliberatio. — *γνώμων*] *κριτής.* Schol. Cf. Aeschyl. Ag. 1130. *Ἦν* ex superioribus iterandum mente. De omni sententia cf. Nep. Them. 1, 3 sq. — *καὶ τῶν μελλόντων ... εἰκαστής*, scil. *ἦν.* Cum Krueg. *τῶν μελλόντων* cum *ἐπὶ πλεῖστον* et *εἰκαστής* cum

www.fbtool.com.cn

πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής· καὶ
ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε,
ὧν δ' ἄπειρος εἴη κρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο,
τό τε ἄμεινον ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα
μάλιστα· καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν φύσεως μὲν δυνά-
μει, μελέτης δὲ βραχύτητι κράτιστος δὴ οὗτος
αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα ἐγένετο. νοσήσας δὲ 4
τελευτᾷ τὸν βίον· λέγουσι δέ τινες καὶ ἑκούσιον
φαρμάκῳ ἀποθανεῖν αὐτόν, ἀδύνατον νομίσαντα
εἶναι ἐπιτελέσαι βασιλεῖ ἃ ὑπέσχετο. μνημεῖον μὲν 5

**τοῦ γενησομένου** nectat, Reisk. hunc vult esse verborum ordinem: **τῶν μελλόντων εἰκαστὴς ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου**, erat futurarum rerum coniector optimus in longissimum tempus eius quod eventurum erat sive posteritatis (*bis in die fernste Zukunft*), quae interpretatio eo commendatur quod, cum manifesta sit oppositio **τῶν παραχρῆμα** et **τῶν μελλόντων**, hoc pariter cum v. **εἰκαστής** iungi debet atque illud cum v. **γνώμων**. De vv. **ἐπὶ πλεῖστον** cum gen. iunctis vid. adn. 1, 2. Suspectum est Herw. **τοῦ γενησομένου**, quod licet possit abesse, utique intolerabile non est. — **καὶ ἅ.** Krueger **καὶ** deleto quae sequuntur superioribus adnectit. Sed melius separantur. Nam duas easque diversas habemus distinctiones: rerum praesentium et futurarum atque quarum usum Themistocles habebat et quarum non habebat. Insuper hac facta mutatione **ἀπηλλαγμένος** desideraretur. — **μετὰ χεῖρας ἔχοι.** Est in manibus seu inter manus habere, ideoque frequenti usu tractare, **μεταχειρίζεσθαι**. Cf. Matth. Gr. § 587 c. Krueg. Gr. § 68, 27 adn. 2. — **ἐξηγήσασθαι**, explicare oratione. Nam quod alii interpretantur exsequi non aptum est, quia toto verborum circuitu ingenii facultates depinguntur. — **οἷός τε**, scil. **ἦν**. — **κρῖναι . . . οὐκ ἀπήλλακτο**, ab his commode iudicandis non erat alienus (Port.), i. e. „haec probabiliter iudicandi non destitutus erat facultate.“ Haack. — **ἔτι** iunge cum vv. **ἐν τῷ ἀφανεῖ**, dum erat in obscuro. Cf. Arri. VII 28, 4. — **τὸ ξύμπαν εἰπεῖν.** Cf. VII 49, 3. Matth. Gr. § 545. — **μελέτης βραχύτητι**, meditationis brevitate s. celeritate. — **αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα.** Verbis celeriter quae opus erat reperire expressit Nep. Them. 1, 3. Nam **αὐτοσχεδιάζειν** est ex tempore seu subito expedire „neque aut solam actionem aut solam orationem spectat.“ Goell. De extemporali dicendi facultate accipi voluerat schol., de actione Wyttenb. Select. hist. p. 366.

§ 4. De morte Themistoclis cf. Aristoph. Equ. 83 sq. Cic. Brut. 11. Diod. XI 58. Plut. Them. 31 et Cim. 18. Nep. Them. 10. Val. Max. V 6. Nieb. Hist. ant. I p. 434. Dunck. l. l. p. 309 sq. — **λέγουσι δέ τινες καί.** **Καί** ad **λέγουσι** pertinens propter **δέ** transpositum est. Cf. II 85, 1. IV 54, 3. V 54, 1. — **ἑκούσιον.** Cf. Krueg. Gr. § 57, 5 adn. 2.

§ 5. **μνημεῖον** ut V 11, 1 est **μνῆμα, τάφος**. — **Μαγνη-**

www.libtool.com.cn



*οὖν αὐτοῦ ἐν Μαγνησίᾳ ἐστὶ τῇ Ἀσιανῇ ἐν τῇ ἀγορᾷ· ταύτης γὰρ ἦρχε τῆς χώρας, δόντος βασιλέως αὐτῷ Μαγνησίαν μὲν ἄρτον, ἣ προσέφερε πεντήκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ, Λάμψακον δὲ οἶνον (ἐδόκει γὰρ πολυοινότατον τῶν τότε εἶναι),*
6 *Μυοῦντα δὲ ὄψον. τὰ δὲ ὀστᾶ φασι κομισθῆναι αὐτοῦ οἱ προσήκοντες οἴκαδε κελεύσαντος ἐκείνου καὶ τεθῆναι κρύφα Ἀθηναίων ἐν τῇ Ἀττικῇ· οὐ γὰρ ἐξῆν [θάπτειν] ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντος.*

*σίᾳ . . . τῇ Ἀσιανῇ.* Epitheton non satis aptum, cum duae in Asia Magnesiae commemorentur. Cf. Kiepert. Geogr. ant. § 110. 113. Sed similiter II 56, 4 *Ἐπίδαυρον τῆς Πελοποννήσου*, etsi duae in Peloponneso sitae sunt Epidauri. Est autem hic Magnesia ad Maeandrum sita. Vid. Diod. XI 57, 7 et Pseudo-Them. XIX 53. Hanc urbem Themistocles, postquam e Perside rediit, domicilium sibi constituerat. — *ἐν τῇ ἀγορᾷ.* Aliter Nep. Them. 10, 3: sed cum Thuc. consentit Plut. Them. 32. Sepulcrum in urbe honoris causa factum est. Cf. V 11, 1. — *δόντος βασιλέως κ. τ. λ.* De urbibus Themistocli a rege Persarum donatis cf. Dunck. l. l. p. 306. Duas praeterea addunt quidam, velut Athen. p. 29 f., sed plerique in tribus acquiescunt, ut Strab. p. 636. Diod. l. l. Nep. l. l. Ad universum hunc morem donandi regum Persarum illustrandum interpretes conferunt Plat. Alcib. I p. 123 b. Add. Xen. Anab. I 4, 9. — *Μαγνησίαν μὲν ἄρτον.* Praepositionem *εἰς* addunt Herod. II 98. Xen. l. l. Diod. l. l. Plut. Them. 29. Athen. l. l., omittit Plat. l. l. et Strab. l. l. Utrumque recte; nam *εἰς ἄρτον* est ad panem parandum vel praebendum, *ἄρτον* (tanquam) panem, pro pane. Cf. adn. VIII 29, 1 et Ellendt. ad Arri. Anab. I 26, 5. — *Λάμψακον.* Ibi vitium et hortorum culturam floruisse vel ex Priapi cultu apparet. — *πολυοινότατον.* Cf. adn. 10, 1. *Μυοῦντα*] *πόλις* (Ionica) *Καρίας ὁ Μυοῦς.* Schol. Cf. III 19, 2. — *ὄψον.* Diod. l. l. *εἰς ὄψον ἔχουσαν θάλατταν εὔιχθυν.* Etenim *ὄψον* posterioribus scriptoribus interdum est piscis. Hic solos pisces dici negat Arn., et recte. Cf. Xen. Oec. 5, 3. Plat. de Rep. 372 c.

§ 6. *τὰ δὲ ὀστᾶ . . . οἴκαδε.* „Quod hic legitur aliorum narrationi adversari recte adnotat Portus. Nam hi ipsos Themistoclis propinquos ossa illius in Atticam reportasse tradiderunt. Vid. Paus. I 1, 2 et Corn. Nep. Them. 10, 5.“ Duk. Nepos adeo ossa Themistoclis clam in Attica ab amicis sepulta esse ipsum Thucydidem memoriae prodidisse scribit, hic eadem neglegentia usus quam aliis quoque locis deprehendimus. Cf. Grot. Hist. V p. 391 (interpr. III p. 224). — *ἐν τῇ Ἀττικῇ.* De sepulcro Themistoclis cf. Plut. Them. 32. Paus. l. l. — *οὐ γὰρ ἐξῆν*, scil. *τεθῆναι αὐτὰ ἐν τῇ Ἀττικῇ.* Quod sequitur *θάπτειν* ad sententiam non sufficit. Nam sepelire eum licebat, non licebat in Attica sepelire. Cf. Xen. Hist. Gr. I 7, 22. Lyc. in Leocr. 113. 115. Marcellin. 55. Iure igitur *θάπτειν* del. Cob. in Mnem. l. l. p. 94. — *φεύγοντος.* Simul

www.libtool.com.cn

τὰ μὲν κατὰ Παυσανίαν τὸν Λακεδαιμόνιον καὶ Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, λαμπροτάτους γενομένους τῶν καθ' ἑαυτοὺς Ἑλλήνων, οὕτως ἐτελεύτησεν.

139. Λακεδαιμόνιοι δὲ ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης 1
πρεσβείας τοιαῦτα ἐπέταξάν τε καὶ ἀντεκελεύσθησαν περὶ τῶν ἐναγῶν τῆς ἐλάσεως· ὕστερον δὲ φοιτῶντες παρ' Ἀθηναίους Ποτειδαίας τε ἀπανίστασθαι ἐκέλευον καὶ Αἴγιναν αὐτόνομον ἀφιέναι, καὶ μάλιστά γε πάντων καὶ ἐνδηλότατα προύλεγον τὸ περὶ Μεγαρέων ψήφισμα καθελοῦσι μὴ ἂν γενέσθαι πόλεμον, ἐν ᾧ εἴρητο αὐτοὺς μὴ χρῆσθαι τοῖς λιμέσι τοῖς ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ μηδὲ τῇ Ἀττικῇ ἀγορᾷ. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι οὔτε τἆλλα ὑπ- 2
ήκουον οὔτε τὸ ψήφισμα καθῄρουν, ἐπικαλοῦντες ἐπεργασίαν Μεγαρεῦσι τῆς γῆς τῆς ἱερᾶς καὶ τῆς ἀορίστου καὶ ἀνδραπόδων ὑποδοχὴν τῶν ἀφιστα-

audi αὐτοῦ. Ὡς additum est, quod ex sententia legis res exprimitur.

Cap. 139. § 1. ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης πρεσβείας. Reditur ad 126, 2. — Ποτειδαίας. Quam obsidebant. Cf. c. 64 sqq. — Αἴγιναν αὐτόνομον ἀφιέναι. Cf. 67, 2. — μάλιστα ... προύλεγον. Cf. Plut. Pericl. 29, qui in legatis nominat Polyarcen, et de vi verbi προύλεγον adn. 26, 5. 43, 1. VII 50, 3. — τὸ περὶ Μεγαρέων ψήφισμα. Vid. 67, 4. Cf. etiam Suid. in ἀνελεῖν. — μὴ ἄν. De μή vid. adn. V 49, 5.

§ 2. τἆλλα ὑπήκουον. Cf. adn. 26, 3. — ἐπικαλέσαντες, exprobrantes. Cf. II 27, 1. IV 23, 1. 133, 1. — ἐπεργασίαν. Est hic fere idem atque simplex ἐργασία. Cf. Ellendt. ad Arri. VI 17, 10 et de re Paus. I 36, 3 (ubi ἐπεργάζεσθαι legitur), Plut. Pericl. 30. Ullrich. de Psephism. Megar. p. 36 sq. — τῆς γῆς τῆς ἱερᾶς καὶ τῆς ἀορίστου] τὴν γῆν λέγει τὴν μεταξὺ Μεγάρων καὶ Ἀττικῆς ἥντινα ἀνέθεσαν ταῖς Ἐλευσινίαις θεαῖς. τὴν αὐτὴν δὲ λέγει καὶ ἀόριστον. ἀόριστος δέ ἐστιν ἡ μὴ ἔχουσα ὅρους μηδὲ σπειρομένη. Schol. Cf. Phot. Bibl. p. 534, 12. At iterato articulo duplex terrae genus distingui Goeller recte videtur docere; significari terram partim deabus Eleusiniis sacram, agrum templi Eleusinii, partim terram in confiniis iacentem, nullis limitibus discriptam nec tamen diis sacram. Assentitur Grot. Hist. VI p. 102 (interpr. III p. 372). Cf. Reingan. Megar. p. 80 sq. — ἀνδραπόδων. Aspasiae servos non recte a nonnullis existimari demonstrant Grot. VI p. 133 (interpr. III p. 390) et Mueller-Strueb. Aristoph. p. 47 sq. — ἀφισταμένων, i. e. ἀποφευγόντων. Quod autem praeterea caedes Anthemocriti et raptus duarum meretri-

www.libtool.com.cn

3 μένων. τέλος δὲ ἀφικομένων τῶν τελευταίων
πρέσβεων ἐκ Λακεδαίμονος, Ῥαμφίου τε καὶ Με-
λησίππου καὶ Ἀγησάνδρου, καὶ λεγόντων ἄλλο
μὲν οὐδὲν ὧν πρότερον εἰώθεσαν, αὐτὰ δὲ τάδε
ὅτι „Λακεδαιμόνιοι βούλονται τὴν εἰρήνην εἶναι,
εἴη δ' ἄν, εἰ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφεῖτε,“
ποιήσαντες ἐκκλησίαν οἱ Ἀθηναῖοι γνώμας σφίσιν
αὐτοῖς προυτίθεσαν, καὶ ἐδόκει ἅπαξ περὶ ἁπάν-
4 των βουλευσαμένους ἀποκρίνασθαι. καὶ παριόντες
ἄλλοι τε πολλοὶ ἔλεγον, ἐπ' ἀμφότερα γιγνόμενοι
ταῖς γνώμαις καὶ ὡς χρὴ πολεμεῖν καὶ ὡς μὴ
ἐμπόδιον εἶναι τὸ ψήφισμα εἰρήνης, ἀλλὰ καθ-
ελεῖν, καὶ παρελθὼν Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, ἀνὴρ
κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον πρῶτος Ἀθηναίων, λέγειν
τε καὶ πράσσειν δυνατώτατος, παρῄνει τοιάδε.

Cap. **139.** § 3. *ἀφῆτε* plerique codd. Ad *εἴη ἄν* accommodatus est optativus.

cum Megarensibus dicuntur exprobrata esse, de eo vid. Grot. VI p. 103 (interpr. III p. 373).

§ 3. *τέλος δέ.* Haec usque ad *ἀφεῖτε* affert Doxop. II p. 445 ed. Walz. — *Ῥαμφίου.* De hoc Clearchi patre cf. V 12. 13, 1. 14, 1. VIII 8, 2. 39, 2. 80, 1. Melesippus iterum II 12, 1 nominatur. Agesander videtur Agesandridae pater esse. Vid. VIII 91, 2. — *ὅτι.* Cf. adn. 137, 4. Cum igitur iam hinc incipiat sermo rectus, alterum membrum recto, alterum obliquo sermone enuntiatum esse frustra adnotant Krueg. et Class. — *ποιήσαντες.* Cf. adn. 67, 3. — *γνώμας . . . προυτίθεσαν*, sibi ipsis sententias dicendi potestatem fecerunt. Plerumque *γνώμας* (et *τὴν γνώμην*) *προτιθέναι τινί* de magistratibus dicitur. Cf. III 36, 5. 42, 1. VI 14, 1. Schoem. de Comit. Athen. p. 104. — *ἅπαξ*, ut semel, est *ein für allemal.*

§ 4. *ἐπ' ἀμφότερα . . . ταῖς γνώμαις*, in utramque partem discedentes sententiis. Cf. adn. 83, 3. — *καὶ ὡς μή.* I. e. *καὶ ὡς χρὴ μή.* Krueger sermonem magis legitimum fore, si *ὡς* deleatur, iudicat. Sed hoc aptius esset ad unam sententiam significandam, non ad duas easque diversas. — *τὸ ψήφισμα* est *τὸ περὶ Μεγαρέων.* Genetivus *εἰρήνης* iungendus cum v. *ἐμπόδιον.* — *καθελεῖν.* Cogita *αὐτό.* — *ἀνὴρ . . . πρῶτος.* Vid. de eo plura II 65. — *λέγειν τε κ. τ. λ.* Krueger *καὶ λέγ. τε* conici posse adnotat, addit tamen ipse posse etiam haec per appositionem addita esse, quod iure probat Class., aut per *τέ* haec cum superioribus necti.

Cap. **140.** De Periclis orationibus universis cf. Vischeri Script. min. I p. 435 sqq. Hanc laudat atque admiratur Dion. Hal. p. 920 et Aristid. III p. 226. Simplicem ac dilucidam hanc habet rerum dispositionem ut post exordium (140, 1) primum exponatur La-

www.libtool.com.cn

140. „Τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθηναῖοι, αἰεὶ τῆς 1 αὐτῆς ἔχομαι μὴ εἴκειν Πελοποννησίοις, καίπερ εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε πολεμεῖν καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας, πρὸς δὲ τὰς ξυμφορὰς καὶ τὰς γνώμας τρεπομένους. ὁρῶ δὲ καὶ νῦν ὁμοῖα καὶ παραπλήσια ξυμβουλευτέα μοι ὄντα, καὶ τοὺς ἀναπειθομένους ὑμῶν δικαιῶ τοῖς κοινῇ δόξασιν, ἤν ἄρα τι καὶ σφαλλώμεθα, βοηθεῖν, ἢ μηδὲ κατορθοῦντας τῆς ξυνέσεως μεταποιεῖσθαι. ἐνδέχεται γὰρ τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμάτων οὐχ ἧσσον ἀμαθῶς χωρῆσαι

cedaemonios utique bellum velle nec concedendo id evitari posse (140, 2—141, 2), deinde spes boni eventus ostenditur considerandis belli gerendi facultatibus primum Lacedaemoniorum (141, 2—143, 3) tum Atheniensium (143, 3—144), postremo in peroratione post brevem praeteritionem orator sua consilia proponit (144).

§ 1. *Τῆς μὲν γνώμης ... τῆς αὐτῆς ἔχομαι*, in eadem sententia persto. Cf. Matth. Gr. § 330, 6. Krueg. Gr. § 47, 12. VIII 81, 1. De collocatione verborum vide adn. V 115, 1, de re cf. 127, 3. — *τοὺς ἀνθρώπους ... πράσσοντας*, homines non eodem ardore animorum adduci ut bellum gerant atque in ipso opere agere, i. e. inverso membrorum ordine *dass die Menschen bei der Ausführung mit geringerem Eifer handeln als (sie zeigen, wenn) sie sich zum Kriege bereden lassen.* Cf. 120, 5 et verba II 8, 1 *ἀρχόμενοι γὰρ πάντες ὀξύτερον ἀντιλαμβάνονται.* *Ὀργή* alibi quoque est ardor, animi impetus. Cf. II 11, 7. V 70, 1. *Ἀναπειθομένους* significat aliud iis persuaderi (cf. adn. 84, 2), ut pro pace bellum sumant. — *πρὸς δὲ τὰς ξυμφοράς*] *πρὸς τὰ συμβαίνοντα.* Schol. Cf. paulo post et Soph. Oed. R. 44. — *τρεπομένους*] *μεταβαλλομένους.* Schol. Hoc Athenienses quoque fecisse videbimus II 59, 1. 61, 2. — *ὁμοῖα καὶ παραπλήσια.* Similiter Demosth. III 27 et Isocr. VII 78. Cf. adn. 22, 4. — *τοὺς ἀναπειθομένους*, scil. *πολεμεῖν* ut ante. — *βοηθεῖν* tuendi vim habet. Cf. Wund. ad Soph. Ant. 671. — *ἢ μηδὲ ... μεταποιεῖσθαι*, aut ne si feliciter quidem res geramus (propr. gerant) prudentiae (laudis) partem ad se vindicare. *Κατορθοῦντας* pro gen. *κατορθούντων* (*ἡμῶν*) dictum esse schol. adnotat, et sententiam ad omnes Athenienses spectare sane ex contraria *ἢν ... σφαλλώμεθα* apparet; sed cf. adn. 10, 4 et cogita insuper callidius et malignius participium ad *τοὺς ἀναπειθομένους* referri. De *μεταποιεῖσθαί τινος* cf. II 51, 5 et adn. I 28, 2, cum sententia cf. II 64, 1. — *ἐνδέχεται γάρ.* Explicatur cur possint *τοῖς κοινῇ δόξασι βοηθοῦντές τι καὶ σφάλλεσθαι.* — *τὰς ξυμφοράς*] *τὰς ἀποβάσεις.* Schol. — *ἀμαθῶς*, ita ut sciri (vel praevideri) non possint, temere, fere idem atque paulo post *παρὰ λόγον*, praeter rationem. Lusum verborum in hac voce quaerit Grot. Hist. VI

www.libtool.com.cn

*ἢ καὶ τὰς διανοίας τοῦ ἀνθρώπου· διόπερ καὶ τὴν τύχην, ὅσα ἂν παρὰ λόγον ξυμβῇ, εἰώθαμεν αἰτιᾶσθαι.*

2 *Λακεδαιμόνιοι δὲ πρότερόν τε δῆλοι ἦσαν ἐπιβουλεύοντες ἡμῖν καὶ νῦν οὐχ ἥκιστα. εἰρημένον γὰρ δίκας μὲν τῶν διαφόρων ἀλλήλοις διδόναι καὶ δέχεσθαι, ἔχειν δὲ ἑκατέρους ἃ ἔχομεν, οὔτε αὐτοὶ δίκας πω ᾔτησαν οὔτε ἡμῶν διδόντων δέχονται, βούλονται δὲ πολέμῳ μᾶλλον ἢ λόγοις τὰ ἐγκλήματα διαλύεσθαι, καὶ ἐπιτάσσοντες ἤδη καὶ*
3 *οὐκέτι αἰτιώμενοι πάρεισιν. Ποτειδαίας τε γὰρ ἀπανίστασθαι κελεύουσι καὶ Αἴγιναν αὐτόνομον ἀφιέναι καὶ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα καθαιρεῖν· οἱ δὲ τελευταῖοι οἵδε ἥκοντες καὶ τοὺς Ἕλληνας*
4 *προαγορεύουσιν αὐτονόμους ἀφιέναι. ὑμῶν δὲ*

Cap. **140.** § 2. *διαφορῶν* optimae membranae. Sed cf. 56, 1. 78, 4. V 18, 4. 45, 1.

p. 144 (III p. 397 interpr.), vix recte. — *τοῦ ἀνθρώπου.* Singularis pariter generatim sine articulo III 39, 5.

§ 2. Hinc incipit prior argumentationis pars, qua ratione supra indicata demonstratur *τὸ δίκαιον.* — *πρότερον*] *ὅτε ἐκώλυον τὸ τεῖχος γενέσθαι.* Schol. Cf. c. 90, sed etiam 107, 4 et 114. — *καὶ νῦν οὐχ ἥκιστα.* Cf. adn. 86, 2. — *εἰρημένον.* Cf. II 47, 3. V 30, 1. 39, 3. VII 18, 2. 77, 6. Matth. Gr. § 564 extr. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 5. Erat autem hoc constitutum *ἐν ταῖς σπονδαῖς ταῖς τριακοντούτεσι.* Schol. Cf. adn. 78, 4. — *δίκας . . . διδόναι καὶ δέχεσθαι.* Commercium iuris praebendi repetendique vocat Liv. XLI 24, 16. Hac formula contineri ut quae lites legationibus ultro citroque missis componi non potuerint arbitrio liberae alicuius civitatis utrisque amicae permittantur ex 28, 2, ubi vid. adn., et V 79, 4 intellegitur. — *ἔχειν . . . ἃ ἔχομεν.* Nota foederum formula (cf. IV 65, 1. 118, 4. Orat. de Halon. 26. Polyb. V 103), tunc tamen non sine exceptionibus quibusdam sancta. Vid. 115, 1. — *ἡμῶν διδόντων.* Vid. 78, 4 et de vi illius *διδόντων* adn. 85, 2. — *ἢ λόγοις*, scil. quibus in iudicio disceptatur. Cf. 86, 3. Praepropere Cobeto obsecutus hoc del. Herw.

§ 3. *Ποτειδαίας . . . καθαιρεῖν* tanquam ex 139, 1 repetita del. Cob. l. l. Sed sic mutilatur sententia. Nam praecessisse haec *καί* (etiam, praeterea) quod est ante *τοὺς Ἕλληνας* ostendit. Cf. infra adn. § 3. — *τὸ Μεγαρέων ψήφισμα.* 139, 1 *τὸ περὶ Μεγ. ψήφ.* Cf. *τὸ ψήφισμα τὸ τοῦ φόρου* Inscr. Att. I n. 38 f. adn. 61, 1. Krueg. Gr. § 47, 7 adn. 6. — *οἱ δὲ τελ. οἵδε ἥκοντες.* De collocatione verborum vid. Krueg. Gr. § 50, 11 adn. 20. Cf. III 95, 3 *οἱ δὲ Ὀζόλαι οὗτοι Λοκροί.*

§ 4. βραχέος. Cf. adn. 14, 3. — ὅπερ ... καθαιρεθείη. Per attractionem usitatiorem in enuntiatis qualia sunt ὁ ἀνὴρ ὃν οἶσθα ὅτι ἦλθεν vel ὅστις ἐστίν pron. ὅπερ ad προύχονται (i. e. προβάλλονται) relatum videtur pro vv. ὅπερ εἰ καθαιρεθείη, μάλιστα προύχονται μὴ κ. τ. λ. Krueger quidem ὅπερ, etiam ut nunc collocata sunt verba, nominativum vult esse, sed id vix concedit collocatio illorum μάλ. προύχ. Verba εἰ καθαιρεθείη ... πόλεμον Cob. auctore del. Herw. tanquam ex 139, 1 hic addita. Nobis tamen ad προύχονται accuratius definiendum valde videntur utilia esse. Nam si absunt, dubium est utrum ὅπερ ad ψήφισμα an ad totum enuntiatum περὶ βραχέος ... καθέλοιμεν referatur et neutrum satis aptum. Nam si ad totum illud enuntiatum spectat, non satis conveniunt Periclis verba cum iis quae 139, 1 de eadem re narrata sunt; si autem ad solum ψήφισμα pertinet, minus distinctus evadit sermo; nam causae suae defendendae non ipsum populiscitum Megaricum Lacedaemonii praetendunt, sed Athenienses id abrogare recusantes, et eo nomine diversum est

nullo m
quae ac
suspicio
ἐν ...
in vob
vestris
linquat
tiamini
μήσατε
μησετε
valet qua
peritis,
tempus b
crimen a
rum sit.

§ 5. τ
De indefin
finito et p
iuncto vid
cian. p. 18
Alex. 56.
*dieses als*
*trachtete.* -
firmatio
πεῖραν co
μης, ex
ἔχειν π
est atque a
III 2, 16 p
tinere do
tiae s. a
documento
sententia s
v. πεῖρα.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

μεῖζον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσαντες· ἀπισχυρισάμενοι δὲ σαφὲς ἂν καταστήσαιτε αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ ἴσου ὑμῖν μᾶλλον
1 προσφέρεσθαι. 141. αὐτόθεν δὴ διανοήθητε ἢ
ὑπακούειν πρίν τι βλαβῆναι ἤ, εἰ πολεμήσομεν, ὡς ἔμοιγε ἄμεινον δοκεῖ εἶναι, ⟨ὡς⟩ καὶ ἐπὶ μεγάλῃ καὶ ἐπὶ βραχείᾳ ὁμοίως προφάσει μὴ εἴξοντες μηδὲ

§ 5. *καταστήσαιτε* Vat. cum paucis deterioribus; plerique *καταστήσετε*, propter adiunctum *ἂν* intolerabile. Cf. adn.

Dionys. Ant. R. VI 62 *ὥστε εἰ τὰ πρῶτα συγχωρήσετε, συμφέροντα εἶναι νομίσαντες, ἕτερόν τι χεῖρον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε καὶ αὖθις ἄλλο τούτου χαλεπώτερον, ὡς φόβῳ καὶ τὰ πρῶτα ὑπακούσαντες*, quem hunc ipsum locum accuratissime imitatum esse elucet, *ὥστ'* coniecit Burges. Sed apud Th. potius causa quam consequentia adiungitur et alia apud Dionys. est sententiarum cohaerentia. Minus apte *ἧς* Dobr., melius *ὡς* Poppo et *ὃ ἴστε* Steup. Quaestt. Thuc. p. 47 sqq. Aptum etiam esset *ᾧ* (cf. VII 72, 4) vel *οἷ γ'* (cf. adn. VIII 76, 6), nisi omnino de scripturae vitio nos cogitare vetaret exemplorum supra allatorum copia, ex quibus huic loco simillimum est IV 26, 4, ubi relativum *οὓς* item ad nomen multo ante in alio enuntiato praegressum (*τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Λακεδαιμονίους* § 1) refertur. — *καὶ ἄλλο ... ἐπιταχθήσεσθε*. Nam initium semper a parvis iniusta imperandi fieri dicit Liv. XXXV 17, 7. De compositione verborum cf. Matth. Gr. § 424, 2. Krueg. Gr. § 52, 4 adn. 2. — *ὡς ... ὑπακούσαντες*, quod timore etiam hoc (*τὸ βραχύ τι τοῦτο*) concesseritis. Proclive est *ὡς φόβῳ κἂν τοῦτο ὑπακούσαντες*, quod timore etiam hoc (scil. *τὸ μεῖζον ὃ εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε*) concessuri sitis, conicere, nisi obstaret Dionysii imitatio supra allata, quem *καὶ τοῦτο* legisse et *τοῦτο* ad *τὸ βραχύ τι τοῦτο* rettulisse manifestum est. — *ἀπισχυρισάμενοι*] *ἰσχυρῶς ἀπαγορεύσαντες*. Schol. — *ἂν καταστήσαιτε* vim futuri habet. Cf. adn. III 38, 2. VI 91, 3. Inutilis est Madvigii (Adv. crit. I p. 309) coniectura *σαφὲς ἐγκαταστήσετε*. Cf. 32, 2. III 40, 8. VII 44, 4. — *ἀπὸ τοῦ ἴσου ... προσφέρεσθαι*, ex aequo (cf. adn. 77, 3) vobiscum potius (quam ex iniquo) agendum esse. Cf. Krueg. Gr. § 55, 3 adn. 13.

Cap. 141. § 1. *αὐτόθεν* illico. Cf. VI 21, 2 et Bonitz. l. l. p. 31 sq. — *εἰ πολεμήσομεν ... μὴ εἴξοντες*. Plerique interpretes participia cum ipso verbo *διανοήθητε* tanquam inde pendentia iungunt, ad quam rationem comprabandam Class. VI 78, 1 *ἐνθυμηθήτω μαχούμενος* confert. Sed ibi *ἐνθυμεῖσθαι* verbum sentiendi est, cum hic *διανοεῖσθαι* pro verbo volendi sit. Quod vero Krueg. ad hanc rationem commendandam vertit: *seid gesinnt wie Männer die*, ad hanc sententiam exprimendam participium cum *ὡς* iunctum opus est, neque ullum omnino exstat exemplum verbi *διανοεῖσθαι* cum nudo participio iuncti. Neque licet similiter atque

www.libtool.com.cn

ξὺν φόβῳ ἕξοντες ἃ κεκτήμεθα. τὴν γὰρ αὐτὴν δύναται δούλωσιν ἥ τε μεγίστη καὶ ἐλαχίστη δικαίωσις ἀπὸ τῶν ὁμοίων πρὸ δίκης τοῖς πέλας ἐπιτασσομένη.

Τὰ δὲ τοῦ πολέμου καὶ τῶν ἑκατέροις ὑπαρ- 2

VII 68, 1, ubi cf. adn., ex *διανοήθητε* verbum perpendendi cogitare, unde pariter atque ab *ἐνθυμεῖσθαι* VI 78, 1 participia pendeant; nam perpendendi notio hic non apta est, sed decernendi, et obstant *μή* et *μηδέ*, pro quibus *οὐκ* et *οὐδέ* requireretur ut VI 78, 1. Neque aliae sunt idoneae huius loci qualis traditus est expediendi rationes. Nam magnam difficultatem habet ex verbis *εἰ πολεμήσομεν* ad *καὶ . . . εἴξοντες κ. τ. λ. πολεμεῖν* audire, et ita necesse esset participiis *ὡς* addi, quoniam cogitationi eorum qui bellum gerere iuberentur tribuendum esset non cedendi et sine timore possidendi consilium. Cf. adn. 2, 6 et IV 10, 1. Idem fieri necesse esset, si *εἰ πολεμήσομεν* verteremus num bellum gesturi simus; praeterea hoc ideo ineptum est quod alterutrum fieri Pericles iubet et, si oboedire noluerint, alterum utique faciendum est. Si autem *ὡς*, quod iam Arn. desideravit, addimus, ne opus quidem est ita vertere aut *πολεμεῖν* subaudire, sed ipsa participia ex verbo *διανοήθητε*, animum inducite, decernite, apta esse possunt. Cf. Plat. Menex. 241 d *ἠγγέλλετο βασιλεὺς διανοεῖσθαι ὡς ἐπιχειρήσων πάλιν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας*, Legg. 755 b. 763 a. 783 a. 964 a. Apud ipsum Th. VII 5, 4 *διανοεῖσθαι οὕτως ἐκέλευεν αὐτοὺς ὡς . . . οὐκ ἔλασσον ἕξοντας*, ubi tamen *διανοεῖσθαι* vi volendi carens sentire, cogitare valet. Ceterum orator toto verborum circuitu cum ironia quadam duarum rerum optionem dat quarum alteram et antea ipse dissuasit et hic verbis *ὡς ἔμοιγε ἄμεινον δοκεῖ εἶναι* posthabendam esse indicat. — *δύναται* ut valet est significat. Cf. III 46, 2. IV 95, 1. VI 36, 2. 40, 2. — *δικαίωσις*] *κέλευσις, πρόσταξις*. Schol. Propr. *ἀξίωσις*. Cf. IV 86, 6. V 17, 2. „Hoc inter poëtica apud Thuc. refert Dion. Hal. p. 794, quanquam et ipse eo saepius utitur. Legitur, ut *δούλωσις*, etiam apud Dion. Cass. et Plut., nusquam apud poëtas (cf. ab Has. dicta in Steph. Thes. v. *πρέσβευσις*). De aliis significationibus eius cf. III 82, 4. VIII 66, 2. Articulum *ἡ* ante *ἐλαχίστη* repeti vult Cob. l. l. Sed cf. II 49, 5. IV 63, 2. — *ἀπὸ τῶν ὁμοίων*. Disputatur utrum *ὁμοίων* sit masculinum, an neutrum. Si illud verum est, de *ἀπό* cf. adn. c. 17 et *ὅμοιοι* sunt pares, ut 42, 4; sin hoc, ut *ἀπὸ τῶν ὁμοίων* fere idem atque *ἀπὸ τοῦ ἴσου* significent, cf. *ἀπὸ τῶν εἰκότων* VI 23, 3 et dicendi genera ea in quibus *ἐκ* cum pluralibus adiectivorum similiter iungitur velut *ἐκ τῶν δυνατῶν* (II 3, 3), *ἐκ τῶν παρόντων* (III 29, 2), *ἐκ τῶν ὑπαρχόντων* (VII 76). Vid. Matth. Gr. § 574 p. 1334. Hoc praefert Bonitz. l. l. p. 24, illud Herbst. adv. Cob. p. 51. Krueg. Class., quibus nos assentimur propter VIII 89, 3, ubi cf. adn. Vide etiam adn. 77, 4. — *πρὸ δίκης*. Gl. Lugd. *πρὸ τοῦ δικάσασθαι*.

§ 2. Sequitur *τὸ ὠφέλιμον*, quod in spe boni eventus positum est, quae pars opponitur Corinthiorum verbis c. 121 sq. et complectitur duos locos, ut supra diximus. — *τῶν . . . ὑπαρχόντων*. Exspectes for-

www.libtool.com.cn

χόντων ὡς οὐκ ἀσθενέστερα ἕξομεν γνῶτε καθ᾽
3 ἕκαστον ἀκούοντες. αὐτουργοί τε γάρ εἰσι Πελο-
ποννήσιοι καὶ οὔτε ἰδίᾳ οὔτε ἐν κοινῷ χρήματά
ἐστιν αὐτοῖς, ἔπειτα χρονίων πολέμων καὶ διαπον-
τίων ἄπειροι διὰ τὸ βραχέως αὐτοὶ ἐπ᾽ ἀλλήλους
4 ὑπὸ πενίας ἐπιφέρειν. καὶ οἱ τοιοῦτοι οὔτε ναῦς
πληροῦν οὔτε πεζὰς στρατιὰς πολλάκις ἐκπέμπειν
δύνανται, ἀπὸ τῶν ἰδίων τε ἅμα ἀπόντες καὶ ἀπὸ
τῶν αὐτῶν δαπανῶντες καὶ προσέτι καὶ θαλάσσης
5 εἰργόμενοι· αἱ δὲ περιουσίαι τοὺς πολέμους μᾶλλον
ἢ αἱ βίαιοι ἐσφοραὶ ἀνέχουσιν. σώματί τε ἑτοι-
μότεροι οἱ αὐτουργοὶ τῶν ἀνθρώπων ἢ χρήμασι

Cap. **141.** § 4. πληροῦντες codd. Cf. adn.

sitan τὰ ... ὑπάρχοντα, sed rationem facultatum pro ipsis facultatibus dixit. Cf. Matth. Gr. § 285. — ὡς. Cf. adn. 77, 2.

§ 3. **αὐτουργοί** = γεωργοί 142, 7. Sunt qui opus ipsi faciunt, i. e. agros ipsi sive suis manibus sive, ut Spartiatae, per servos colunt neque fructuum alieno opere genitorum mercaturas faciunt. Cf. Plat. Soph. 223 d. — **οὔτε ἰδίᾳ ... αὐτοῖς.** Cf. adn. 80, 4. — **διαποντίων**, transmarinorum (velut in Ionia gerendorum). — **βραχέως**, per breve tempus. Hoc contrarium superiori χρόνιος, sicut ἐπ᾽ ἀλλήλους superiori διαπόντιος. Ceterum non male βραχεῖς legeretur. — **ἐπιφέρειν.** Simul audi πολέμους.

§ 4. **οὔτε ναῦς ... δύνανται.** In tradita scriptura ἐκπέμπειν etiam ad prius membrum spectare et πληροῦντες ad solas ναῦς referri putant. Sed ita potius πληρώσαντες exspectaremus et molestissima omnis haec est verborum structura. Emend. Herw. — **ἀπὸ τῶν ἰδίων ... ἀπόντες.** Et idcirco agriculturam neglegentes, qua sustentantur. — **ἀπὸ τῶν αὐτῶν ... δαπανῶντες.** „Spartani cives [contra atque tunc Athenienses] in bello non publice, sed suis sumptibus alebantur.“ Haack. Idem haud dubie de ceteris Peloponnesiis dicendum, qui commeatum in expeditionibus secum portabant. Cf. II 10, 1. — **θαλάσσης εἰργόμενοι**, maris usu (et mercatura maritima) exclusi. Cf. II 85, 1. III 115, 3. VIII 24, 6.

§ 5. **αἱ δὲ περιουσίαι.** Significantur opes in thesauris conditae, quales erant Atheniensibus. Vid. II 13, 3. — **αἱ βίαιοι ἐσφοραί.** Respicitur ad verba Corinthiorum 121, 5 et designantur violentae pecuniarum collationes, quibus tamen mox ne Athenienses quidem caruerunt. Vid. III 19, 1 et ibi adn. — **ἀνέχουσι**, sustentant. Similia tamen desunt verbi ἀνέχειν exempla, ut iam monuit Class. Quid significaret hic iam antiquiores grammatici dubitaverunt. Suid. enim σῴζουσιν interpretatur et schol. βαστάζουσιν, αὐξάνουσιν, quorum nihil aptum. Suspicari igitur licet ipsum Th. τοῖς πολέμοις ... ἀντέχουσιν, bellis suppetunt, scripsisse. Cf. 65, 1 et Herod. VII 58 Μέλανα ποταμὸν οὐκ ἀντι-

www.libtool.com.cn

πολεμεῖν, τὸ μὲν πιστὸν ἔχοντες ἐκ τῶν κινδύνων κἂν περιγενέσθαι, τὸ δὲ οὐ βέβαιον μὴ οὐ προαναλώσειν, ἄλλως τε κἂν παρὰ δόξαν, ὅπερ εἰκός, ὁ πόλεμος αὐτοῖς μηκύνηται. μάχῃ μὲν γὰρ μιᾷ 6
πρὸς ἅπαντας Ἕλληνας δυνατοὶ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἀντισχεῖν, πολεμεῖν δὲ μὴ πρὸς ὁμοίαν ἀντιπαρασκευὴν ἀδύνατοι, ὅταν μήτε βουλευτηρίῳ ἑνὶ χρώμενοι παραχρῆμά τι ὀξέως ἐπιτελῶσι πάντες τε ἰσόψηφοι ὄντες καὶ οὐχ ὁμόφυλοι τὸ ἐφ' ἑαυτὸν ἕκαστος σπεύδῃ· ἐξ ὧν φιλεῖ

§ 6. ἐφ' ἑαυτῶν Gr. m., ubi pluralis minus aptus est ad ἕκαστος σπεύδῃ, ὑφ' ἑαυτῶν Ar. Chr. Cf. adn.
σπεύδει It. Aug. corr. Laur. et aliquot deteriores. Sed etsi ab enuntiato aliunde pendenti interdum in non suspensum transitur (cf.

σχόντα τῇ στρατιᾷ. — τὸ μὲν ... περιγενέσθαι, alterum quidem (i. e. corpora) ex periculis etiam evadere posse persuasum habentes. — τὸ δὲ ... προαναλώσειν, alterum vero (i. e. pecunias) non certum (existimantes) se non ante (belli finem) consumpturos. De μὴ οὐ vid. Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 6. Cf. VIII 60, 1. 71, 1.

§ 6. μάχῃ ... πολεμεῖν. Similes distinctiones proelii et belli vid. apud Ritt. ad Tac. Ann. II 87. — ἀντισχεῖν. Krueger ἀντίσχειν scripsit, sed aoristum unius pugnae commemorationi congruentiorem esse adnotat Class. — μὴ πρὸς ὁμοίαν παρασκευήν, adversus dissimilem apparatum. Cf. Hart. de Partic. II p. 174. Krueg. Gr. § 67, 9 et 10 adn. 4. Rem fore haud cum imparatis similiter Liv. XXI 49, 11. — ὅταν pro ὅτι secundum Matth. Gr. § 624, 2. Temporis tamen notionem (dum, *so lange als*) non prorsus interire adnotat Krueg. Cf. 142, 1. — μήτε βουλευτηρίῳ ἑνὶ χρώμενοι ... ἐπιτελῶσι. Ad μήτε deinde τέ refertur. Cf. adn. c. 17 extr. Negatio ut ad totam enuntiationem ita ad participium pertinet, ut 78, 1. 84, 2. 85, 1. IV 126, 5. Quod autem Peloponnesii negantur consilium unum (idemque) habere, de senatu omnium communi (*Bundesrath*) videtur accipiendum esse, qui opponatur quodammodo ἑνὶ βουλευτηρίῳ Atheniensium (II 15, 1), penes quod tum, cum omnes praeter Chios et Lesbios sociae civitates Atheniensium dominationi subiectae erant, omnium rerum summa erat potestas. Nam quod Schoemannus Antiqu. iur. publ. p. 426 haec ideo dici scribit quia legitimi ac statis temporibus habendi conventus nulli fuerint, id in βουλευτηρίῳ ἑνί inesse non potest. — ἰσόψηφοι ὄντες. De aequalitate suffragiorum, non solum de iure omnium suffragia ferendi videtur accipiendum. Cf. III 79, 3. — οὐχ ὁμόφυλοι. Praeter Dorienses enim plerosque etiam nonnulli populi Aeolici, velut Boeoti, et ex Pelasgis orti, sicut Arcades, denique Pellenenses Achaei foederis Laconici consortes erant. — Ad ἐφ' ἑαυτόν pro magis usitato ἐφ' ἑαυτοῦ cf. adn. IV 28, 1. — σπεύδῃ. Cf. Matth. Gr. § 302 a adn.

www.libtool.com.cn

7 μηδὲν ἐπιτελὲς γίγνεσθαι. καὶ γὰρ οἱ μὲν ὡς μάλιστα τιμωρήσασθαί τινα βούλονται, οἱ δὲ ὡς ἥκιστα τὰ οἰκεῖα φθεῖραι. χρόνιοί τε ξυνιόντες ἐν βραχεῖ μὲν μορίῳ σκοποῦσί τι τῶν κοινῶν, τῷ δὲ πλέονι τὰ οἰκεῖα πράσσουσι, καὶ ἕκαστος οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀμέλειαν οἴεται βλάψειν, μέλειν δέ τινι καὶ ἄλλῳ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τι προϊδεῖν, ὥστε τῷ αὐτῷ ὑπὸ ἁπάντων ἰδίᾳ δοξάσματι λανθάνειν
1 τὸ κοινὸν ἀθρόον φθειρόμενον. 142. μέγιστον δὲ τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται, ὅταν σχολῇ αὐτὰ ποριζόμενοι διαμέλλωσιν· τοῦ δὲ πο-

sd. 37, 4), ei rei hic particulae *μήτε . . . τε*, quarum prior inutilis est, nisi ambo enuntiata ex *ὅταν* pendent, obstant.

§ 7. *τὰ οἰκεῖα φθεῖραι*] *ἐκ τοῦ πολεμεῖν, τῇ ἀπουσίᾳ.* Schol. Cf. § 4. — *χρόνιοι*, tarde. Cf. Matth. Gr. § 446, 9. Krueg. Synt. dial. § 57, 5 adn. 4. — *ξυνιόντες.* *Ἐς ξυλλόγους* seu *ξυνόδους* (*Bundesversammlungen*, *Tagsatzungen*). Cf. c. 67. 119. — *ἐν βραχεῖ μορίῳ . . . τῷ δὲ πλέονι*, *zum geringen Theile . . . grösstentheils.* De *ἐν* praep. cf. adn. 93, 5 et Latinum in parte (Quint. Inst. or. II 8, 6. IV 5, 13). Ita subaudire aliquid non videtur opus esse. Sed si opus esset (cf. 85, 1), e voce *ξυνιόντες* potius *τῆς ξυνόδου* suppleremus quam cum Class. *τοῦ χρόνου* ex *χρόνιοι*. Nam nec facile hoc est et in hanc sententiam magis in promptu erat ipsum *ἐν βραχεῖ χρόνῳ*. Ad *πλέον* quoque superius *ἐν* cogitari potest (cf. Krueg. Gr. § 68, 9), sed non est necesse. Ceterum contra facere hic Pericles Peloponnesios dicit quam fieri oportere Corinthii 120, 1, ubi cf. adn., pronuntiaverunt. — *παρά*, propter. Cf. Matth. Gr. § 588 c *δ'*. Krueg. Gr. § 69. 36 adn. 6. — *βλάψειν*] *τὰ κοινά.* Schol. Cf. Krueg. Gr. § 52. 1 adn. 2. — *ὑπὲρ ἑαυτοῦ*, suo loco, ut *ἀντί*. Cf. Matth. Gr. § 582. *Τὶ προϊδεῖν* enim ad rerum publicarum curam spectat. — *τῷ αὐτῷ . . . δοξάσματι*, *durch dieselbe selbstsüchtige Ansicht aller;* omnes enim rerum communium curam aliis permittentes sibi quisque prospiciendum censebant. De *ἰδίᾳ* vid. adn. 95, 2, *ὑπὸ ἁπάντων δόξασμα* ut *φυγὴ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων* VIII 6, 4 et similia. Cf. adn. II 65, 9. — *ἀθρόον* iunge cum *φθειρόμ.* Cf. II 60, 2.

Cap. **142.** § 1. *μέγιστον.* Cf. Matth. Gr. § 432, 5 p. 972. Krueg. Gr. § 57, 10 adn. 12. Sine articulo, qui plerumque addatur, etiam VI 69, 3 legi docet Krueg. Idem deinde *δή* pro *τῇ* scribendum conicit conferens II 52, 4. Et *σπάνει, ἀπορίᾳ, ἐνδείᾳ* addito genetivo solere sine articulo poni sane fatendum est. Cf. tamen VII 60, 5. — *ὅταν.* Cf. adn. 141, 6. — *κωλύσονται* vim passivam habet. Cf. Matth. Gr. § 494 II a. — *σχολῇ*] *βραδέως.* Schol. At Portus aegre. Cf. *οὔτε ἑτοίμως* 80, 4 ibique adn. — *ποριζόμενοι.* Quo modo hoc facturi fuerint disce ex 121, 3.

*εἰρωνείαν.* Exquisitum vocabulum est *μενετός.*

§ 2. *καὶ μὴν οὐδέ,* et vero (vel iam vero) ne ... quidem. — *ἡ ἐπιτείχισις.* Etenim Corinthii 122, 1 minati erant *ἐπιτειχισμὸν τῇ χώρᾳ.* Vid. ibi adn. — *φοβηθῆναι* non praeter consuetudinem sensu passivo accipiendum est, sed activo. Cf. *ἄξιος θαυμάσαι* 138, 3.

§ 3. *τὴν μὲν γὰρ ... παρασκευάσασθαι,* hanc enim difficile est ita comparare ut urbs par (nostrae urbi) evadat *(als eine uns gewachsene Stadt).* Cf. adn. 99, 3. 138, 5. Urbi infra opponitur castellum (*φρούριον*) et Th. duo genera munimentorum quae contra hostes exstruantur distinguit, urbes et castella, quorum illae ut Romanorum coloniae ad terram hostium perpetuo occupandam muniuntur, haec ad agrum hostilem singulis incursionibus infestandum. Ita haec verba omni offensione carent. Inepta est Rauchensteinii coniectura *πόλει* (Phil. XXII p. 179 sqq.), qua diluitur oppositio duorum *ἐπιτειχίσεως* generum, et inscite eam postea ita sustentare studuit ut diceret *ἐπιτείχισιν* non esse nisi munimentum ipsis urbis moenibus obstructum,

Samum
Class. τ
ad illa
6. 32, 5,
Vide ad
*πον δη*
— *οὐχ*
*πιτετε*
tur utru
passivun
hoc volu
nos no
advers
bis exs
dii *ἐπιτ*
exemplu
*χίζεσθαι*
III 105, 1
hic desid
remus in
*πιτετειχι*
*ἂν ἀντε*
Class. co
studet ut
tione orat
Cytheris
gnantem
est orator
sonam e
est cur i
si cum p
*τειχισμέν*
cum et
eos mu
et ipsi mu

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn


4 φρούριον δ' εἰ ποιήσονται, τῆς μὲν γῆς βλάπτοιεν
ἄν τι μέρος καταδρομαῖς καὶ αὐτομολίαις, οὐ μέν-
τοι ἱκανόν γε ἔσται ἐπιτειχίζειν τε κωλύειν ἡμᾶς
πλεύσαντας ἐς τὴν ἐκείνων καί, ᾗπερ ἰσχύομεν,
5 ταῖς ναυσὶν ἀμύνεσθαι. πλέον γὰρ ἡμεῖς ἔχομεν

**ἐπιτειχίζειν** proprie nihil aliud valet quam contra munire, quam vim retinuimus. De **ἀντεπιτετειχισμένων** ad ipsos Athenienses relato cf. 93, 8.

§ 4. **φρούριον δ' εἰ ποιήσονται.** De collocatione verborum vid. adn. 10, 2. Contrarii causa **φρούριον** cum emphasi praepositum est. — **καταδρομαῖς καὶ αὐτομολίαις.** Id Decelea munita accidit. Vid. VII 27, 5. — **αὐτομολίαις**, transfugiis (cf. adn. VII 13, 2), i. e. quia servi tunc ad eos transfugient. — **οὐ μέντοι ... ἐκείνων**, non tamen (illud **φρούριον**) sufficiet ad nos prohibendos quominus in illorum agros navigantes munitionem adversus illos exstruamus. Eiusmodi **ἐπιτειχίσεις** Atheniensium in Peloponneso postea Pylus (IV 3, 7) et Methana (IV 45, 2) fuerunt. — **τὴν ἐκείνων.** Cf. adn. 44, 2. — **ᾗπερ ... ταῖς ναυσίν.** Similiter II 13, 2 **τὸ ναυτικόν, ᾗπερ ἰσχύουσιν.**

§ 5. **πλέον γὰρ κ. τ. λ.** Plurimi editores codd. scripturam ita interpretantur ut iungant **πλέον γὰρ ἐμπειρίας τοῦ κατὰ γῆν ἡμεῖς ἔχομεν ἐκ τοῦ ναυτικοῦ.** Contra dixit Class. **πλέον** nusquam cum genet. partitivo iungi et verborum collocationem suadere ut iungatur **ἐκ τοῦ ναυτικοῦ ἐμπειρίας** et Th. non in ea fuisse sententia ut Periclem dicentem faceret Athenienses experientiam belli terrestris ex re navali acquirere, sed ex rei navalis experientia proficere ad bellum terrestre. Fatendum sane est ipsum **πλέον** nusquam Th. ita cum genet. partitivo iunxisse, quanquam **τὸ πλέον τοῦ χρόνου** dixit 118, 2, et sententiam abnormi illa verborum collocatione prorsus obscurari; neque quod tertio loco Class. tetigit suo pondere caret, immo etiam aliquanto latius patet quam ille intellexit. Nam de experientia belli terrestris, si superiora spectamus, nullo modo sermo esse potest. Nam ex iis apparet Athenienses non terra contra Lacedaemonios bellum gerere velle, sed expeditionibus maritimis iis occurrere. Sed ratio qua ipse Class. locum expedire studuit nullo modo probatur. Nam **τοῦ κατὰ γῆς** ex adverbiali **πλέον** ad similitudinem Herodoti verborum **μετρίως ἔχοντες βίου** vult pendere (cf. Krueg. Gr. § 47, 10 adn. 5). At in **πλέον ἔχειν** locutione **πλέον** non adverbium est, sed accusativus obiecti, et **ἔχειν** non cum vi intransitiva se habere valet, quod omnibus locis significat ubi cum adverbio et genetivo iungitur, sed cum transitiva habere. Tum vero ne sic quidem sententia evadit ad rerum contextum satis accommodata. Nam secundum superiora explicandum est quid expeditionibus maritimis, non quid experientia rei navalis adversus Lacedaemonios proficiant. Idem etiam oppositum **ἐκ τοῦ κατ' ἤπειρον** ostendit, ad quod **ἐμπειρίας** cogitari nequit. Itaque **ἐμπειρίας** insipido interpreti videtur tribuendum esse. Si autem hoc vocabulum, quod Class. quoque suspicionem movit, delemus, nullam explicationem habet genetivus **τοῦ κατὰ γῆν.** Quid autem rescribendum sit ipsa opposita verba ostendunt. Quibus convenientem scripturam ubi restituimus, haec evadit sen-

www.libtool.com.cn

⟨ἐς⟩ τὸ κατὰ γῆν ἐκ τοῦ ναυτικοῦ [ἐμπειρίας] ἢ
ἐκεῖνοι ἐκ τοῦ κατ' ἤπειρον ἐς τὰ ναυτικά. τὸ δὲ 6
τῆς θαλάσσης ἐπιστήμονας γενέσθαι οὐ ῥᾳδίως
αὐτοῖς προσγενήσεται. οὐδὲ γὰρ ὑμεῖς, μελετῶν- 7
τες αὐτὸ εὐθὺς ἀπὸ τῶν Μηδικῶν, ἐξείργασθέ πω·
πῶς δὴ ἄνδρες γεωργοὶ καὶ οὐ θαλάσσιοι, καὶ
προσέτι οὐδὲ μελετῆσαι ἐασόμενοι διὰ τὸ ὑφ'
ἡμῶν πολλαῖς ναυσὶν αἰεὶ ἐφορμεῖσθαι, ἄξιον ἂν
τι δρῷεν; πρὸς μὲν γὰρ ὀλίγας ἐφορμούσας κἂν 8
διακινδυνεύσειαν πλήθει τὴν ἀμαθίαν θρασύνοντες,
πολλαῖς δὲ εἰργόμενοι ἡσυχάσουσι, καὶ ἐν τῷ μὴ
μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται καὶ δι' αὐτὸ καὶ
ὀκνηρότεροι. τὸ δὲ ναυτικὸν τέχνης ἐστίν, ὥσπερ 9
καὶ ἄλλο τι, καὶ οὐκ ἐνδέχεται, ὅταν τύχῃ, ἐκ παρ-
έργου μελετᾶσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον μηδὲν ἐκείνῳ πάρ-
εργον ἄλλο γίγνεσθαι. 143. εἴ τε καὶ κινήσαντες 1

Cap. **142.** § 5. τοῦ κατὰ γῆν codd. Cf. adn.
§ 7. πω om. It. Vat. Pal. Aug. cum deterioribus aliquot. Ad sententiam aptissimum est (cf. adn.) et ante πῶς facillime omittiti poterat.

entia: plus enim nos proficimus ad rem terrestrem (i. e. ad defendendum bellum terrestre) re navali (i. e. expeditionibus maritimis) quam illi re terrestri (i. e. expeditionibus terrestribus) ad res navales (i. e. ad defendendos impetus maritimos).

§ 7. οὐδὲ γὰρ ὑμεῖς ... πω = καὶ γὰρ ὑμεῖς οὔπω. — θαλάσσιοι. Cf. adn. c. 7. — οὐδὲ ... ἐασόμενοι. Refutantur verba Corinthiorum 121, 4. De ἐασόμενοι vid. adn. ad κωλύσονται § 1. — ἐφορμεῖσθαι. Hoc verbum, ut paulo ante ἀντεπιτειχίζεσθαι, πολεμεῖσθαι (cf. adn. 37, 1), ἄρχεσθαι II 8, 1. III 36, 2, τυραννεύεσθαι I 18, 1 alia, adde a Matth. Gr. § 490 enumeratis. De vi vocabuli cf. adn. III 31, 1.

§ 8. πρὸς μὲν ... διακινδυνεύσειαν. Exemplum exstat II 83 sqq. — ἐν τῷ μὴ μελετῶντι. Cf. adn. 36, 1.

§ 9. ὥσπερ καὶ ἄλλο τι, ut nihil magis. Cf. VI 18, 6. Matth. Gr. § 617 e. — ὅταν τύχῃ, si fors ferat, per occasionem. Cf. Krueg. Gr. § 56, 4 adn. 2. — ἐκ παρέργου, subsicivis operis, *nebenbei*. — ἀλλὰ μᾶλλον. Simul audi δεῖ. Cf. Matth. Gr. § 634, 3.

Cap. **143.** § 1. εἴ τε καὶ κ. τ. λ. Respondet Pericles ad ea quae Corinthii 121, 3 dixerant. Cum ipsi pecuniam non habeant, facile fieri potest ut opes sacras in usum suum convertant. Sed quominus sine ulla mora ac dubitatione hoc faciant religio obstat. Quare etiam hoc modo σχολῇ pecuniam πορίζονται. Itaque haec non repugnant iis quae 142, 1 dicta sunt. — κινήσαντες τῶν ... χρημάτων. Genetivus est partitivus, ut VI 70, 4, ubi Duker „κινεῖν“ inquit „etiam alibi dicit pro pecunias sacras vel ad certum usum sepositas attrectare, au-

www.libtool.com.cn


τῶν Ὀλυμπίασιν ἢ Δελφοῖς χρημάτων μισθῷ μεί-
ζονι πειρῷντο ἡμῶν ὑπολαβεῖν τοὺς ξένους τῶν
ναυτῶν, μὴ ὄντων μὲν ἡμῶν ἀντιπάλων ἐσβάντων
αὐτῶν τε καὶ τῶν μετοίκων δεινὸν ἂν ἦν· νῦν
δὲ τόδε τε ὑπάρχει καί, ὅπερ κράτιστον, κυβερ-
νήτας ἔχομεν πολίτας καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν
2 πλείους καὶ ἀμείνους ἢ πᾶσα ἡ ἄλλη Ἑλλάς. καὶ
ἐπὶ τῷ κινδύνῳ οὐδεὶς ἂν δέξαιτο τῶν ξένων τήν
τε αὐτοῦ φεύγειν καὶ μετὰ τῆς ἥσσονος ἅμα ἐλ-

Cap. **143.** § 2. *αὐτοῦ* Vat. Laur. Aug. Pal. cum deterioribus. Cf. adn. 17, 1.

ferre, et ad alios usus convertere. Cf. II 24, 1." Add. Schweig. ad Appi. III p. 745. — **Δελφοῖς.** Quod hoc sine *ἐν* dictum est, proximo superiore *Ὀλυμπίασιν* excusatur, ut *Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ* scripsit Lys. XIX 63; nam alibi non idem fit in *Δελφοῖς* quod in *Μαραθῶνι* 73, 4, ubi vid. adn. Add. Krueg. Gr. § 46, 1 adn. 4. — **μισθῷ μείζονι.** Drachma potissimum pro triobolo. Cf. VIII 45, 2. — **ὑπολαβεῖν τοὺς ξένους τ. ν.** Cf. adn. 121, 3. — **μὴ ὄντων** = *εἰ μὴ ἦμεν.* — **τῶν μετοίκων.** De his vid. Herm. Antiq. Gr. I § 115 et qui ibi citantur. Distinguuntur a *ξένοις*, ut IV 90, 1. De militia eorum cf. adn. II 13, 7. — **τόδε**] *τὸ ἀντιπάλους ἡμᾶς αὐτοὺς μετὰ τῶν μετοίκων εἶναι αὐτοῖς.* Schol. Cf. adn. § 5. — **τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν.** Cf. *πρεσβεία* II 12, 2. *Ὑπηρεσίαι* et *ὑπηρέται* modo sunt cuncti qui praeter classiarios (*ἐπιβάτας*) navibus vehuntur, modo, si vocabulum angustius valet, remiges, ut nonnullis placet, etiam nautae soli. (Ministri remigum, quales nonnulli volunt proprie esse, vix ulli fuerint. Cf. adn. VII 13, 2.) Cf. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 388 et adn. VI 31, 3. Hic si superiores *ναῦται* soli sunt remiges (cf. l. l. *τοῖς θρανίταις τῶν ναυτῶν* et adn. IV 9, 1), angustior significatio est subicienda; sin remiges et qui proprie nautae dicuntur, latior, quod minus manifestum ex adiecto *ἄλλην*; id enim potest dictum esse ut in vv. *παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην κατασκευήν* II 14, 1, ubi vid. adn. Ceterum aut huc quoque spectat *πολίτας* aut cogitandum certe de *οἰκείᾳ ὑπηρεσίᾳ* Atheniensium; nam hac paragrapho, etiam si peregrini ad hostes transfugerint, Athenienses his pares fore, altera illud ne verisimile quidem esse declaratur. — **πλείους καὶ ἀμείνους.** Cf. Matth. Gr. § 434, 2.

§ 2. **ἐπὶ τῷ κινδύνῳ**, cum periculo (cf. adn. V 90) quod res (scil. *τὸ τήν τε αὐτοῦ φεύγειν καὶ...ἀγωνίζεσθαι*) habet, *bei der betreffenden (damit verbundenen) Gefahr*. Cf. adn. IV 61, 1. Xen. Mem. I 2, 56. Krueg. Gr. 50, 2 adn. 4. Inutilis atque ad sententiam minus apta est Reifferscheidii coniectura *ἐπὶ τῷ αὐτῷ κ.* (ind. lect. Vratisl. 1876/77 p. 6). Nam periculum non idem esse *μετὰ τῆς ἥσσονος ἐλπίδος* ostendit. — **δέξαιτο**, velit. Cf. adn. V 94. — **τὴν αὐτοῦ φεύγειν**] *τὸ τὴν πατρίδα φεύγειν δηλοῖ ὅτι σύμμαχοι καὶ ὑπήκοοι εἰσιν αὐτῶν. καὶ δῆλον ὅτι, ἐὰν τοῖς Λακεδαιμονίοις διὰ μείζονα μισθὸν προσχωρήσωσι, διωχθήσονται ὑπὸ τῶν ἀστῶν ἑκα-*

www.libtool.com.cn

πίδος ὀλίγων ἡμερῶν ἕνεκα μεγάλου μισθοῦ δό-
σεως ἐκείνοις ξυναγωνίζεσθαι.
Καὶ τὰ μὲν Πελοποννησίων ἔμοιγε τοιαῦτα καὶ 3
παραπλήσια δοκεῖ εἶναι, τὰ δὲ ἡμέτερα τούτων τε
ὧνπερ ἐκείνοις ἐμεμψάμην ἀπηλλάχθαι καὶ ἄλλα
οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου μεγάλα ἔχειν. * * ἤν τ' ἐπὶ τὴν 4
χώραν ἡμῶν πεζῇ ἴωσιν, ἡμεῖς ἐπὶ τὴν ἐκείνων
πλευσούμεθα, καὶ οὐκέτι ἐκ τοῦ ὁμοίου ἔσται
Πελοποννήσου μέρος τι τμηθῆναι καὶ τὴν Ἀττι-
κὴν ἅπασαν· οἱ μὲν γὰρ οὐχ ἕξουσιν ἄλλην ἀντι-
λαβεῖν ἀμαχεί, ἡμῖν δέ ἐστι γῆ πολλὴ καὶ ἐν νή-

σοις. Schol. Cf. adn. 121, 3. — ὀλίγων ... δόσεως, i. e. ἕνεκα δόσεως μεγάλου μισθοῦ ὀλίγων ἡμερῶν. Tres genetivi copulati sunt ut II 13, 2. IV 10, 5. VIII 48, 3. Pauci dies commemorantur, quod brevi Peloponnesii cladem accipient.

§ 3. τοιαῦτα καὶ παραπλήσια. Cf. adn. 22, 4. — ὧνπερ ἐκείνοις ἐμεμψάμην. Haec, sive ὧνπερ per attractionem dictum est pro ἅπερ sive est genetivus causae, recte se habent. Vid. Matth. Gr. § 368 et § 384, 3. Krueg. Gr. § 46, 7 adn. 3. — καὶ ἄλλα ... ἔχειν, et alia quae magni sint momenti (cf. VI 9, 1) non eodem modo, sed multo meliore (cf. adn. II 89, 2) habere. Vulgo οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου cum μεγάλα iungunt vertentes non ex aequo magna, i. e. longe maiora. Sed nusquam in hanc sententiam ἀπὸ τοῦ ἴσου, ἐκ τοῦ ἴσου sive ἐξ ἴσου, ἐκ τοῦ ὁμοίου cum adiectivis copulantur. Nam aliter dictum est οὐκ ἐν γῇ στρατός ἐστιν ἐκ τοῦ ὁμοίου μείζων IV 10, 4, ubi cf. adn. Male Herw. Cobeto auctore μεγάλα delet, quod si abest, parum definitum est ἄλλα; nam possent etiam alia incommoda vel alias res leviores esse.

§ 4. ἤν τ' ἐπὶ κ. τ. λ. Recte Class. monet his verbis non aliquid novum afferri oportere, sed praegressam sententiam καὶ ἄλλα οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου μεγάλα ἔχειν explicari. Nam nisi ita fit, quibus aliis rebus Athenienses Peloponnesiis superiores sint non comperimus et illum esse sententiarum nexum cum ex rebus quae proferuntur apparet tum ex verbis οὐκέτι ἐκ τοῦ ὁμοίου ἔσται idem atque οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου ἔχειν significantibus clarissime elucet. Neque tamen Class. interpretandi ratio probatur. Putat enim alteram partem his verbis respondentem quae a καί coniunctione orsura esset propter proximam expositionem omissam esse et demum eius quod sequitur capitis verbis πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα quodammodo indicari. Sed licet ita τέ tam longo intercedente intervallo ad δέ referri possit, quod saltem perincommodum est, tamen sic asyndeton exoritur quale apud Th. invenitur nullum. Cf. adn. III 37, 2. Neque haec offensio tolleretur, si, id quod secundo loco Class. proposuit, τ' deleremus. Cum igitur haec verba ad καὶ ἄλλα ... ἔχειν explicanda pertineant, eadem autem τέ particula aliis adiungantur, facere non possumus quin explicationis initium excidisse statuamus. — οὐκέτι. Cf. adn. 9, 2. — ἐκ τοῦ ὁμοίου, dicendi genus adverbiale (cf. adn.

www.libtool.com.cn

σοις καὶ κατ' ἤπειρον· μέγα γὰρ τὸ τῆς θαλάσσης
5 κράτος. σκέψασθε δέ· εἰ μὲν γὰρ ἦμεν νησιῶται,
τίνες ἂν ἀληπτότεροι ἦσαν; καὶ νῦν χρὴ ὅτι ἐγγύτατα τούτου διανοηθέντας τὴν μὲν γῆν καὶ οἰκίας ἀφεῖναι, τῆς δὲ θαλάσσης καὶ πόλεως φυλακὴν ἔχειν, καὶ Πελοποννησίοις ὑπὲρ αὐτῶν ὀργισθέντας πολλῷ πλείοσι μὴ διαμάχεσθαι (κρατήσαντές τε γὰρ αὖθις οὐκ ἐλάσσοσι μαχούμεθα καὶ ἢν σφαλῶμεν, τὰ τῶν ξυμμάχων, ὅθεν ἰσχύομεν, προσαπόλλυται· οὐ γὰρ ἡσυχάσουσι μὴ ἱκανῶν ἡμῶν ὄντων ἐπ' αὐτοὺς στρατεύειν), τήν τε ὀλόφυρσιν μὴ οἰκιῶν καὶ γῆς ποιεῖσθαι, ἀλλὰ τῶν σωμάτων· οὐ γὰρ τάδε τοὺς ἄνδρας, ἀλλ' οἱ ἄνδρες ταῦτα κτῶνται. καὶ εἰ ᾤμην πείσειν ὑμᾶς, αὐτοὺς ἂν ἐξελθόντας ἐκέλευον αὐτὰ δῃῶσαι καὶ δεῖξαι Πελοποννησίοις ὅτι τούτων γε ἕνεκα οὐχ ὑπακούσεσθε.
1 144. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἔχω ἐς ἐλπίδα τοῦ περιέσεσθαι, ἢν ἐθέλητε ἀρχήν τε μὴ ἐπικτᾶσθαι

§ 5. μὲν γὰρ Aug. cum quinque deterioribus; reliqui μὲν om. Respondent inter se εἰ μὲν ... καὶ νῦν. Cf. adn. V 60, 1.

51, 2), hic pro adiectivo est. Cf. Matth. Gr. § 574 p. 1334 et II 3, 4. VI 11, 1.

§ 5. **εἰ μὲν γὰρ ἦμεν νησιῶται.** Cf. (Xen.) de rep. Ath. 2, 14—17. — **ἀληπτότεροι.** Cf. 37, 5. — **ὅτι ἐγγύτατα τούτου διανοηθέντας**, propr. *diesem möglichst nahe denkend*, i. e. quam proxime ad illam rem cogitatione accedentes. Cf. III 40, 7. — **τὴν μὲν γῆν κ. τ. λ.** Cf. II 13, 2. *Οἰκίαι* sunt villae, aedificia pagorum. Cf. II 13, 1. 14, 1. Vel ideo articulo non est opus. Ceterum de eo non iterato cf. 54, 1 et Voem. ad Demosth. Olynth. II 9. — **πολλῷ πλείοσι.** Cf. adn. 81, 1. — **ὅθεν ἰσχύομεν.** Cf. 122, 1. II 13, 2. — **οὐ γὰρ ἡσυχάσουσι**, sed deficient. — **προσαπόλλυται**, simul periit, celerem et certum rei futurae eventum significat. Cf. Eur. Hipp. 47. Soph. OR. 799. Quaest. gram. I. — **ὀλόφυρσιν ... ποιεῖσθαι.** Cf. adn. ad vv. *μάθησιν ποιεῖσθαι* 68, 2. Infin. cohaeret cum *χρή*. — **τῶν σωμάτων**] *τῶν ἀνδρῶν*. Schol. — **τάδε ... ταῦτα**, i. e. *οἰκίαι καὶ γῆ*. Attende autem haec pronomina contra consuetudinem de eadem re posita ad varietatem sermonis efficiendam. Vid. Krueg. Gr. § 51, 7 adn. 3. Cum sententia cf. VII 77, 7. — **αὐτὰ δῃῶσαι.** Id parva ex parte fecerunt Athenienses. Vid. II 14, 1.

Cap. **144.** § 1. Sequitur brevis praeteritio, qua et argumentatio concluditur et transitus fit ad epilogum. — **ἀρχὴν μὴ ἐπικτᾶσθαι ἅμα πολεμοῦντες.** Pro his II 65, 7 *ἀρχὴν*

www.libtool.com.cn

*ἅμα πολεμοῦντες καὶ κινδύνους αὐθαιρέτους μὴ*
*προστίθεσθαι· μᾶλλον γὰρ πεφόβημαι τὰς οἰκείας*
*ἡμῶν ἁμαρτίας ἢ τὰς τῶν ἐναντίων διανοίας. ἀλλ'* 2
*ἐκεῖνα μὲν καὶ ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἅμα τοῖς ἔργοις δη-*
*λωθήσεται· νῦν δὲ τούτοις ἀποκρινάμενοι ἀπο-*
*πέμψωμεν, Μεγαρέας μὲν ὅτι ἐάσομεν ἀγορᾷ καὶ*
*λιμέσι χρῆσθαι, ἢν καὶ Λακεδαιμόνιοι ξενηλασίας*
*μὴ ποιῶσι μήτε ἡμῶν μήτε τῶν ἡμετέρων ξυμμά-*
*χων (οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει [ἐν] ταῖς σπονδαῖς*

Cap. **144.** § 2. *ἐν* om. Dionys. Hal. (cf. adn.) et Valla vertens: impedimento est foederibus servandis.

*μὴ ἐπικτᾶσθαι ἐν τῷ πολέμῳ* et apud Aristid. I p. 383 *παρὰ τὸν πόλεμον*. Cf. Matth. Gr. § 565 adn. 2. Krueg. Gr. § 56, 10. *Αἰνίττεται Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν, ἧς ἐπεθύμουν κρατῆσαι.* Schol. Cf. VI 10. 90. — *προστίθεσθαι.* Non addere (*προστιθέναι*), sed adsciscere, sibi imponere. Cf. 78, 1. — *τὰς οἰκείας ἡμῶν ἁμαρτίας.* De collocatione verborum cf. 32, 4. 121, 3. IV 55, 1. Krueg. Gr. § 47, 5 adn. 1.

§ 2. *ἐν ἄλλῳ λόγῳ . . . δηλωθήσεται* Cf. II 13, 3 sqq. et II 62. Plerumque fut. pass. est *δηλώσομαι*. Sed cf. Aristoph. Ran. 1303. — *τούτοις ἀποκρινάμενοι ἀποπέμψωμεν.* Cf. VIII 86, 6. Krueg. Gr. § 60, 5 adn. 2. — *Μεγαρέας μὲν ὅτι.* Cf. adn. 10, 2. — *ξενηλασίας.* Cf. II 39, 1. Herm. Antiqu. Gr. I § 28, 7 et quos hic antestatur. — *ποιῶσι.* De activo cf. adn. VI 58, 2 et supra adn. 67, 3. — *οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει . . . οὔτε τόδε*, nam et illud (scil. *Μεγαρέας κωλύειν ἀγορᾷ καὶ λιμέσι χρῆσθαι*, quoniam *ἐάσομεν* idem atque *οὐ κωλύσομεν*) licet foedere (per foedus) et hoc (scil. *ξενηλασίας ποιεῖν*). Rarissima est verbi *κωλύειν* vis intransitiva non licere, cuius praeter hoc tria innotuerunt exempla: Arist. Av. 463 *προπεφύραται λόγος εἷς μοι, ὃν διαμάττειν οὐ κωλύει* (quem perdepsere licet), Paus. IV 25, 3 *ταύτῃ μὲν δὴ μὴ περισχεθῆναι σφᾶς ἐκώλυε* (hac igitur parte circumcludi eos non licebat), Steph. Byz. s. v. *Βοίβη: τὸ δὲ ἐθνικὸν τῆς Βοίβης Βοιβεύς καὶ Βοιβηΐς θηλυκόν· εἰ δέ, καὶ Βοιβαῖος οὐ κωλύει* (si vero placet, etiam B. licet). Hunc usum non satis cognitum videtur habuisse Dionys. Hal., cum p. 797 scriberet *ὅταν δὲ τῶν ῥημάτων ἀλλάττῃ τὰ εἴδη τῶν παθητικῶν καὶ ἐνεργητικῶν, οὕτω σχηματίζει τὸν λόγον· „οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ταῖς σπονδαῖς οὔτε τόδε". τὸ γὰρ κωλύει, ῥῆμα ἐνεργητικὸν ὑπάρχον, ἀντὶ τοῦ κωλύεται, παθητικοῦ ὄντος, παρείληπται. ἦν δὲ τὸ σημαινόμενον ὑπὸ τῆς λέξεως τοιοῦτον· „οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύεται ταῖς σπονδαῖς οὔτε τόδε."* Quibus verbis apparet ipsum Dionysium et *κωλύει* in suo libro habuisse et *ἐν* non legisse. Cuius libri auctoritatem, cum nostris codd. omnibus multis saeculis fuerit antiquior, sequi debemus, et mutationibus quibus hic locus ad communem dicendi usum conformetur abstinendum est, quamvis sint levissimae, velut Cobeti *ἐκεῖνό πω λύει τὰς σπονδάς* (ad Hyper. p. 65) vel Rauchensteinii *κωλύεται ταῖς*

www.libtool.com.cn


*οὔτε τόδε), τάς τε πόλεις ὅτι αὐτονόμους ἀφήσομεν, εἰ καὶ αὐτονόμους ἔχοντες ἐσπεισάμεθα καὶ ὅταν κἀκεῖνοι ταῖς ἑαυτῶν ἀποδῶσι πόλεσι μὴ σφίσιν [τοῖς Λακεδαιμονίοις] ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι, ἀλλὰ αὐτοῖς ἑκάστοις ὡς βούλονται· δίκας δὲ ὅτι ἐθέλομεν δοῦναι κατὰ τὰς ξυνθήκας, πολέμου δὲ οὐκ ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνούμεθα. ταῦτα γὰρ δίκαια καὶ πρέποντα ἅμα τῇδε*
3 *τῇ πόλει ἀποκρίνασθαι. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι ἀνάγκη πολεμεῖν· ἢν δὲ ἑκούσιοι μᾶλλον δεχώμεθα, ἧσσον ἐγκεισομένους τοὺς ἐναντίους ἕξομεν· ἔκ τε τῶν μεγίστων κινδύνων ὅτι καὶ πόλει καὶ ἰδιώτῃ μέ-*
4 *γισται τιμαὶ περιγίγνονται. οἵ γοῦν πατέρες ἡμῶν ὑποστάντες Μήδους, καὶ οὐκ ἀπὸ τοσῶνδε ὁρμώμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἐκλιπόντες, γνώμῃ τε πλείονι ἢ τύχῃ καὶ τόλμῃ μείζονι ἢ δυνάμει τόν τε βάρβαρον ἀπεώσαντο καὶ ἐς τάδε προήγα-*

*τάς τε* Vat. Pal. Aug. m. Cass. Gr. Ven. C. G. H. I., *τὰς δὲ* reliqui. Sed *μέν* et *τέ* inter se respondent etiam II 70, 2. III 46, 2. IV 32, 1.

*ἑαυτῶν* Laur.; *αὐτῶν* plerique.

*σπονδαῖς* (Philol. XXXVII p. 64.) — *καὶ ὅταν.* *Καί* male impugnant Dobr. et Cob. Nam Athenienses duas ponunt condiciones, quarum altera non fuit, altera non futura est. — *σφίσι . . . ἐπιτηδείως*, i. e. *ὀλιγαρχικῶς*. — [*τοῖς Λακ.*] Recte schol. *οἶμαι τὸ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἁμάρτημα τοῦ γραφέως ἐντεθέντος τῷ κειμένῳ ὅπερ ἦν ἑρμηνεία τοῦ σφίσι ἔξωθέν τινι πρότερον ἐπιτεθεῖσα.* — *δίκας . . . ξυνθήκας.* Cf. adn. 78, 4 et 140, 2. — *πολέμου δὲ . . . ἀμυνούμεθα*, bellum non movebimus, sed incohantes arcebimus. Consulto hic Th. discernit inter *πολέμου ἄρχειν* (*K. veranlassen*), quod faciunt οἱ *τὰς σπονδὰς λύοντες* (cf. 53, 2. IV 20, 1. adn. I 81, 5) et *πολέμου ἄρχεσθαι* (*K. beginnen*), quod eorum est qui bellandi initium faciunt, et ponit Lacedaemonios Atheniensibus bellum illaturos esse, quanquam hi eius causam non praebuerint. Inutilis igitur Meinekii coniectura *ἀρχομένου* (Herm. III p. 348).

§ 3. *δεχώμεθα.* Simul audi *πολεμεῖν*. Cf. adn. 143, 2. — *περιγίγνονται.* Redundare vel (feliciter) obvenire Latine dixeris. Cf. II 39, 4. 87, 6. IV 73, 3.

§ 4. *καὶ* (idque) . . . *ὁρμώμενοι.* Cf. adn. 74, 3. — *τὰ ὑπάρχ. ἐκλιπ.* Paulo aliter l. d. — *γνώμῃ . . . δυνάμει*] *ἐπὶ πλέον ἐνταῦθα τῶν ἄλλων ἡ Γοργίειος ἐλήφθη παρίσωσις, καὶ ἔστιν οὐκ ἄχαρις διὰ τὴν ταχεῖαν πλοκὴν τοῦ ὀνόματος.* Schol. Sententia illustratur c. 74. 75 init. — *ἐς τάδε προήγαγον αὐτά.* Portus:

www.libtool.com.cn

γον αὐτά. ὧν οὐ χρὴ λείπεσθαι, ἀλλὰ τούς τε ἐχθροὺς παντὶ τρόπῳ ἀμύνεσθαι καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις πειρᾶσθαι αὐτὰ μὴ ἐλάσσω παραδοῦναι."

145. Ὁ μὲν Περικλῆς τοιαῦτα εἶπεν. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, νομίσαντες ἄριστα σφίσι παραινεῖν αὐτόν, ἐψηφίσαντο ἃ ἐκέλευε, καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀπεκρίναντο τῇ ἐκείνου γνώμῃ, καθ' ἕκαστά τε ὡς ἔφρασε καὶ τὸ ξύμπαν, οὐδὲν κελευόμενοι ποιήσειν, δίκῃ δὲ κατὰ τὰς ξυνθήκας ἑτοῖμοι εἶναι διαλύεσθαι περὶ τῶν ἐγκλημάτων ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ. καὶ οἱ μὲν ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου καὶ οὐκέτι ὕστερον ἐπρεσβεύοντο.

146. Αἰτίαι δὲ αὗται καὶ διαφοραὶ ἐγένοντο ἀμφοτέροις πρὸ τοῦ πολέμου, ἀρξάμεναι εὐθὺς ἀπὸ τῶν ἐν Ἐπιδάμνῳ καὶ Κερκύρᾳ. ἐπεμείγνυντο δὲ ὅμως ἐν αὐταῖς καὶ παρ' ἀλλήλους ἐφοίτων ἀκηρύκτως μέν, ἀνυπόπτως δὲ οὔ. σπονδῶν γὰρ ξύγχυσις τὰ γιγνόμενα ἦν καὶ πρόφασις τοῦ πολεμεῖν.

imperium ad tantam amplitudinem provexerunt. Cf. 75, 2. 3, ubi § 3 *προαγαγεῖν αὐτὴν* (*τὴν ἀρχὴν*) *ἐς τόδε*, unde apparet quid hic et in iis quae sequuntur significet *αὐτά*, quod hic quidem forsitan referas ad *τὰ ὑπαρχοντα*, sed VI 18, 6, ubi nullum nomen antecedit, est omnino *τάδε* (*τὰ πράγματα*). Add. II 36, 4 et perpende apud Ciceronem quoque haec aliquotiens significare hoc imperium. Vid. Naegelsb. Praec. lat. scrib. p. 124.

Cap. **145.** *τὸ ξύμπαν*, omnino. Cf. Matth. Gr. § 283. Krueg. Gr. § 46, 3 adn. 3. III 68, 4. 92, 4. 116, 2. — *δίκῃ . . . διαλύεσθαι.* Quae propter hoc responsum Atheniensium postea senserint Lacedaemonii cognosces ex VII 18, 2. — *περὶ τῶν ἐγκλημάτων.* Supra 140, 2 *τὰ ἐγκλήματα*. Cf. adn. 78, 4. Similiter alia verba et apud Graecos et apud Latinos modo cum accusativo rei, modo cum praep. *περί* et de iunguntur. — *ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ.* Cf. adn. 27, 1. — *οὐκέτι . . . ἐπρεσβεύοντο.* Etenim Melesippus II 12, 1 caduceator erat, non legatus.

Cap. **146.** *Αἰτίαι . . . καὶ διαφοραί.* Respicitur ad 23, 4. — *ἐπεμείγνυντο.* Ut activum 2, 2. — *ὅμως*, i. e. *καίπερ οὐσῶν αἰτιῶν καὶ διαφορῶν.* — *ἀκηρύκτως*] *ἄνευ κηρυκείου* (cf. 53, 1), *ὡς πρὸς φίλους δῆθεν. οἱ γὰρ πρὸς ἐχθροὺς ἀπιόντες ἀσφαλείας ἕνεκα, ὁσάκις* (*ὅσοι* Suid. in *ἀκηρυκτεί*) *ἠβούλοντο, μετὰ κηρυκείου ἀπῄεσαν.* Schol. Sine idonea causa auctore Cobeto Herw., ut haec convenirent cum II 1, *καὶ* et *ἐφοίτων* del. Cf. enim 2, 2 *τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης οὐδ' ἐπιμειγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις* cum 3, 4 *δι' ἀμειξίαν ἀλλήλων.* Peius etiam idem eodem auctore *ἀκηρυκτί* ut II 1 scripsit. Nam consulto hic *ἀκηρύκτως* Th. praetulit, ut *ὁμοιοτέλευτον* efficeretur verborum inter se contrariorum. Cf. V 91, 2.

www.libtool.com.cn

# THUCYDIDIS

DE

# BELLO PELOPONNESIACO

## LIBRI OCTO.

---

AD

OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EDITOS

EXPLANAVIT

ERNESTUS FRIDERICUS POPPO.

---

EDITIO TERTIA, QUAM AUXIT ET EMENDAVIT

IOANNES MATTHIAS STAHL.

---

VOL. I. SECT. II.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXXIX.

www.libtool.com.cn

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

www.libtool.com.cn

# ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ Β.

I. *Πρῶτον ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. α'—μς'.*

A. *Θέρος. Κεφ. α'—λβ'.*

1. *Ἀρχὴ τοῦ πολέμου. οἱ Θηβαῖοι Πλάταιαν καταλαβεῖν πειρῶνται. α'—ς'.*

2. *Παρασκευὴ καὶ προθυμία τῶν τε Λακεδαιμονίων καὶ τῶν Ἀθηναίων, διάθεσις τῆς Ἑλλάδος πρὸς ἑκατέρους, ξύμμαχοι ἑκατέρων. ζ'—θ'.*

3. *Πρώτη ἐσβολὴ ἐς τὴν Ἀττικὴν ἡγουμένου Ἀρχιδάμου. ι'—κδ'.*

α) *Λακεδαιμόνιοι παρασκευάζονται ὡς ἐσβολὴν ποιησόμενοι. ι'—ιβ'.*

(*Λόγος Ἀρχιδάμου. ια'.*)

β) *Ἀντιπαρασκευὴ Ἀθηναίων, ἅμα δὲ καὶ (ιε') παρέκβασις περὶ τῆς παλαιᾶς καταστάσεως τῆς Ἀττικῆς. ιγ'—ιζ'.*

γ) *Ἡ ἐσβολὴ αὐτή, ἐν ᾗ οἱ Πελοποννήσιοι μέχρι Ἀχαρνῶν προχωροῦντες τέμνουσι τῆς γῆς. ιη'—κβ'.*

δ) *Ἀθηναίων ναυτικὸν ἐς Πελοπόννησον ἀποστειλάντων οἱ Πελοποννήσιοι ἀναχωροῦσι. κγ'.*

ε) *Διατάγματα Ἀθηναίων περὶ τοῦ λοιποῦ πολέμου. κδ'.*

4. *Μεικτά τινα. κε'—λβ'.*

α) *Ἀθηναῖοι τὴν Πελοπόννησον περιπλέοντες ἐς Μεθώνην καὶ Φειὰν ἀποβαίνουσι. κε'.*

β) *Στρατεία Ἀθηναίων ἐς Λοκρίδα. κς'.*

γ) *Αἰγινῆται ἐκ τῆς νήσου ἐκπίπτουσιν. κζ'.*

δ) *Ἔκλειψις ἡλίου. κη'.*

ε) *Ἀθηναῖοι Σιτάλκῃ Ὀδρυσῶν βασιλεῖ ξυμμαχίαν ποιοῦνται. κθ'.*

ς) *Ἀθηναῖοι Σόλλιον καὶ Ἀστακὸν αἱροῦσι καὶ Κεφαλληνίαν προσάγονται. λ'.*

ζ) *Ἐσβολὴ Ἀθηναίων ἐς τὴν Μεγαρίδα. λα'.*

η) *Ἀταλάντη ὑπ' Ἀθηναίων τειχίζεται. λβ'.*

B. *Χειμών. Κεφ. λγ'—μζ'.*

1. *Κορίνθιοι Εὔαρχον ἐς Ἀστακὸν κατάγουσι καὶ ἐς Κεφαλληνίαν ἀποβάντες νικῶνται. λγ'.*

2. *Ταφαὶ δημόσιαι ἐν Ἀθήναις τῶν ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανόντων μετὰ τοῦ ἐπιταφίου λόγου. λδ'—μς'.*

α) *Αἱ ταφαὶ αὐταί. λδ'.*

β) *Ὁ λόγος ὁ ἐπιτάφιος τοῦ Περικλέους. λε'—μς'.*

www.fbtool.com.cn

ΙΙ. *Δεύτερον ἔτος τοῦ πολέμου.* *Κεφ.* μζʹ—οʹ.

Α. *Θέρος.* *Κεφ.* μζʹ—ξηʹ.

1. *Λοιμὸς ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ δευτέρα ἐσβολὴ Πελοποννησίων.* μζʹ—νζʹ.

α) *Περὶ τοῦ λοιμοῦ τοῦ ἐν τῇ Ἀττικῇ.* μζʹ—νδʹ.

β) *Οἱ Πελοποννήσιοι τὴν Ἀττικὴν δῃοῦσιν Ἀθηναίων στρατείαν ἐς τὴν Πελοπόννησον ποιουμένων.* νεʹ. νϛʹ.

γ) *Χρόνος τῆς νόσου καὶ τῆς ἐσβολῆς.* νζʹ.

2. *Στρατεία Ἅγνωνος καὶ Κλεοπόμπου ἐπὶ Χαλκιδέας καὶ Ποτείδαιαν.* νηʹ.

3. *Διάθεσις Ἀθηναίων καὶ πολιτεία Περικλέους.* νθʹ—ξεʹ.

α) *Ἀθηναῖοι πρὸς Λακεδαιμονίους πράσσουσι περὶ διαλλαγῆς καὶ Περικλεῖ ὀργίζονται.* νθʹ.

β) *Λόγος Περικλέους.* ξʹ—ξδʹ.

γ) *Περικλέους ζημία, λοιπὸς βίος, εὐφυΐα καὶ δύναμις ἡ ἐν τῇ πόλει.* ξεʹ.

4. *Στρατεία Λακεδαιμονίων ἐς Ζάκυνθον.* ξϛʹ.

5. *Πρέσβεις Λακεδαιμονίων ὡς βασιλέα πορευόμενοι ξυλληφθέντες ἀποθνήσκουσι.* ξζʹ.

6. *Στρατεία Ἀμπρακιωτῶν ἐπὶ Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν.* ξηʹ.

Β. *Χειμών.* *Κεφ.* ξθʹ. οʹ.

1. *Ἀθηναῖοι ἔς τε Ναύπακτον ναῦς πέμπουσι καὶ ἐπὶ Καρίας καὶ Λυκίας, ὅπου πλήσσονται.* ξθʹ.

2. *Ποτειδαίας ἅλωσις.* οʹ.

ΙΙΙ. *Τρίτον ἔτος τοῦ πολέμου.* *Κεφ.* οαʹ—ργʹ.

Α. *Θέρος.* *Κεφ.* οαʹ—ϟβʹ.

1. *Στρατεία Πελοποννησίων ἐπὶ Πλάταιαν.* οαʹ—οηʹ.

α) *Πλαταιῆς πρὸς Ἀρχίδαμον μάτην πράσσουσι περὶ ξυμβάσεων.* οαʹ—οδʹ.

β) *Πολιορκία τῆς πόλεως.* οεʹ—οηʹ.

2. *Ἀθηναίων ἐπὶ Χαλκιδέας καὶ Βοττιαίους στρατευσάντων ἧσσα ἐπὶ Σπαρτώλῳ.* οθʹ.

3. *Ἀμπρακιωτῶν καὶ ὁμόρων τινῶν φύλων καὶ Κνήμου Λακεδαιμονίου στρατεία ἐπὶ Ἀκαρνανίαν.* πʹ—πβʹ.

4. *Ὁ κατὰ θάλασσαν πόλεμος ὁ ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ.* πγʹ—ϟβʹ.

α) *Πρώτη ναυμαχία Κνήμου καὶ Φορμίωνος.* πγʹ. πδʹ.

β) *Δευτέρα ναυμαχία.* πεʹ—ϟβʹ.

(*Λόγος Βρασίδου καὶ Κνήμου.* πζʹ. *Λόγος Φορμίωνος* πθʹ.)

Β. *Χειμών.* *Κεφ.* ϟγʹ—ργʹ.

1. *Στόλος Πελοποννησίων ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ καὶ Σαλαμῖνα.* ϟγʹ. ϟδʹ.

2. *Σιτάλκου Ὀδρύσου στρατεία ἐπὶ Περδίκκαν Μακεδόνων βασιλέα.* ϟεʹ—ραʹ.

(*Παρέκβασις περὶ τῆς Ὀδρυσῶν ἀρχῆς* ϟζʹ. *καὶ περὶ τῆς Μακεδονίας.* ϟθʹ.)

3. *Τὰ Φορμίωνι πεπραγμένα.* ρβʹ. ργʹ.

www.libtool.com.cn

# ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

## ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ Β.

1. Ἄρχεται δὲ ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων καὶ τῶν ἑκατέροις ξυμμάχων ἐν ᾧ οὔτε ἐπεμείγνυντο ἔτι ἀκηρυκτὶ παρ' ἀλλήλους καταστάντες τε ξυνεχῶς ἐπολέμουν· γέ-

Cap. 1. **τῶν ... ξυμμάχων.** De his vid. c. 9. — **ἐπεμείγνυντο ... παρ' ἀλλήλους.** Cf. adn. I 13, 5 et infra 4, 3. De **ἀκηρυκτί** vid. adn. I 146. — **καταστάντες.** Cf. Paus. V 25, 2. Schol.: **ἀρχὴν τοῦ πολέμου ποιήσαντες.** Simul audiri potest **ἐς πόλεμον**, quanquam hoc non opus videtur I 49, 3. — **ξυνεχῶς ἐπολέμουν.** Haec nisi de bello decenni Niciae pace finito scribi recte non potuisse ostendere studet Ullr. Symb. ad explic. Thuc. p. 66sq. **ἐν ᾧ** ad **πόλεμον** referens, cui assentitur Steup. Quaestt. Thuc. p. 7, quod, cum verbis **ἐπεμείγνυντο κ. τ. λ.** I 146 praegressis describatur id tempus quod bellum proxime antecesserit, verbis **ἐν ᾧ ... ἐπολέμουν** ipsum bellum describi necesse sit. Sed haec causa non obstat quin Classeni sententiam probemus, qui **ἐν ᾧ** non ad **πόλεμον** rettulit, sed cum **ἐνθένδε** coniunxit (cf. 103, 2). Ita enim superiori rerum statui inter bellum et pacem dubio (**σπονδῶν ξυγχύσει καὶ προφάσει τοῦ πολεμεῖν** I 146), ubi bellum ipsum nondum inceperat, opponitur belli exordium, quam contrarii rationem etiam **ἄρχεται** (= **ἀρχή ἐστιν**) cum emphasi praepositum indicat. Accedit quod, si Ullrichii interpretationem sequimur, verba **ἐν ᾧ ... ἐπολέμουν** omni vi destituta sunt, cum quod iis significatur usque ad finem belli decennalis in omnibus bellis valuerit neque huius belli proprium fuerit. Nostra autem ratione vim suam recipiunt, cum id temporis momentum iis definiatur quo bellum revera exorsum sit. Sed etiamsi admitteretur Ullrichii interpretatio, inde non efficeretur Th. cum haec scriberet nondum cognitum habuisse totum bellum Peloponnesiacum, immo contrarium sequeretur, eum cognovisse bellum non continue gestum. —

www.libtool.com.cn

*γραπται δὲ ἑξῆς ὡς ἕκαστα ἐγίγνετο κατὰ θέρος καὶ χειμῶνα.*

1 2. *Τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα ἔτη ἐνέμειναν αἱ τριακοντούτεις σπονδαὶ αἳ ἐγένοντο μετὰ Εὐβοίας ἅλωσιν· τῷ δὲ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει, ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε πεντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ἱερωμένης καὶ Αἰνησίου ἐφόρου ἐν Σπάρτῃ καὶ Πυθοδώρου ἔτι τέσσαρας μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις, μετὰ τὴν ἐν Ποτειδαίᾳ μάχην μηνὶ ἕκτῳ* <*καὶ δεκάτῳ*> *καὶ ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ Θηβαίων*

Cap. 2. § 1. *δύο μῆνας* codd. Cf. adn.

*γέγραπται . . . ἐγίγνετο.* Cf. adn. 17, 3. — *κατὰ θέρος καὶ χειμῶνα.* Hanc discriptionem vituperat Dion. Hal. p. 773 et 826 sqq. Cf. Theon. Progymn. I p. 184 et Doxop. ad Aphthon. II p. 220. Defendit eam ipse auctor V 20, 3. Rebus ipsis quodammodo accommodata erat, cum aestate ferme pugnarent, hieme bellum quiesceret. De hiemis atque aestatis apud Th. spatio cf. Appendicem I 1.

Cap. 2. § 1. *γάρ.* Haec particula significat explicari hinc verba *ἄρχεται δὲ ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη.* — *ἔνεμειναν.* Pariter *ἐμμένειν* dictum est ab Herod. VII 151. Plat. Legg. 839c. Frustra igitur *ξυνέμειναν* Cob. Mnem. nov. ser. VIII p. 72. — *αἳ . . . ἅλωσιν.* Cf. I 114. 115 et de articulo omisso adn. I 12 — *τῷ δὲ . . . ἔτει.* Consentit Xen. Hist. Gr. II 3, 9. Est autem annus Ol. LXXXVII 1, a. Chr. 431. — *ἐπὶ Χρυσίδος . . . ἱερωμένης*] *ἡ Χρυσὶς ἱέρεια* (*Ἥρας*, vid. IV 133, 2) *ἦν ἐν Ἄργει.* (Templum proprie fuit inter Argos et Mycenarum parietinas. Cf. Strab. VIII p. 368. Paus. II 17, 1. Curt. Pelop. II p. 396. Burs. Geogr. II p. 47 sq. Sed *Ἄργος* hic non tam urbem quam civitatem vel, si mavis, *τὴν Ἀργείαν* significat. Praeter IV 133, 2 cf. V 63, 1. 65, 2. VI 105, 1, et *ἐν Λακεδαίμονι* V 18, 10 et adn. IV 118, 4.) *ἠρίθμουν δὲ τοὺς χρόνους οἱ Ἀργεῖοι ἀπὸ τῶν ἱερειῶν.* Schol. Notus est Hellanici sacerdotum Argivarum catalogus, de quo cf. Muell. fragm. hist. Gr. I p. XXVII sq. — *ἐφόρου.* *Ἔφορον ἐπώνυμον* patet dici; nam ab his Lacedaemone numerabantur anni. — *Π. ἔτι τέσσαρας μῆνας ἄρχοντος* = *ὅτε Π. ἔτι τέσσαρας μῆνας ἄρχων ἦν*, cum P. quattuor etiam menses archon erat futurus. Cf. Plut. Cic. 23 *ἔτι τοῦ Κικέρωνος ἡμέρας ὀλίγας ἄρχοντος* et Cass. Dion. XLVII 15, 3 *τοὺς στρατηγοὺς πέντε ἡμέρας ἔτι ἄρχοντας παύσαντες.* Temere igitur de hac locutione dubitatum est. Atque hic tempus accurate significatum fuisse ideo necesse est quia aliter paucorum dierum differentia quae V 20, 1 commemoratur computari nequit. Cf. Append. I 2. Ibidem disputatum est de *δύο* numero in *τέσσαρας* mutato. Inutiliter *ἔτος* <*ἥμισυ*> *δύο μῆνας* Ad. Schmidt. in Annal. phil. a. 1886 p. 332 sqq. — *ἄρχοντος Ἀθηναίοις.* Cf. adn. I 93, 3. — *ἐν Ποτειδαίᾳ.* Cf. I 62 sq. — *Θηβαίων ἄνδρες κ.τ.λ.* Cum universa narratione cf. Herodot. VII 233. Pseudo-Demosth. LIX

www.libtool.com.cn

ἄνδρες ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων (ἡγοῦντο δὲ αὐ-
τῶν βοιωταρχοῦντες Πυθάγγελός τε ὁ Φυλείδου
καὶ Διέμπορος ὁ Ὀνητορίδου) ἐσῆλθον περὶ πρῶ-
τον ὕπνον ξὺν ὅπλοις ἐς Πλάταιαν τῆς Βοιωτίας,
οὖσαν Ἀθηναίων ξυμμαχίδα. ἐπηγάγοντο δὲ καὶ 2
ἀνέῳξαν τὰς πύλας Πλαταιῶν ἄνδρες, Ναυκλείδης
τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, βουλόμενοι ἰδίας ἕνεκα
δυνάμεως ἄνδρας τε τῶν πολιτῶν τοὺς σφίσιν
ὑπεναντίους διαφθεῖραι καὶ τὴν πόλιν Θηβαίοις
προσποιῆσαι. ἔπραξαν δὲ ταῦτα δι' Εὐρυμάχου 3
τοῦ Λεοντιάδου, ἀνδρὸς Θηβαίων δυνατωτάτου.
προϊδόντες γὰρ οἱ Θηβαῖοι ὅτι ἔσοιτο ὁ πόλε-
μος, ἐβούλοντο τὴν Πλάταιαν αἰεὶ σφίσι διάφο-
ρον οὖσαν ἔτι ἐν εἰρήνῃ τε καὶ τοῦ πολέμου
μήπω φανεροῦ καθεστῶτος προκαταλαβεῖν. ᾗ καὶ
ῥᾷον ἔλαθον ἐσελθόντες, φυλακῆς οὐ προκαθ-
εστηκυίας. θέμενοι δὲ ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα 4

98 sqq. (de cuius et Thucydidis discrepantiis cf. Grot. Hist. VI p. 158 sqq. interpr. III p. 405 ac Sickel. Beitrag zur Erklär. des Thuc. p. 4), Diod. XII 41. Aen. Poliorc. c. 2. Theon. Progymn. c. 4. — ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων. Quadringentos contra ceterorum scriptorum testimonia commemorat Herodotus. — Φυλείδου. Φιλλίδου legi vult Dind. in Steph. Thes. s. v. Φιλλίδας. Cf. Xen. Hist. Gr. V 4, 2. Sed derivatur a Φυλεύς, ut Ἀριστείδης ab Ἀριστεύς. — βοιωταρχοῦντες. Addi poterat ἐκ Θηβῶν. Cf. IV 91, 1 et ibi adn. — περὶ πρῶτον ὕπνον. Dubitanter εὐτελές vocat Poll. I 70. Cf. ἀπὸ πρώτου ὕπνου VII 43, 2 et ibi interpr. — ξυμμαχίδα. De origine huius societatis cf. III 55, 1.

§ 2. ἐπηγάγοντο. III 65, 2 ἐπεκαλέσαντο. De omisso αὐτούς cf. 8, 2. 11, 4. — Πλαταιῶν ἄνδρες, οἱ πρῶτοι καὶ χρήμασι καὶ γένει III 65, 2. — ἰδίας ἕνεκα δυνάμεως. Diod. XII 41, 3 καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν βουλόμενοι. — Θηβαίοις προσποιῆσαι, Thebanis adiungere. Cf. I 55, 1 et adn. I 8, 3. Quomodo haec intellegenda sint ex III 65, 2 cognoscitur. Quare minus recte Diod. ὑπὸ τὴν τῶν Θηβαίων τάξειν συντέλειαν; nam de ξυντελέσι Boeotorum cf. adn. IV 76, 3.

§ 3. Λεοντιάδου. Is Thebanis apud Thermopylas praefectus fuerat. Vid. Herodot. l. d. Leontiades minor, nepos huius, Thebas Phoebidae prodidit. — διάφορον. Cf. III 61, 2. — μήπω scriptum est, quod haec omnia e mente Thebanorum dicta sunt. — φυλακῆς οὐ προκαθεστηκυίας. Non antepositis vigiliis Tac. Ann. I 50.

§ 4. θέμενοι ... τὰ ὅπλα, cum vero armis positis in foro constitissent. Cf. IV 44, 1. 68, 3. 93, 3. VIII 25, 4. 93, 1. Verbis statuere signa

www.libtool.com.cn

τοῖς μὲν ἐπαγομένοις οὐκ ἐπείθοντο ὥστ' εὐθὺς
ἔργου ἔχεσθαι καὶ ἰέναι ἐς τὰς οἰκίας τῶν ἐχθρῶν,
γνώμην δὲ ἐποιοῦντο κηρύγμασί τε χρήσασθαι
ἐπιτηδείοις καὶ ἐς ξύμβασιν μᾶλλον καὶ φιλίαν τὴν
πόλιν ἀγαγεῖν (καὶ ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ, εἴ τις βούλεται
κατὰ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν ξυμμαχεῖν,
τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα), νομίζοντες σφίσι
ῥᾳδίως τούτῳ τῷ τρόπῳ προσχωρήσειν τὴν πόλιν.
1 3. Οἱ δὲ Πλαταιῆς, ὡς ᾔσθοντο ἔνδον τε ὄν-
τας τοὺς Θηβαίους καὶ ἐξαπιναίως κατειλημμέ-
νην τὴν πόλιν, καταδείσαντες καὶ νομίσαντες
πολλῷ πλείους ἐσεληλυθέναι (οὐ γὰρ ἑώρων ἐν
τῇ νυκτί), πρὸς ξύμβασιν ἐχώρησαν καὶ τοὺς
λόγους δεξάμενοι ἡσύχαζον, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ
2 ἐς οὐδένα οὐδὲν ἐνεωτέριζον. πράσσοντες δέ πως

§ 4. *ἐπαγαγομένοις* Laur. Lugd. C. Sed vid. adn.

et arma ante se ponere Graecam formulam expressit Liv. XXXI 42, 4, arma ante ipsos deponere Curt. IV 46, 14. Arma (clipeos et hastas) non tam ordine composita („piled“) quam simpliciter posita humi („grounded“) videri hic atque alibi cogitanda esse et ex Livii atque Curtii interpretationibus apparet et contra Arn. adnotavit Grot. Hist. VI p. 153 (interpr. III p. 402) eamque explicationem defendit VII p. 574 sqq. De *ἐς* cf. adn. V 96. — *ἐπαγομένοις.* Similiter in praesentis participio II 5, 7 *οἱ προδιδόντες,* III 4, 4 *τῶν διαβαλλόντων ἕνα,* III 40, 5 *οἱ διαφεύγοντες.* Cf. Schaef. ad Eur. Or. v. 740 et ad Poet. bucol. p. 228. 230 et, qui aliter explicat, Schoem. ad Plut. Ag. 17, 1 p. 153. — *ὥστε.* Cf. 101, 5 III 31, 1. Matth. Gr. § 531 adn. 2. Kuehn. Gr. max. § 473, 2 adn. 6. — *ἔργου ἔχεσθαι.* Cf. I 49, 7. — *γνώμην ἐποιοῦντο,* i. e. *ἐγίγνωσκον, ἐδόκει αὐτοῖς.* Cf. VII 72, 3 et adn. I 128, 7. — *καὶ ἀνεῖπεν . . . ὅπλα.* Haec in interpositionem redigenda erant, quod *νομίζοντες* participium cum *γνώμην ἐποιοῦντο* liquet debere iungi. Cf. paulo post. — *κατὰ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν,* ex patriis universorum Boeotorum institutis, i. e. ita ut concilio Boeotorum iis legibus quae a maioribus inter eos sanctae essent adscriberetur. Cf. III 65, 2. 66, 1. — *τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα,* arma cum ipsis coniungeret, propr. sua iuxta ipsorum arma poneret. Huc respicit Doxop. III p. 442. Pro *αὐτούς* Krueg. scripsit *αὑτούς.* Utrum praestet dici vix potest. Cf. adn. I 17, 1. — *νομίζοντες.* Ut nos superiora distinximus, nominativum apparet recte ad Thebanos relatum. Si punctum ponitur post *ἀγαγεῖν*, in *νομίζοντες* durior oritur transitus a caduceatore ad Thebanos.

Cap. 3. § 1. *ἐνεωτέριζον*] *οἱ Θηβαῖοι δηλονότι.*

www.libtool.com.cn


ταῦτα κατενόησαν οὐ πολλοὺς τοὺς Θηβαίους ὄντας καὶ ἐνόμισαν ἐπιθέμενοι ῥᾳδίως κρατήσειν· τῷ γὰρ πλήθει τῶν Πλαταιῶν οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι. ἐδόκει οὖν ἐπιχειρητέα 3
εἶναι, καὶ ξυνελέγοντο διορύσσοντες τοὺς κοινοὺς τοίχους παρ' ἀλλήλους, ὅπως μὴ διὰ τῶν ὁδῶν φανεροὶ ὦσιν ἰόντες, ἁμάξας τε ἄνευ τῶν ὑποζυγίων ἐς τὰς ὁδοὺς καθίστασαν, ἵν' ἀντὶ τείχους ᾖ, καὶ τἆλλα ἐξήρτυον ᾗ ἕκαστον ἐφαίνετο πρὸς τὰ παρόντα ξύμφορον ἔσεσθαι. ἐπεὶ δὲ ὡς ἐκ 4
τῶν δυνατῶν ἑτοῖμα ἦν, φυλάξαντες ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον ἐχώρουν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπ' αὐτούς, ὅπως μὴ κατὰ φῶς θαρσαλεωτέροις οὖσι προσφέρωνται καὶ σφίσιν ἐκ τοῦ ἴσου γί-

Cap. 3. § 2. κρατῆσαι codd. Cf. adn.

Schol. Cf. Krueg. Gr. § 51, 5 adn. 3.

§ 2. πράσσοντες δέ πως ταῦτα, cum haec quodammodo agerent.—κρατήσειν restituimus ex Aen. Tact. 2, 3 ἐνόμισαν ἐπιθέμενοι ῥᾳδίως κρατήσειν. Cf. Quaest. gram. p. 10. Ad ἐπιθέμενοι potuit quidem addi αὐτοῖς. Sed est omnino impetu facto. Cf. προσέβαλον § 4. — οὐ βουλομένῳ ἦν. Cf. 60, 1. IV 80, 2. 85, 3. VI 46, 2. VII 35, 2. VIII 92, 6. Matth. Gr. § 388 e. Krueg. Gr. § 48, 6 adn. 4 et de Latinis praeter alios interpr. Sallust. Iug. 84, 3 et Tac. Ann. I 59.

§ 3. ἐπιχειρητέα. Cf. adn. I 118, 2. — τοὺς κοινοὺς τοίχους, domorum parietes. Idem nostra aetate Lutetiae et alibi factum esse adnotat Grot. Hist. VI p. 155. Simul Plataearum domos continuas fuisse ex his apparet. Cf. Beck.Charicl. ed.Goell. II p. 118. — παρ' ἀλλήλους iunge cum ξυνελέγοντο. Cf. Aen. Tact. 2, 4 λαθραίως παρ' ἀλλήλους ἀθροίζεσθαι. — ἐς τὰς ὁδοὺς ... ᾖ. Aen. Tact. τὰς μὲν διόδους καὶ τὰς ῥύμας ἐτύφλωσαν. — ἵν' ... ᾖ, scil. τοῦτο, τὸ καθιστάναι ἁμάξας. Artificiosius Matth. Gr. § 303, 1. Ut pro muro essent simili in re Liv. XXXI 39, 8.

§ 4. ἐπεὶ ... ἑτοῖμα ἦν. Similiter II 10, 2. 56, 1. 98, 1. Cf. Krueg. Gr. § 61, 5 adn. 6 et adn. I 7. 46, 1. De verbis ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν vid. Matth. Gr. § 628, 1 e. Krueg. Gr. § 68, 17 adn. 9. — φυλάξαντες, observantes, ut VII 83, 4, τηρήσαντες III 22, 1. — ἔτι νύκτα = τὸν χρόνον ὅτε νὺξ ἔτι ἦν. Cf. adn. I 30, 4. — καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον idque ipsum instans diluculum, quod idem est atque ὄρθρος βαθύς in Plat. Crit. 43 a. Prot. 310 a. Praeter necessitatem κατ' αὐτὸ Ross. in Suppl. Annal. phil. I p. 215 et καὶ deleto νυκτὸς Badham. in Mnemos. nov. ser. I p. 390. In re dissentiunt Diod. XII 41, 5. Pseudo-Dem. LIX 99. — ἐκ τοῦ ἴσου γίγνωνται. Audi οἱ Θηβαῖοι et

www.libtool.com.cn

γνωνται, ἀλλ' ἐν νυκτὶ φοβερώτεροι ὄντες ἥσσους ὦσι τῆς σφετέρας ἐμπειρίας τῆς κατὰ τὴν πόλιν. προσέβαλόν τε εὐθὺς καὶ ἐς χεῖρας ᾖσαν κατὰ τάχος.

1 4. Οἱ δ' ὡς ἔγνωσαν ἠπατημένοι, ξυνεστρέ-
φοντό τε ἐν σφίσιν αὐτοῖς καὶ τὰς προσβολὰς
2 ᾗ προσπίπτοιεν ἀπεωθοῦντο. καὶ δὶς μὲν ἢ τρὶς
ἀπεκρούσαντο, ἔπειτα πολλῷ θορύβῳ αὐτῶν τε
προσβαλλόντων καὶ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν οἰκε-
τῶν ἅμα ἀπὸ τῶν οἰκιῶν κραυγῇ τε καὶ ὀλο-
λυγῇ χρωμένων λίθοις τε καὶ κεράμῳ βαλλόντων,
καὶ ὑετοῦ ἅμα διὰ νυκτὸς πολλοῦ ἐπιγενομένου,
ἐφοβήθησαν καὶ τραπόμενοι ἔφυγον διὰ τῆς πό-
λεως, ἄπειροι μὲν ὄντες οἱ πλείους ἐν σκότει καὶ
πηλῷ τῶν διόδων ᾗ χρὴ σωθῆναι (καὶ γὰρ τε-

Cap. 4. § 2. προσβαλλόντων Reg. et Theon. 4, 21, reliqui προσβαλόντων. Cf. adn.

σκότῳ omnes praeter Cl. Ven. Cum reliquis locis (III 23, 4. VIII 42, 1) neutrum Th. habet tum hic idem confirmant Aen. Tact. 2, 6. Theon. 4, 21.

cf. adn. I 143, 4. — φοβερώτεροι hic est timidiores, ut Soph. Ant. 153 et alibi. Similiter ἔμφοβος, formidolosus, fearful et active et passive dicuntur. — ἥσσους ὦσι, i. e. ἡσσῶνται.

Cap. 4. § 1. ξυνεστρέφοντο, conglobabantur (s. ordines densabant). Cf. § 5. IV 68, 6. VII 30, 2 et de σφίσιν αὐτοῖς adn. IV 25, 9. — ἀπεωθοῦντο. De imperfecto vid. adn. I 134, 1.

§ 2. προσβαλλόντων eiusdem temporis esse necesse est atque ea quae mulieres et servi ad virorum impetum adiuvandum faciunt. — κραυγῇ τε καὶ ὀλολυγῇ. Κραυγή a Moeride in v. κεκραγμός male vocatur Ἑλληνικόν. Cf. Sturz. Lex. Xen. et Steph. Thes. Ὀλολυγή, ululatus, est clamor feminarum perinde atque ὀλολυγμός in Aesch. Sept. 268. Ag. 28. 595. — κεράμῳ collective dictum, ut III 74, 1. IV 48, 2, πλίνθος III 20, 3. IV 90, 2 (later Plin. H. N. II 182. 197), ἄμπελος IV 90, 2. 100, 3, κάχληξ IV 26, 2, δᾴς VII 53, 4, καρπός III 15, 2, ἔπαλξις II 13, 6. VII 28, 2, χάλιξ I 93, 5. Κέραμον cum plurali λίθοις similiter iungunt Paus. IV 29, 1 et Herodian. VII 12, 5. De Latinis cf. Kritz. ad Sall. Iug. 57, cum tota sententia Liv. V 21, 10. 11. — ἐπιγενομένου. De tempestatibus subito ingruentibus saepe legitur, item de aliis calamitatibus (cf. 49, 3), de quibus dictum interdum est Lat. supervenire, ut 58, 2, — ἄπειροι ... οἱ πλείους. Cf. Krueg. Gr. § 57, 8. — πηλῷ. Hinc vicos Plataearum lapidibus tunc stratos non fuisse colligit Muenscher de Reb. Plataeensium. — χρή. Vid. adn. I 91, 1. —

www.libtool.com.cn


λευτῶντος τοῦ μηνὸς τὰ γιγνόμενα ᾖν), ἐμπείρους
δὲ ἔχοντες τοὺς διώκοντας [τοῦ μὴ ἐκφεύγειν],
ὥστε διεφθείροντο πολλοί. τῶν δὲ Πλαταιῶν τις 3
τὰς πύλας ᾗ ἐσῆλθον καὶ αἵπερ ἦσαν ἀνεῳγμέ-
ναι μόναι, ἔκλῃσε στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ βαλά-
νου χρησάμενος ἐς τὸν μοχλόν, ὥστε μηδὲ ταύτῃ

*πολλοί* pr. It. Theo l. l. Aen. Tact. l. l., vulgo *οἱ πολλοί*. Cf. adn. § 3. *τῶν τε* Vat. Aug. Pal. rec. M. Cass. Cl. Ven. Gr. Mosqu. F. G. H. I.

*τελευτῶντος τοῦ μηνός*] *τοῦ κατὰ σελήνην λέγει μηνός· τουτέστιν ἐν συνόδῳ* (interlunio). Schol. Cf. Ideler Chronol. I p. 280 et infra adn. 28, 1. *Ἕνην καὶ νέαν* fuisse ex *ἱερομηνίας* vocabulo III 56, 1 collegit Dodwell., sed hoc argumentum parum fimum est. Cf. ibi adn. „*Τελευτῶντος τοῦ μηνός*, ut *φθίνοντος*, nihil nisi mensem exeuntem, quo, cum lunares essent menses, nox obscura erat, significat ut plurimum diebus 21—29." Voem. Toto autem hoc enuntiato maxime verba *ἐν σκότει* illustrantur. — *ᾗ*. Sic iterum § 3. Cf. adn. I 142, 4. — [*τοῦ μὴ ἐκφεύγειν*]. Ut hic infinitivus, quemadmodum alibi (cf. adn. I 4 extr.), de consilio accipi possit, iungendus est cum v. *διώκοντας*, quanquam enuntiatum sic intellectum languet, quoniam nihil sententiae addit nisi quod in ipso *διώκοντας* insit. Dobr. *τὸ μὴ* legendum esse coniecit exempla afferens parum similia, velut Aesch. Ag. 15. Prom. 865, ubi articulus infinitivo ex praegresso verbo pendenti additus est (cf. Kuehn. Gr. max. § 479, 1). Effectus notionem infinitivi genetivo subiecit Krueg. male comparans corrupta Pseudo-Lys. XX 36 verba, quae certissima correctura Dobr. emendavit; accedit quod effectus postea demum verbis *ὥστε διεφθ. πολλ.* significatur. Classenus ut Dukas infinitivum nectit cum *ἐμπείρους*, ut verba valeant *τοῦ μὴ ἐᾶν ἐκφεύγειν*, etiam hoc contra ipsorum verborum sensum; nam illud *ἐᾶν* apud Th. non legitur et Thebanos effugere non modo non significatum est, sed ne potest quidem ex ipsis verbis percipi. Nam qui peritus est non effugiendi ipse non effugit, non alios effugere prohibet. Nunc assentimur Herwerdeno, qui haec verba ideo delet quod ea Aen. Pol. 2, 6 *οἱ μὲν γὰρ ἔφυγον ἄπειροι ὄντες ᾗ χρὴ σωθῆναι, οἱ δὲ ἐμπείρως διώκοντες πάνυ πολλοὺς ἔφθειραν* non legisse manifestum sit. Abiecto igitur hoc stolidi cuiusdam interpretis additamento ad *ἐμπείρους* subaudiendum est *τῶν διόδων*. — *πολλοί*, non *οἱ πολλοί*. Cf. 2, 1 *ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων . . . ἐσῆλθον* et 5, 7, deinde 4, 5 *τὸ δὲ πλεῖστον* et 4, 7.

§ 3. *στυρακίῳ . . . χρησάμενος ἐς τὸν μοχλόν*, i. e. *χρησάμενος καὶ ἐμβαλὼν* (*αὐτό*). Emphasis in praepositione *ἐς* positae exempla usitatiora adnotavimus I 63, 1. 65, 2. 87, 2. De *παρά* vid. adn. I 13, 5, de *ὑπό* II 76, 2, de aliis alibi, velut I 71, 4. *Στυράκιόν ἐστιν ὁ καλούμενος σαυρωτὴρ* (apud Hom. etiam *οὐρίαχος*) *τῶν δοράτων*. Schol. „*Βάλανος* est instrumentum claudendi, ferrum breve [cylindrus ferreus, Schliessbolzen Koechly, Gall. boulon], quod per *μοχλὸν* immissum, i. e. per lignum vecti simile, quod

www.libtool.com.cn

4 ἔτι ἔξοδον εἶναι. διωκόμενοί τε κατὰ τὴν πόλιν οἱ μέν τινες αὐτῶν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβάντες ἔρριψαν ἐς τὸ ἔξω σφᾶς αὐτοὺς καὶ διεφθάρησαν οἱ πλείους, οἱ δὲ κατὰ πύλας ἐρήμους γυναικὸς δούσης πέλεκυν [λαθόντες καὶ] διακόψαντες τὸν μοχλὸν ἐξῆλθον οὐ πολλοί (αἴσθησις γὰρ ταχεῖα ἐπεγένετο), ἄλλοι δὲ ἄλλῃ τῆς πόλεως σποράδην
5 ἀπώλλυντο. τὸ δὲ πλεῖστον καὶ ὅσον μάλιστα ἦν ξυνεστραμμένον ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα, ὃ ἦν τοῦ τείχους καὶ αἱ [πλησίον] θύραι ἀνεῳγ-

etiam dicitur obex et sera [apud Hom. ὀχεύς], ipsum μοχλόν postibus affigebat, ut nisi extracto eo [ope βαλανάγρας seu κλειδός] revelli non posset sera nec ianua aperiri.“ Gottl. et Gronov. in Lect. Plaut. Vid. Casaub. et Orell. ad Aen. Poliorc. c. 18 et Koechl. ibid. p. 164. Breviter Paul. Ἐγκύκλ. παιδ. in ianua.

§ 4. οἱ μέν τινες. Cf. Krueg. Gr. § 50, 1 adn. 9. — [λαθόντες καὶ] διακόψαντες. Cum γυναικὸς δούσης πέλεκυν cum verbo διακόψαντες iungenda sint, hic verborum conexus prorsus turbatur interposito λαθόντες καί. Videtur autem λαθόντες, quo nihil sententiae additur quod non ex ἐρήμους et verbis αἴσθησις γὰρ ταχεῖα ἐπεγένετο intellegatur, propter ipsa haec verba ad ἐξῆλθον adscriptum et deinde alieno loco in scriptoris verba receptum cum iisque addito καί coniunctum esse. Solum καὶ del. Herw. Sed molestissimum est λαθόντες διακόψαντες pro λάθρᾳ διακόψαντες.

§ 5. τὸ δὲ πλεῖστον ... ἐσπίπτουσι. De neutris vid. adn. 45, 1. Cf. Matth. Gr. § 302. — οἴκημα Diod. XII 41, 6 οἰκίαν. Cf. adn. I 134, 1. — ὃ ἦν τοῦ τείχους κ. τ. λ. Cf. adn. I 134, 1. At Haasius Lucubrat. Thuc. p. 52 dicit veterum consuetudinem fuisse ut a muris aedificia aliquantum distarent, sicut praeceperit Philo mechanicus lib. V p. 80 ed. Par. Atque etiamsi Bloomf. comparaverit verba Liv. X 10, 1 duo ex oppidanis quorum erant aedificia iuncta muro (Nequini) et Romae quoque coniuncta moenibus aedificia esse idem Liv. I 44, 4 testetur, Plataeis tamen spatium inter murum et domus relictum esse quo interior murus duceretur ex II 76 constare. Quare sicut Did. πλησίον post τείχους transponendum censet. Quam coniecturam amplecteremur, nisi et, quamvis pleraeque domus a muro paululum distarent, una alterave, publica maxime, ita exstrui posset ut unus paries eius ipse murus esset (quod Plataeis fuisse vel propter errorem qui deinde narratur conici posse addit Krueg.) et verba I 134, 1 ἐς οἴκημα οὐ μέγα ὃ ἦν τοῦ ἱεροῦ ἐσελθών his essent similiora quam ut quicquam hic mutandum esse verisimile sit. Praeterea Pollux, qui IX 46 ipsa verba ὃ ἦν τοῦ τείχους affert, πλησίον iis additum non invenit. Denique vix fieri poterat ut fugientes ianuas aedificii muro tantummodo propinqui, non iuncti pro portis haberent. Neque tamen magis eo quo traditum est loco πλησίον sententiae convenit. Nam quod ianuas The-

www.libtool.com.cn

*μέναι ἔτυχον αὐτοῦ, οἰόμενοι πύλας τὰς θύρας*
*[τοῦ οἰκήματος] εἶναι καὶ ἄντικρυς δίοδον ἐς τὸ*
*ἔξω. ὁρῶντες δὲ οἱ Πλαταιῆς αὐτοὺς ἀπειλημ-* 6
*μένους ἐβουλεύοντο εἴτε κατακαύσωσιν ὥσπερ*
*ἔχουσιν, ἐμπρήσαντες τὸ οἴκημα, εἴτε τι ἄλλο*
*χρήσωνται. τέλος δὲ οὗτοί τε καὶ ὅσοι ἄλλοι* 7
*τῶν Θηβαίων περιῆσαν κατὰ τὴν πόλιν πλανώ-*
*μενοι, ξυνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι παραδοῦναι*
*σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα χρήσασθαι ὅ τι ἂν*
*βούλωνται. οἱ μὲν δὴ ἐν τῇ Πλαταίᾳ οὕτως*
*ἐπεπράγεσαν.*

5. *Οἱ δ' ἄλλοι Θηβαῖοι οὓς ἔδει ἔτι τῆς νυ-* 1
*κτὸς παραγενέσθαι πανστρατιᾷ, εἴ τι ἄρα μὴ*
*προχωροίη τοῖς ἐσεληλυθόσι, τῆς ἀγγελίας ἅμα*
*καθ' ὁδὸν αὐτοῖς ῥηθείσης περὶ τῶν γεγενημέ-*

§ 6. *ὁρῶντες δ' αὐτοὺς οἱ Πλατ.* Laur. m. Ven. Lugd. B. E., *αὐτοὺς* om. F. et Reg.
Cap. 5. § 1. *προσχωροίη* Vat. Pal. Aug. Cass. Cl. Ven. B.

banis fugientibus propinquas, quae in adversa aedificii parte fuerint, significari putant, longe aliud est propinquus quam adversus et illas ianuas Thebanis ex adverso fuisse *πλησίον* vocabulo non exprimitur. Quare Bloomf. auctore id delemus. Adscriptum fuit ad interpretandum genet. *τοῦ τείχους* et deinde alieno loco scriptoris verbis insertum est. — *καὶ αἱ πλησίον θύραι ... αὐτοῦ.* De compositione verborum cf. 62, 1. 71, 1. 74, 8. 102, 5. Krueg. Gr. § 60, 6 adn. 2. Latinos quoque sic loqui constat. Cf. Zumpt. Gr. § 805. Kuehn. ad Cic. Tusc. V 3, 8. — *πύλας*] *πύλαι τοῦ τείχους, θύραι τοῦ οἴκου.* Schol. — [*τοῦ οἰκήματος*] esse ianuas adeo ex se intellegitur ut additum non solum abundet, sed etiam langueat. Del. Herw. — *ἄντικρυς*] *τὸ ἄντικρυς ἐνταῦθα μὲν ἐξ ἐναντίας* [cf. Buttm. Gr. max. II p. 290], *ἀεὶ δὲ* [*ἄλλοθι*] *ἐπὶ τοῦ φανεροῦ* [cf. I 122, 2. V 80, 2] *κεῖται.* Schol. Valet etiam recta VI 49, 1. Plat. Euthyd. p. 273 b.

§ 6. *εἴτε κατακαύσωσιν.* Cf. Krueg. Gr. § 54, 7 adn. 1 et infra VII 1, 1. — *ὥσπερ ἔχουσιν.* Cf. adn. I 134, 8. — *τὶ ἄλλο χρήσωνται.* Cf. Matth. Gr. § 409, 6. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 9 et hic § 7 et 15, 2.

§ 7. *χρήσασθαι.* Simul audi *σφίσι* (*καὶ τοῖς ὅπλοις*) et cf. Matth. Gr. § 532 a. Krueg. Gr. § 55, 3 adn. 20 et 4 adn. 11. Totam formulam usitatam esse in condicionibus deditionum adnotat Duk. Cf. IV 69, 3. VII 85, 1. Ellendt. ad Arr. III 23, 16. Latini plerumque se (suaque) in fidem (atque potestatem) vel fidei (potestati) victoris permittere et similibus modis dicunt. — *ἐπεπράγεσαν.* Vid. Krueg. Gr. § 40 s. v.

Cap. 5. § 1. *ἔδει*, scil. ex constituto. Cf. 92, 7. 95, 3.

www.libtool.com.cn
2 νων ἐπεβοήθουν. ἀπέχει δὲ ἡ Πλάταια τῶν Θη-
βῶν σταδίους ἑβδομήκοντα, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ γε-
νόμενον τῆς νυκτὸς ἐποίησε βραδύτερον αὐτοὺς
ἐλθεῖν· ὁ γὰρ Ἀσωπὸς ποταμὸς ἐρρύη μέγας καὶ
3 οὐ ῥᾳδίως διαβατὸς ἦν. πορευόμενοί τε ἐν ὑετῷ
καὶ τὸν ποταμὸν μόλις διαβάντες ὕστερον παρε-
γένοντο, ἤδη τῶν ἀνδρῶν τῶν μὲν διεφθαρμέ-
4 νων, τῶν δὲ ζώντων ἐχομένων. ὡς δ' ᾔσθοντο
οἱ Θηβαῖοι τὸ γεγενημένον, ἐπεβούλευον τοῖς ἔξω
τῆς πόλεως τῶν Πλαταιῶν (ἦσαν γὰρ καὶ ἄνθρω-
ποι κατὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ κατασκευή, οἷα ἀπροσ-
δοκήτου ⟨τοῦ⟩ κακοῦ ἐν εἰρήνῃ γενομένου)·
ἐβούλοντο γὰρ σφίσιν, εἴ τινα λάβοιεν, ὑπάρχειν
ἀντὶ τῶν ἔνδον, ἢν ἄρα τύχωσί τινες ἐζωγρημένοι.
5 καὶ οἱ μὲν ταῦτα διενοοῦντο· οἱ δὲ Πλαταιῆς,
ἔτι διαβουλευομένων αὐτῶν, ὑποτοπήσαντες τοι-
οῦτόν τι ἔσεσθαι καὶ δείσαντες περὶ τοῖς ἔξω
κήρυκα ἐξέπεμψαν παρὰ τοὺς Θηβαίους, λέγον-
τες ὅτι οὔτε τὰ πεποιημένα ὁσίως δράσειαν ἐν
σπονδαῖς σφῶν πειραθέντες καταλαβεῖν τὴν πό-
λιν, τά τε ἔξω ἔλεγον αὐτοῖς μὴ ἀδικεῖν· εἰ δὲ

§ 5. *πειράσαντες* Laur. m. Vind. Ar. Chr. E. Cf. adn.

§ 2. *ἑβδομήκοντα.* Octoginta numerat Dicaearch. p. 14. — *τὸ ὕδωρ.* Infra 77, 4 *ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ.* Cf. Krueg. Gr. § 61, 4 adn. 4. — *ἐρρύη μέγας.* Hinc habet Pseudo-Demosth. l. d. Sic in optimis libris Xen. Anab. VI 4, 4 *κρήνη ἄφθονος ῥέουσα.* Cf. Krueg. Gr. 57, 4 adn. 2. Similiter Latini loquuntur. Cf. interpr. Tac. Ann. II 6 et Hor. Serm. I 7, 28, item *ἐκπνεῖν μέγαν* VI 104, 2, *πολὺν ἐγκεῖσθαι* IV 22, 2.

§ 3. *τὸν ποταμόν.* In iterato hoc nomine noli offendere. Cf. 96, 4. — *ζώντων ἐχομένων.* Cf. Krueg. Gr. § 56, 15 adn. 6. Similiter partic. praedicative iunctum est cum *λαμβάνειν* I 114, 2, cum *ἄγειν* IV 28, 4.

§ 4. *ἦσαν γάρ.* Hac enuntiatione sola *τοῖς ἔξω* explicantur, altera *ἐβούλοντο γάρ* causa affertur cur Thebani illis insidiati sint. Cf. adn. I 91, 3. — *οἷα.* Cf. Krueg. Gr. § 56, 12 adn. 2. — *⟨τοῦ⟩ κακοῦ.* Articulus abesse nequit, quod malum hoc est impetus Thebanorum antea commemoratus. Eum addi iusserunt Bredow. et Baumeister Spicileg. crit. I p. 4. — *εἰ ... λάβοιεν, ... ἢν ... τύχωσι.* Cf. Matth. Gr. § 524 adn. 5.

§ 5. *κήρυκα ἐξέπεμψαν.* Cf. Polyaen. VI 19, 1. — *ἐν σπονδαῖς.* Supra 2, 3 *ἐν εἰρήνῃ.* Cf. I 55, 2. — *πειραθέντες* active, ut 33, 2. VI 92, 4 et apud alios saepe, contra passive VI 54, 4. — *τά τε ἔξω ἔλεγον.*

www.libtool.com.cn


μή, καὶ αὐτοὶ ἔφασαν αὐτῶν τοὺς ἄνδρας ἀπο-
κτενεῖν οὓς ἔχουσι ζῶντας, ἀναχωρησάντων δὲ
πάλιν ἐκ τῆς γῆς ἀποδώσειν αὐτοῖς [τοὺς ἄνδρας].
Θηβαῖοι μὲν ταῦτα λέγουσι καὶ ἐπομόσαι φασὶν 6
αὐτούς· Πλαταιῆς δ' οὐχ ὁμολογοῦσι τοὺς ἄνδρας
εὐθὺς ὑποσχέσθαι ἀποδώσειν, ἀλλὰ λόγων πρῶ-
τον γενομένων ἤν τι ξυμβαίνωσι, καὶ ἐπομόσαι
οὔ φασιν. ἐκ δ' οὖν τῆς γῆς ἀνεχώρησαν οἱ 7
Θηβαῖοι οὐδὲν ἀδικήσαντες· οἱ δὲ Πλαταιῆς ἐπειδὴ
τὰ ἐκ τῆς χώρας κατὰ τάχος ἐσεκομίσαντο, ἀπ-
έκτειναν τοὺς ἄνδρας εὐθύς. ἦσαν δὲ ὀγδοήκοντα
καὶ ἑκατὸν οἱ ληφθέντες, καὶ Εὐρύμαχος εἷς αὐ-
τῶν ἦν, πρὸς ὃν ἔπραξαν οἱ προδιδόντες.
6. Τοῦτο δὲ ποιήσαντες ἔς τε τὰς Ἀθήνας 1
ἄγγελον ἔπεμπον καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους
ἀπέδοσαν τοῖς Θηβαίοις, τά τ' ἐν τῇ πόλει καθ-
ίσταντο πρὸς τὰ παρόντα ᾗ ἐδόκει αὐτοῖς. τοῖς 2
δ' Ἀθηναίοις ἠγγέλθη εὐθὺς τὰ περὶ τῶν Πλα-
ταιῶν γεγενημένα, καὶ Βοιωτῶν τε παραχρῆμα
ξυνέλαβον ὅσοι ἦσαν ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ ἐς τὴν
Πλάταιαν ἔπεμψαν κήρυκα, κελεύοντες εἰπεῖν μη-

Mutata est oratio, quasi antea non ὅτι οὔτε, sed ὅτι οὐ legeretur et ἔλεγον cum ἐξέπεμψαν coniungendum esset. Cf. adn. I 16. Repetitum est dicendi verbum, quia in altero membro in iubendi vim transit. — εἰ δὲ μή. Cf. adn. I 28, 3. — [τοὺς ἄνδρας] molestum est in tanta vicinia inutiliter repetitum, praesertim cum etiam in proximis idem sequatur. Del. Herw.

§ 6. εὐθύς iunge cum v. ἀποδώσειν; nam contraria sunt εὐθὺς ἀποδ. et λόγων πρῶτον γενομένων ἀποδ. — τι ξυμβαίνωσι. Cf. adn. 12, 1. IV 22, 3 et Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 4.

§ 7. δ' οὖν. Cf. adn. I 3, 3. VIII 87, 6. Latine hic utcunque se ea res habet dixeris, etiam ceterum. — τὰ ἐκ τῆς χώρας. Cf. adn. I 8, 2. — ἀπέκτειναν τοὺς ἄνδρας. Cum Thuc. dissentit Diod., qui captivos non Thebanis redditos esse tradit XII 42, 1. Sed cum Thuc. faciunt Pseudo-Demosth. et Polyaen. — οἱ προδιδόντες. Cf. adn. 2, 4.

Cap. 6. § 1. ἔπεμπον. Cf. adn. I 26, 1. De Atheniensibus § 2 ἔπεμψαν, sed § 3 ἐπέστελλον.

§ 2. τὰ περὶ ... γεγενημένα. Facile γεγενημένα (cf. VIII 11, 3. 14, 2. 26, 2) alicui suspectum sit; sed haec breviter posita esse pro ἠγγέλθη περὶ Πλαταιῶν τὰ περὶ Πλαταιέας γεγενημένα aut γεγενημένα praedicatum esse ἠγγέλθη verbi adnotat Krueg. — εἰπεῖν del. Cob. Mnemos. nov. ser. VIII p. 96,

www.libtool.com.cn

*δὲν νεώτερον ποιεῖν περὶ τῶν ἀνδρῶν οὓς ἔχουσι*
*Θηβαίων, πρὶν ἄν τι καὶ αὐτοὶ βουλεύσωσι περὶ*
3 *αὐτῶν· οὐ γὰρ ἠγγέλθη αὐτοῖς ὅτι τεθνηκότες*
*εἶεν. ἅμα γὰρ τῇ ἐσόδῳ γιγνομένῃ τῶν Θηβαίων*
*ὁ πρῶτος ἄγγελος ἐξῄει, ὁ δὲ δεύτερος ἄρτι*
*νενικημένων τε καὶ ξυνειλημμένων, καὶ τῶν ὕστε-*
*ρον οὐδὲν ᾔδεσαν. οὕτω δὴ οὐκ εἰδότες οἱ*
*Ἀθηναῖοι ἐπέστελλον· ὁ δὲ κῆρυξ ἀφικόμενος*
4 *ηὗρε τοὺς ἄνδρας διεφθαρμένους. καὶ μετὰ ταῦτα*
*οἱ Ἀθηναῖοι στρατεύσαντες ἐς Πλάταιαν σῖτόν*
*τε ἐσήγαγον καὶ φρουρούς ἐγκατέλιπον, τῶν τε*
*ἀνθρώπων τοὺς ἀχρειοτάτους ξὺν γυναιξὶ καὶ*
*παισὶν ἐξεκόμισαν.*

1 7. *Γεγενημένου δὲ τοῦ ἐν Πλαταιαῖς ἔργου καὶ λελυμένων λαμπρῶς τῶν σπονδῶν οἱ Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο ὡς πολεμήσοντες, παρεσκευάζοντο δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν, πρεσβείας τε μέλλοντες πέμπειν*

fortasse recte. Cf. IV 30, 4. — *νεώτερον.* Cf. adn. I 132, 5. — *περὶ τῶν ἀνδρῶν.* Pro *περί* cum gen. IV 51 *περί* cum acc. et I 132, 5 *ἐς*, ut apud *νεωτερίζειν* IV 51. Sed *νεωτερίζειν περί τινος* I 58, 1. Tum genetivus *Θηβαίων* cum relativo iunctus est.

§ 3. *οὐκ εἰδότες*, interpretationem *οὕτω* adverbii esse Krueg. conicit; sed necessarium est, ne ad omnia antea de Atheniensibus narrata *οὕτω δή* referatur. Praeter hunc locum in apodosi *οὕτω δή* Th. habet, ubi in protasi dicta in unum comprehendit.

§ 4. *τῶν τε . . . ἐξεκόμισαν.* Cf. 78, 3. — *ἀχρειοτάτους.* Cf. adn. I 93, 6.

Cap. 7. § 1. *Πλαταιαῖς.* Sic iterum 10, 1; alibi hoc nomen, si a controverso genetivo *Πλαταιῶν* II 78, 4. III 21, 1. 36, 1 discesseris, Thucydidi singulare est. Cf. Muensch. de Reb. Plat. p. 3. — *λαμπρῶς.* Cf. adn. I 49, 7. — *οἱ Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο.* Quod non legitur *παρεσκευάζοντο μὲν οἱ Ἀθ.* ut in anaphora legitima (I 85, 2), illustretur his exemplis: *ἐξάγει ἐς Δρίλας τὸ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος, τὸ δὲ ἥμισυ καταλείπει* Xen. Anab. V 2, 1, ubi, quemadmodum hic, accessit chiasmus, Hom. Il. XXIV 687. Soph. El. 267 sqq. Cf. adn. I 28, 2. — *πρεσβείας τε . . . παρὰ βασιλέα.* Ad utrosque bellum gerentes haec referenda et idcirco vulgo atque apud Bekk. ante alterum *παρεσκ.* male punctum positum esse inde apparet quod verba *πόλεις τε . . . ποιούμενοι* ad utrosque spectare scriptor ipse § 2. 3 docet. De Lacedaemoniorum legatis ad regem profectis vid. 67, 1, de Atheniensium legatione certi nihil novimus. Neque tamen illa *παρὰ βασιλέα . . . βαρβάρους* neglegentius dicta esse credimus, ita

www.libtool.com.cn


παρὰ βασιλέα καὶ ἄλλοσε ἐς τοὺς βαρβάρους, εἴ ποθέν τινα ὠφελίαν ἤλπιζον ἑκάτεροι προσλήψεσθαι, πόλεις τε ξυμμαχίδας ποιούμενοι ὅσαι ἦσαν ἐκτὸς τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως. καὶ Λακεδαι- 2
μόνιοι μὲν πρὸς ταῖς αὐτοῦ ὑπαρχούσαις ἐξ

Cap. 7. § 2. *Λακεδαιμονίοις* omnes praeter paucos deteriores (etiam Vat., si ex Schoenei silentio concludere licet).
*αὐτῶν* Vind. corr. Gr.

ut sola *ἐς τοὺς βαρβάρους* ad ambos spectent, *παρὰ βασιλέα* ad solos Lacedaemonios, quam socordiam scriptori tribuit Herbstius (Zur Geschichte der ausw. Polit. Spart. p. 33 sqq.), sed propter *μέλλοντες* in dubio relinqui putamus utrum revera miserint necne. Cf. Dahlm. Quaest. histor. I p. 113. — **ἐς τοὺς βαρβάρους.** De *ἐς* vid. adn. I 137, 3. Barbari a Persis distincti sunt Odrysae (67, 2) et fortasse populi Epiri et Macedoniae (cf. c. 80). — **εἴ ποθεν** in *ὁπόθεν* mutandum esse putat Naber in Mnemos. nov. ser. XIV p. 90 propter Dion. Cass. XLVIII 28, 2 *ὁπόθεν τινὰ ὠφέλειαν προσλήψεσθαι ἐνόμιζον.* Sed hic non tam presse Th. sequitur ut nihil mutare sibi permittat, et cf. VII 20, 2. — **πόλεις**, scil. *Ἑλληνικάς.* — **ποιούμενοι** de conatu. Nam neutris res plane successit. Cf. adn. I 10, 2. — **ἑαυτῶν.** Sic iterum II 92, 4. Cf. Arndt. de Pronom. reflex. usu p. 36 et de pronom. simpl. construct. reflex. p. 46 et adn. I 20, 1.

§ 2. **καὶ Λακεδαιμόνιοι . . . μέγεθος τῶν πόλεων.** Si in vulgata lectione *Λακεδαιμονίοις . . . ἐπετάχθησαν* omnia recte scripta essent, nominativus, ad quem *ἐπετάχθησαν* referendum est, deberet esse *αἱ ξυμμαχίδες πόλεις* sive *οἱ ξύμμαχοι.* Nam Goellerum eum in vv. *κατὰ μέγεθος τῶν πόλεων* inesse parum recte existimare non est cur fusius explicetur. Cum autem *αὐτοῦ ὑπάρχειν ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας* non possint significare in Laconica ex Italia et Sicilia adesse, quod certissimum est nullas naves ex his terris cum Peloponnesiis ante impetum ab Atheniensibus in Syracusas factum se coniunxisse (cf. III 86, 2. VI 11, 3. 34, 8. 52. VIII 2, 3), *ἐξ Ἰταλ. καὶ Σικελ.* nectendum est cum *τοῖς ἑλομ.* Quo facto si *ἐπετάχθησαν* ad *πόλεις ξυμμαχίδας* refertur, haec oritur sententia: et a Lacedaemoniis quidem socii praeter eas naves quae ibi (i. e. aut, si de navibus pristinorum et verorum sociorum cogitatur, in Peloponneso aut, si iam ad ea quae sequuntur respicitur, in Italia et Sicilia) partes ipsorum in Italia et Sicilia amplexis erant naves fabricari pro magnitudine civitatium iussi sunt. Sed quoniam Peloponnesi naves parum apte dicuntur sociis Italicis et Siciliensibus fuisse neque *αὐτοῦ* commode ad insequentia *ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας* spectare potest, praesertim cum sic intellectum etiam plane supervacaneum sit, et dure ad *ἑτοιμάζειν ἡσυχάζοντας καὶ δεχομένους* simul auditur singularis *ἐπετάχθη* atque ob ea quae antecedunt *πόλεις ξυμμαχίδας ποιούμενοι ὅσαι ἦσαν ἐκτὸς τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως* aliquid commemoratum velis quod Lacedaemonii iis qui praeter pristinos socios partibus ipsorum se adiunxissent imperaverint, sicut

www.libtool.com.cn

Ἰταλίας καὶ Σικελίας τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις ναῦς ἐπέτασσον ποιεῖσθαι κατὰ μέγεθος τῶν πό-

ἐπετάχθησαν codd. praeter ἐτάχθησαν Ar. et ἐπετάχθη Vind.

Athenienses § 3 τήν τε ὑπάρχουσαν ξυμμαχίαν ἐξετάσαι et ad populos nondum foederatos legationes misisse dicuntur, ἐπετάχθη e cod. Vind. scribendum censeremus, ut hinc τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις penderet et πρὸς ταῖς αὐτοῦ ὑπαρχούσαις valeret πρὸς ταῖς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ὑπαρχούσαις ναυσί, nisi dativus Λακεδαιμονίοις pro ὑπὸ Λακεδαιμονίων positus propter insequentem alterum dativum τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις nimiam molestiam et obscuritatem habere et ipse dat. personalis cum passivo iunctus aliquantulum differre videretur ab ὑπό cum genetivo, quippe qui aut alicuius opera (I 13, 5. 17, ubi ἑκάστοις idem est atque praegressum ἀπ' αὐτῶν) aut cum alicuius commodo (IV 62, 1) aut in alicuius rei possessionem (IV 109, 4) aliquid fieri vel factum esse indicet. Posset quidem etiam servato ἐπετάχθησαν scribi νῆες, quod nunc recepit Class.; sed manet dativi Λακεδαιμονίοις importunitas et multo verisimilius est, cum ναῦς a librariis ex suae aetatis sermone pro nominativo habitum esset (cf. Lob. ad Phryn. p. 170), ἐπετάχθη in ἐπετάχθησαν mutatum quam in Thucydidis libris frequens νῆες hoc uno loco depravatum esse. Neque tolerabilior fit dativus Λακεδαιμονίοις, si duo dicendi genera νῆες ἐπετάχθησαν et ναῦς ἐπετάχθη ποιεῖσθαι commutata esse statuitur, qualem structurarum confusionem Th. sibi permisisse nullo confirmatur exemplo. Utcunque autem locum expedire studemus, hoc constat, αὐτοῦ de Peloponneso dictum esse. In Cobeti coniectura (Nov. lect. p. 599) Λακεδαιμόνιοι . . . ἐπετετάχεσαν displicere plusquamperf. recte adnotavit Boehm. Audacior est ipsius Boehmii suspicio, qui reposito nominativo Λακεδαιμόνιοι corruptela ἐπετάχθησαν ex ἐπέταξαν factum esse putat, qualis litterarum permutatio librariis, nisi peculiaris quaedam causa erroris accederet, non facilis erat; praeterea propter imperfectum ἐξήταζον § 3 hic quoque idem tempus eo magis exspectamus quod hoc mandatum non peractum est. Cum igitur verba leniore litterarum mutatione ita corrigi nequeant ut sententia perspicua evadat, singularis quaedam hic esse videtur corruptela. Maxime autem memorabile est III 86, 2, ubi eiusdem rei mentio fit, eandem verbi τάσσειν formam legi in verbis quae τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις respondeant. Illum autem locum si, ut nonnunquam in scholiis fit, ad hunc interpretandum sic fere adscriptum esse putamus: ἐν τῇ γ'· αἱ πόλεις αἵπερ πρὸς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ξυμμαχίαν ἐτάχθησαν, genuina quae hic legebatur verbi ἐπιτάσσειν forma cum ἐτάχθησαν confusa est. Quod si ita fuit, non iam haerendum est in litterarum similitudine et rescribere licet ἐπέτασσον ad ἐξήταζον § 3 convenientius. Ceterum de articuli traiectione in ἐξ Ἰταλ. καὶ Σικ. τοῖς ἑλομ. cf. Matth. Gr. § 570. Saupp. ad Xen. Mem. I 2, 19 et Kuehn. ibid. I 6, 13, infra VI 64. 77, 2. VII 21 et adn. supra I 137, 4, de pronom. ἐκείνων adn. I 132, 5 et II 11, 6. Ἑλέσθαι τά τινος hic et III 63, 2 dictum ut φρονεῖν τά τινος. De re praeter III 86, 2 cf. Diod. II 41, 1.

www.libtool.com.cn


λεων, ὡς ἐς τὸν πάντα ἀριθμὸν πεντακοσίων
νεῶν ἐσομένων, καὶ ἀργύριον ῥητὸν ἑτοιμάζειν,
τά τ' ἄλλα ἡσυχάζοντας καὶ Ἀθηναίους δεχομέ-
νους μιᾷ νηὶ ἕως ἂν ταῦτα παρασκευασθῇ. Ἀθη- 3
ναῖοι δὲ τήν τε ὑπάρχουσαν ξυμμαχίαν ἐξήταζον
καὶ ἐς τὰ περὶ Πελοπόννησον μᾶλλον χωρία
ἐπρεσβεύοντο, Κέρκυραν καὶ Κεφαλληνίαν καὶ
Ἀκαρνᾶνας καὶ Ζάκυνθον, ὁρῶντες, εἰ σφίσι φί-
λια ταῦτα εἴη βεβαίως, πέριξ τὴν Πελοπόννησον
καταπολεμήσοντες.

8. Ὀλίγον τε ἐπενόουν οὐδὲν ἀμφότεροι, ἀλλ' 1
ἔρρωντο ἐς τὸν πόλεμον οὐκ ἀπεικότως· ἀρχόμενοι

— *ἐς τὸν πάντα ἀρ.* „*Zur Gesamtzahl.* Cf. Gram. § 50, 11 adn. 12. Similiter *ἐς* (*τὸν*) *ἀριθμόν* Herod. VII 60. 97. 205, 2." Krueg. — *πεντακοσίων.* Hunc numerum tanquam iusto maiorem impugnat Bloomf. in ed. Certe nunquam tot naves a Peloponnesiis collectas esse constat; atque etiamsi ducentas *Σικελιωτῶν* et *Ἰταλιωτῶν* (Diod. l. l.) detraxeris (cf. Ullr. Symb. p. 88), videntur remanere iusto plures. Debemus tamen perpendere non explicari quot collectae sint naves, sed quot colligi posse tunc speraverint. — *ῥητόν*] *ὡρισμένον.* Schol. Cf. adn. I 13, 1 et de re Muell. Dor. I p. 180. — *ἡσυχάζοντας.* De accus. cf. Krueg. Gr. § 55, 2 adn. 7. — *μιᾷ νηί*, i. e. si singulis navibus venissent; nam pluribus venientes timendum esse ne hostiliter agerent. Cf. III 71, 1. VI 52, 1.

§ 3. *μᾶλλον*, magis quam antea. Cf. adn. I 5, 1. — *Κέρκυραν*] *οἱ γὰρ Κερκυραῖοι ἐπιμαχίαν μόνον εἶχον* (cf. I 44, 1 et ibi adn.). *νῦν δὲ καὶ ξυμμαχίαν ποιεῖ.* Schol. In hoc fallitur, nisi de conatu intellexit. Cf. III 70, 1 et adn. II 25, 1. — *Κεφαλληνίαν.* Cf. 30, 2. — *Ἀκαρνᾶνας.* Quo modo hi Atheniensium socii facti sint et quatenus, de eo cf. 9, 4 et 68, 7. — *Ζάκυνθον.* Zacynthii iam antea Corcyraeos adiuverant. Cf. I 47, 2 et infra 9, 4. — *βεβαίως.* Cum vulgo ad proxima posteriora referatur, mutata interpunctione cum adi. *φίλια* nectendum visum est. Cf. IV 20, 3. — *καταπολεμήσοντες* propter additum *πέριξ* hic valet bello infestare, ut IV 1, 2. 86, 5.

Cap. 8. § 1. *Ὀλίγον*, i. e. *μικρόν.* Cf. VII 59, 2. 87, 6. VIII 15, 2. Liv. XXIX 1, 13 nihil parvum . . . agitabat animo. — *ἔρρωντο ἐς τὸν πόλεμον*, totis viribus in hoc bellum incumbebant, Port. Frequentius hac vi est *ἐπιρρώννυμι*, ut VII 7, 4 *καὶ ἐς τἆλλα πολὺ ἐπέρρωντο.* Cf. Krueg. ad Dion. p. 271 et § 4, ubi est omni ope nitebatur. — *οὐκ ἀπεικότως.* Cf. adn. I 77, 5. — *ἀρχόμενοι κ.τ.λ.* Etiam in his indicium libri post bellum decenne scripti invenit Ullr. propter maximam virium contentionem ab utrisque in fine belli exhibitam. Sed eo quod initio bellum acrius geri solet non impeditur quin idem certis de

www.libtool.com.cn

γὰρ πάντες ὀξύτερον ἀντιλαμβάνονται, τότε δὲ καὶ νεότης πολλὴ μὲν οὖσα ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, πολλὴ δ' ἐν ταῖς Ἀθήναις οὐκ ἀκουσίως ὑπὸ ἀπειρίας ἥπτετο τοῦ πολέμου. ἥ τε ἄλλη Ἑλλὰς πᾶσα μετέωρος
2 ἦν ξυνιουσῶν τῶν πρώτων πόλεων. καὶ πολλὰ μὲν λόγια ἐλέγετο, πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ᾖδον ἔν τε τοῖς μέλλουσι πολεμήσειν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν.
3 ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγον πρὸ τούτων, πρότερον

Cap. 8. § 1. τότε δή It. Vat. Laur. Pal. M. m. Sed cum duae belli alacriter suscepti causae afferantur, altera generalis, altera huius belli propria, δέ requiri vidit Haack.

§ 2. ἐλέγοντο It. Vat. Pal. Aug. M. Ven. C. D. F. H. Cf. ad. I 126, 5.

causis alio quoque tempore fiat. — ἀντιλαμβάνονται, aggrediuntur, capessunt, ἀντέχονται, ut VII 66, 1 vel ἀνθάπτονται. Cogita τοῦ πολέμου vel omnino τῶν πραγμάτων. Illud posuit Procop. p. 147. — νεότης, ut alibi ἡλικία et Lat. iuventus. Cf. 21, 2. — ὑπὸ ἀπειρίας] παροιμία· γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. Schol. Vid. Diogen. Cent. III 94 et ibi interpr. atque Pind. fragm. 76. — μετέωρος. Ita alibi αἰωρεῖσθαι τὰς ψυχάς, ἀνηρτημένον εἶναι ἐλπίσιν, ὀρθὸν (cf. Suid. in h. v.) εἶναι, ἐπῆρθαι infra 11, 2. VIII 2, 1, Lat. arrectum, erectum, exspectatione suspensum esse.

§ 2. λόγια . . . χρησμολόγοι. Discrimen λογίων et χρησμῶν a schol. ad h. l. et Suid. parum recte explicatum videtur. „Χρησμός cum verbis χρᾶν et χρᾶσθαι oraculorum propriis cohaerens definite oraculum divinum vocatur; λόγιον autem aperte latius spectans est vocabulum, sermo ominosus, verbum fatidicum, quod non interrogatus vel deus vel vates elocutus est." Bred. Similiter Haackio λόγια sunt auguria, praesagia vatum, χρησμοί oracula deorum. Χρησμολόγοι igitur, quibus VIII 1, 1 iunguntur μάντεις, hic ut 21, 3 videntur esse homines oracula quae divinitus sibi suggesta esse dicant, qualia versibus edebantur (quare ᾖδον), enuntiantes. Cf. adn. 21, 3 et Herm. Antiqu. II § 37, 21. 39, 6. Multa oracula Athenis bello Pelop. edita etiam Aristophanes aliquotiens irrisit. Cf. Equ. 61. 1002 sqq. Av. 960 sqq. Pac. 1046 sqq. — ἔν τε . . . πόλεσιν, tam inter eos qui bellum gesturi erant quam in reliquis civitatibus.

§ 3. Δῆλος . . . σεισθεῖσα. Cf. Sen. Nat. Qu. VI 26. At Herodotus VI 98 μετὰ τοῦτον (τὸν Δᾶτιν) ἐνθεῦτεν ἐξαναχθέντα Δῆλος ἐκινήθη, ὡς ἔλεγον οἱ Δήλιοι, καὶ πρῶτα καὶ ὕστατα μέχρι ἐμεῦ σεισθεῖσα. Ad quae cum his concilianda Gottl. post Valck. motum terrae Herodoteum haud dubie a Thucydide fictum habitum esse dixit; addere enim ipsum Herodotum ὡς ἔλεγον οἱ Δήλιοι. Nam a Wesselingio quidem defendi Thucydidem sic ut verba ὀλίγῳ πρὸ τούτων laxius accepta ad Herodoteum motum referat; sed non facile intellegi quo modo res sexaginta circiter annis ante facta prodigium malorum belli Pelop. existimari potuerit. Tertia

www.libtool.com.cn


*οὔπω σεισθεῖσα ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται. ἐλέγετο
δὲ καὶ ἐδόκει ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενήσεσθαι σημῆναι·
εἴ τέ τι ἄλλο τοιουτότροπον ξυνέβη γενέσθαι, πάντα
ἀνεζητεῖτο. ἡ δὲ εὔνοια παρὰ πολὺ ἐποίει τῶν* 4
*ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἄλλως
τε καὶ προειπόντων ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦσιν.
ἔρρωτό τε πᾶς καὶ ἰδιώτης καὶ πόλις εἴ τι δύναιτο
καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ξυνεπιλαμβάνειν αὐτοῖς· ἐν τούτῳ
τε κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἑκάστῳ τὰ πράγματα ᾧ μή
τις αὐτὸς παρέσται. οὕτως* ⟨*ἐν*⟩ *ὀργῇ εἶχον οἱ* 5

explicatio est Muelleri, qui Thucydidem de antiquiore terrae motu, quod Herodoti historiam non legisset, nihil audivisse putat Dor. I p. 312, simul comparans Pind. fragm. 58, 3. Utrum prima an tertia enodatio probanda sit pendet ex ratione quam inter utrumque scriptorem intercessisse existimamus. Cf. adn. I 20, 3. Nobis igitur veri videtur esse simillimum Th. tacite neglexisse Herodoti narrationem, cum illi Deliorum famaefidem non haberet, Herodotum autem illum locum scripsisse ante terrae motum a Th. commemoratum. Aliter Kirchhoffius in commentatione quae inscripta est Ueber die Entstehungszeit des Herodot. Geschichtswerkes p. 18 sq. — *ἀφ' οὗ . . . μέμνηνται*, post Graecorum memoriam, ut vertit Port. — *ἐλέγετο δὲ καὶ ἐδόκει*. Aliter autem Thucydides ipse iudicabat. Cf. 54, 3. V 26, 4. VII 50, 4. — *σημῆναι*] *σημεῖον εἶναι*. Schol. Cf. *ἐπισημαίνειν* II 49, 7. Insolentius auten addita est praep. *ἐπί* cum dat., pro qua alibi *ἐς* legitur. Cf. V 20, 2. Dio Cass. LX 35, 1. App. Civ. V 80. Syr. 56, sed etiam Aristid. I p. 330 *τὸν θεὸν προειδότα ἐφ' ἅπασι τοῖς μέλλουσι σημῆναι*. Dicitur etiam *σημαίνειν πρὸ* et *περὶ τῶν μελλόντων*. Vide Krueg. ad Arr. Anab. VII 22, 3.

§ 4. *ἡ δὲ εὔνοια . . . ἐποίει . . . ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους*, benevolentia ad Lacedaemonios inclinabat. Cf. VII 6, 1. Cass. Dion. XLV 11, 2. LVII 6, 2. LXXVIII 39, 4. Arrian. Anab. II 2, 3. App. Bell. civ. II 25. V 27. Schaef. ad Plut. VI p. 504. Krueg. ad Arr. II 2, 3. „Propr. *war wirksam in Beziehung auf*, ut *ποιεῖν πρός* de remediis morborum.“ Boehm. — *προειπόντων*. Cf. Krueg. Gr. § 47, 4 adn. 2. — *ὅτι . . . ἐλευθεροῦσιν*, se liberatores Graeciae esse. De re vid. I 69, 1. IV 85, 1. — *ξυνεπιλαμβάνειν*. Usitatius esse medium adnotat Gottl. Cf. I 115, 2. III 74, 1. Activo aliquotiens usus et Maximus Tyr. Vid. Steph. Thes. — *ἐν τούτῳ . . . παρῇν*. Cum tota sententia cf. IV 14, 2. De perfecto *κεκωλῦσθαι* cf. Krueg. Gr. § 53, 3 adn. 4. Quaest. gramm. p. 12. — *παρέσται*. IV 14, 2 *παρῇν*. Liv. XXX 9, 9 et in quo quisque *cessasset*, prodi ab se salutem omnium rebatur. Futurum cogitata oratione recta non minus bene dictum esse intellegitur. Cf. Matth. Gr. § 507, 1, 3.

§ 5. *οὕτως ἐν ὀργῇ εἶχον*. In codd. praepositio contra leges sermonis deest. Reisk. in Animadv. p. 17 legi vult cum Steph. *ουτως ἐν ὀργῇ εἶχον* (cf. 18, 5. 21, 3. 65, 3. Matth. Gr. § 577 p. 1342 et adn. I 55, 1) aut *οὕτω δι'*

www.libtool.com.cn

πλείους τοὺς Ἀθηναίους, οἱ μὲν τῆς ἀρχῆς ἀπο-
λυθῆναι βουλόμενοι, οἱ δὲ μὴ ἀρχθῶσι φοβούμενοι.
1 9. Παρασκευῇ μὲν οὖν τοιαύτῃ καὶ γνώμῃ ὥρ-
μηντο. πόλεις δὲ ἑκάτεροι τάσδ' ἔχοντες ξυμμάχους
2 ἐς τὸν πόλεμον καθίσταντο. Λακεδαιμονίων μὲν
οἵδε ξύμμαχοι· Πελοποννήσιοι μὲν οἱ ἐντὸς ἰσθμοῦ
πάντες πλὴν Ἀργείων καὶ Ἀχαιῶν (τούτοις δ' ἐς
ἀμφοτέρους φιλία ἦν· Πελληνῆς δὲ Ἀχαιῶν μόνοι
ξυνεπολέμουν τὸ πρῶτον, ἔπειτα δὲ ὕστερον καὶ
ἅπαντες), ἔξω δὲ Πελοποννήσου Μεγαρῆς, Φωκῆς,
Λοκροί, Βοιωτοί, Ἀμπρακιῶται, Λευκάδιοι, Ἀνα-
3 κτόριοι. τούτων ναυτικὸν παρείχοντο Κορίνθιοι,

**ὀργῆς** (cf. 64, 1. V 29, 2. 46, 5 et Matth. Gr. § 580, 1 e), Valck. ad Herod. V p. 112 *οὕτως ὀργῆς εἶχον οἱ πλείους ἐς τοὺς Ἀθηναίους* mavult. Praetulimus mutationem reliquis duabus minorem. Tertia coniectura etiam ideo posthabenda quod ea dicendi genus alibi apud Thuc. non repertum in verba infertur. Vulgatam poëticis exemplis frustra tuentur Neuius ad Soph. Trach. 137 et Class., Krueger verbis Plut. Alc. 18 *ὀργῇ καὶ πόθῳ τὸ γεγονὸς λαμβάνοντες* non satis similibus, ut ne *ὀργῇ φέρειν* quidem I 31, 1.

Cap. 9. Utrorumque socios minus distincte enumerat Diod. XII 42, 4—6.

§ 2. **Πελοποννήσιοι μὲν οἱ ἐντὸς ἰσθμοῦ.** Deleto *Πελοποννήσιοι* Herw. *οἱ μὲν ἐντὸς ἰσθμοῦ* scribit, quod nulli extra isthmum Peloponnesii fuerint. Sed ex opposito cogitantur qui velut *Μεσσήνιοι οἱ ἐν Ναυπάκτῳ* (§ 4) origine quidem Peloponnesii erant, sed extra isthmum habitabant. — **Πελληνῆς.** Hi tunc a ceteris Achaeis dirempti videntur fuisse. Cf. V 55, 4. VIII 3, 2. — **ἔπειτα . . . ὕστερον.** Cf. III 94, 1. V 61, 3. VI 66, 3. 88, 9 et *ἔπειτα μεθύστερον* hymn. in Cer. 205; *ἔπειτα μετὰ ταῦτα* et similia comici. Vid. Kock. ad Ar. Av. 810. De Latinis vid. Hand. Tursel. II p. 242. Tempus rei videtur V 82, 1 indicari; quanquam quae II 86, 1 de exercitu terrestri Peloponnesiorum prope Panormum versante narrantur iam tunc Achaiam amicam fuisse Lacedaemoniis docent. Et *οἰκεία γῆ* dicitur 87, 6. De posterioribus temporibus cf. VII 34 narrata. — **Φωκῆς.** His quidem III 95, 1 *Ἀθηναίων αἰεί ποτε φιλία* tribuitur, nihilominus palam Lacedaemoniorum socii metu Boeotorum videntur fuisse; nam et a Diod. quoque nominantur et a Thuc. iterum IV 118, 2. Cf. etiam V 64, 4. VIII 3, 2. — **Λοκροί.** Opuntii, non Ozolae. Vid. de his III 95, 1. 97, 2. 101, 1, de illis II 26, 1. 32. Epicnemidii ab Opuntiis seiuncti tunc certe non fuerunt. Cf. Boeckh. Inscr. I p. 855. Leak. Graec. sept. II p. 180 sq.

§ 3. **ναυτικὸν παρείχοντο Κορίνθιοι κ. τ. λ.**, scil. soli, sed praeterea etiam pedites. Nam Corinthiorum Megarensium Sicyoniorum Pellenensium pedites Lacedaemoniis auxiliantur V 58, 4, Ampraciotarum et Leucadiorum II 80, 5. Belli tamen Deceleici initio etiam Boeotis et aliis civitatibus hic non nominatis naves imperatae sunt. Cf. VIII 3, 2. —

www.libtool.com.cn


*Μεγαρῆς, Σικυώνιοι, Πελληνῆς, Ἠλεῖοι, Ἀμπρακιῶται, Λευκάδιοι, ἱππέας δὲ Βοιωτοί, Φωκῆς, Λοκροί, αἱ δ' ἄλλαι πόλεις πεζὸν [παρεῖχον]. αὕτη* 4
*Λακεδαιμονίων ξυμμαχία· Ἀθηναίων δὲ Χῖοι, Λέσβιοι, Πλαταιῆς, Μεσσήνιοι οἱ ἐν Ναυπάκτῳ, Ἀκαρνάνων οἱ πλείους, Κερκυραῖοι, Ζακύνθιοι, καὶ ἄλλαι πόλεις αἱ ὑποτελεῖς οὖσαι ἐν ἔθνεσι τοσοῖσδε, Καρία ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ, Δωριῆς Καρσὶ πρόσοικοι, Ἰωνία, Ἑλλήσποντος, τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, νῆσοι ὅσαι ἐντὸς Πελοποννήσου καὶ Κρήτης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα [πᾶσαι αἱ ἄλλαι Κυκλάδες] πλὴν Μήλου*

Cap. 9. § 4. *τὰ* om. It. Vat. Aug. Cass. H. Reg. (G.) At vid. I 59, 1. 68, 4. IV 78, 1. 82. 104, 4. V 21, 1.

*Κορίνθιοι ... Λευκάδιοι.* Praeter hos videntur etiam Epidaurii, Troezenii, Hermionenses, denique Anactorii commemorari potuisse. Vid. de illis tribus I 27, 2. VIII 3, 2, de Anactoriis I 46, 1. II 80, 5. Sed horum omnium opes navales sane exiguae erant. Verum similiter Locrorum, qui inter equites nominantur, copias equestres propter naturam terrae et imbecillitatem populi credibile est parvas fuisse. — *ἱππέας δὲ Βοιωτοί κ. τ. λ.*, scil. soli, sed praeterea etiam pedites. Cf. de Boeotorum peditatu 12, 5. IV 72, 2. V 57, 2. 58, 4. VII 19, 3. — *πεζόν*, non naves aut equites. — [*παρεῖχον*]. Licet in talibus promiscue activo et medio verbi *παρέχειν* Th. utatur (cf. Krueg. Gr. § 52, 8 adn. 2), tamen molestissima est in tanta vicinia eiusdem verbi variatio et repetitio. Cf. etiam § 5. Del. L. Herbst. in Philol. XXIV p. 657.

§ 4. *αὕτη*. Post hoc *μέν* excidisse suspicatur Krueg. Cf. tamen I 125, 1. — *Χῖοι, Λέσβιοι.* Soli ex insulanis maris Aegaei tunc liberi. Cf. I 19. III 10, 5. — *οἱ ἐν Ναυπάκτῳ.* Cf. I 103, 3. — *οἱ πλείους.* Excipiendi Oeniadae. Vid. II 102, 2. III 94, 1. IV 77, 2. Accedebat tunc Astacus. Vid. 30, 1. Ceterum Acarnanes et Amphilochi quomodo foederati Atheniensium facti sint videbimus II 68. — *ἄλλαι πόλεις αἱ ὑποτελεῖς οὖσαι.* Cave ita interpretere quasi superiores quoque civitates tributariae fuerint, quod non verum esse aliunde satis constat. Cf. adn. VII 57, 3. — *Καρία κ. τ. λ.* Attende et nominativos in enumeratione ita positos ut si verba *ὑποτελῆ ἔθνη* praecederent (nam si *πόλεις* explicari putaremus, prorsus redundarent illa *ἐν ἔθνεσι τοσοῖσδε*) et nomina terrarum post *ἔθνη* collocata. Ceterum verbis *Καρία ... πρόσοικοι* ea regio significatur quae *τῷ Καρικῷ φόρῳ* continebatur. Pariter *Ἰωνία* ad *τὸν Ἰωνικόν*, *Ἑλλήσποντος* ad *τὸν Ἑλλησπόντιον*, *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης* ad *τὸν ἐπὶ Θρᾴκης*, *νῆσοι ... Θήρας* ad *τὸν νησιωτικὸν φόρον* spectat. Cf. adn. VIII 96, 4. — *ἐντός*, intra i. e. cis, ut apud Lat. Cf. 96, 1. — [*πᾶσαι αἱ ἄλλαι Κυκλάδες*], i. e. eae quae a Peloponneso et Creta non ad solem orientem, verum inter septentriones et orientem spectant, velut Euboea et Andros et Scyros (cf. schol. ad I 4).

www.libtool.com.cn

5 καὶ Θήρας. τούτων ναυτικὸν παρείχοντο Χῖοι, Λέσβιοι, Κερκυραῖοι, οἱ δ' ἄλλοι πεζὸν καὶ χρή-
6 ματα. ξυμμαχία μὲν αὕτη ἑκατέρων καὶ παρασκευὴ ἐς τὸν πόλεμον ἦν.
1 10. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι μετὰ τὰ ἐν Πλαταιαῖς εὐθὺς περιήγγελλον κατὰ τὴν Πελοπόννησον καὶ τὴν ἔξω ξυμμαχίαν στρατιὰν παρασκευάζεσθαι ταῖς πόλεσι τά τε ἐπιτήδεια οἷα εἰκὸς ἐπὶ ἔξοδον ἔκδημον
2 ἔχειν, ὡς ἐσβαλοῦντες ἐς τὴν Ἀττικήν. ἐπειδὴ δὲ ἑκάστοις ἑτοῖμα γίγνοιτο, κατὰ τὸν χρόνον τὸν εἰρημένον ξυνῇσαν τὰ δύο μέρη ἀπὸ πόλεως ἑκάστης
3 ἐς τὸν ἰσθμόν. καὶ ἐπειδὴ πᾶν τὸ στράτευμα ξυνει-

Quoniam tamen Euboea, quae et ipsa τοῦ νησιωτικοῦ φόρου erat, certe Cycladum appellatione non continetur, hoc vocabulo deleto sic scribendum esse aliquis coniciat: νῆσοι ὅσαι ... ἀνίσχοντα πᾶσαι αἱ ἄλλαι πλὴν Μ. κ. Θ. Pluralem enim voc. πᾶς non raro cum plur. ὅσοι iungi constat. Cf. I 15, 2. Sed cum hunc locum interpretamento auctum esse constet, omnia quae abesse possunt Dobr. auctore delere praestat. — Μῆλον καὶ Θήρας. Hae enim erant coloniae Lacedaemoniorum vel Minyarum Lacedaemone profectorum.

§ 5. ναυτικὸν ... πεζόν. Copiae navales horum quantae fuerint cognoscas quodammodo ex I 25, 4. II 56, 2. Terrestres etiam copias a tributariis sociis Atheniensium datas esse praeter hunc locum ex IV 53, 1. 54, 1. 129, 2. VII 57, 3—7 cognoscitur.

Cap. 10. § 1. περιήγγελλον, imperabant nuntiis circummissis. Similiter I 116, 1. II 85, 3. IV 8, 2, ἐπαγγέλλειν III 16, 3. VII 17, 1. Consecutio verborum haec est: ταῖς πόλεσι περιήγγελλον στρατιὰν τά τε ἐπιτήδεια παρασκευάζεσθαι. Nam propter collocationem eorum malis quidem forsitan τὰ ἐπιτήδεια commate post εἰκός posito ad ἔχειν referre; verum sententia huius ἔχειν ita minus apta erit. Cf. 23, 3. VII 13, 1. 60, 2. 77, 6. — τὴν ἔξω ξυμμαχίαν interpretare τοὺς ἔξω τῆς Πελοποννήσου ξυμμάχους. — οἷα εἰκός. In quadraginta summum dies, ut ostendit II 57, 2. Triginta constituuntur foedere Argivorum et Atheniensium V 47, 6.

§ 2. ἐπειδὴ ... ἑτοῖμα γίγνοιτο. Optativo generali cum ἑκάστοις iuncto et ad imperf. ξυνῇσαν relato indicatur singulorum sociorum copias deinceps, ut quibusque res paratae erant, in isthmum convenisse — τὰ δύο μέρη. Cf. adn. I 74, 1. Dubitatur autem fuerintne binae partes (ex ternis) omnium eorum qui armis ferendis pares essent an totius summae in singulos discriptae. Illud nobis et verbis convenientius videtur, quoniam nec hic nec 47, 2 additi sunt genetivi militum ex pacto (s. ex formula Liv. XXII 57, 10) praebendorum vel similes, et rei; nam cum singularum civitatium incolae modo plures essent modo pauciores, foederis lege certum numerum militum quem singulae mitterent constitutum esse non est verisimile. Comma Krueg. auctore nunc non post εἰρημένον sed post γίγνοιτο

www.libtool.com.cn

λεγμένον ἦν, Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ὅσπερ ἡγεῖτο τῆς ἐξόδου ταύτης, ξυγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων πασῶν καὶ τοὺς μάλιστα ἐν τέλει καὶ ἀξιολογωτάτους παρῄνει τοιάδε.

11. „Ἄνδρες Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, 1
καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν πολλὰς στρατείας καὶ ἐν αὐτῇ Πελοποννήσῳ καὶ ἔξω ἐποιήσαντο, καὶ αὐτῶν ἡμῶν οἱ πρεσβύτεροι οὐκ ἄπειροι πολέμων εἰσίν· ὅμως δὲ τῆσδε οὔπω μείζονα παρασκευὴν ἔχοντες ἐξήλθομεν· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πόλιν δυνατωτάτην νῦν ἐρχόμεθα, καὶ αὐτοὶ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι στρατεύοντες. δίκαιον οὖν ἡμᾶς μήτε τῶν πατέρων 2
χείρους φαίνεσθαι μήτε ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ἐνδεεστέρους. ἡ γὰρ Ἑλλὰς πᾶσα τῇδε τῇ ὁρμῇ ἐπῆρται καὶ προσέχει τὴν γνώμην, εὔνοιαν ἔχουσα

Cap. **10.** § 3. παρεῖναι τοιάδ' ἔλεξεν codd. Cf. adn.
Cap. **11.** § 1. οἱ ante ξύμμαχοι abest a Laur. E. Vind. Mosqu. et tribus pessimis, ut in omnibus III 9 ὦ ἄνδρες Λακεδ. καὶ ξύμμαχοι. Cf. tamen adn.

posuimus, quod idem commendat Class.

§ 3. ξυγκαλέσας κ. τ. λ. Consilium ab eo convocatum dicunt. Vid. Muell. Dor. I p. 181. Neque tamen eos qui convenerant consulit, sed cohortatur. — τοὺς . . . ἐν τέλει, i. e. ἐν ἀρχῇ. Cf. III 36, 3. VI 88, 10 et adn. I 10, 4. 58, 1. — παρῄνει τοιάδε. Codd. scripturam corruptam esse inde patet quod inf. παρεῖναι non habet quo referatur. Nam Meinek., qui in Herm. III p. 348 ad tuendum ξυγκαλέσαι παρεῖναι VIII 86, 8 affert, valde falsus est; nam hic παρεῖναι ab εἰπών, non a καλῇ pendet. Emend. Sintenis in Philol. I 569. Krueg. παραινῶν τοιάδ' ἔλεξεν. Sed Sintenis coniecturam commendat III 8, 4.

Cap. **11.** § 1. οἱ ξύμμαχοι = ὑμεῖς οἱ ξ. Cf. Matth. Gr. § 312, 1. Krueg. Gr. § 45, 2 adn. 8. — αὐτῇ Πελοποννήσῳ. De articulo omisso auctoribus libris optimis cf. Krueg. Gr. § 50, 11 adn. 16. — τῆσδε οὔπω μείζονα παρασκευήν. Sexaginta milia gravis armaturae militum fuisse testantur Plut. Pericl. 33 et Aristid. II p. 141, centum milia hominum Androtio apud schol. Soph. OC. 694. — ἀλλὰ καί. Si καί est etiam, alterum quoque ante αὐτοί sic intellegendum et ἀλλά est at, ita ut patrio sermone prius enuntiatum expresseris verbis *aber wir ziehen auch gegen einen sehr mächtigen Staat jetzt aus;* sin utrumque καί valet et, ἀλλά est sed contrarium negationi et ad στρατεύοντες mente repetendum ἐρχόμεθα (ἐπὶ πόλιν δυνατ.). Illud tamen placet. Certe in participio singulare quiddam temere quaerit Matth. Gr. § 556 adn. 1.

§ 2. ἡμῶν αὐτῶν. Cf. Krueg. Gr. § 51, 2 adn. 8. — ἐπῆρται,

www.libtool.com.cn

διὰ τὸ Ἀθηναίων ἔχθος πρᾶξαι ἡμᾶς ἃ ἐπινοοῦμεν.
3 οὔκουν χρή, εἴ τῳ καὶ δοκοῦμεν πλήθει ἐπιέναι καὶ ἀσφάλεια πολλὴ εἶναι μὴ ἂν ἐλθεῖν τοὺς ἐναντίους ἡμῖν διὰ μάχης, τούτου ἕνεκα ἀμελέστερόν τι παρεσκευασμένους χωρεῖν, ἀλλὰ καὶ πόλεως ἑκάστης ἡγεμόνα καὶ στρατιώτην τὸ καθ' αὑτὸν αἰεὶ
4 προσδέχεσθαι ἐς κίνδυνόν τινα ἥξειν. ἄδηλα γὰρ τὰ τῶν πολέμων καὶ ἐξ ὀλίγου τὰ πολλὰ καὶ δι' ὀργῆς αἱ ἐπιχειρήσεις γίγνονται, πολλάκις τε τὸ ἔλασσον πλῆθος δεδιὸς ἄμεινον ἠμύνατο τοὺς πλέονας διὰ τὸ καταφρονοῦντας ἀπαρασκεύους γενέ-
5 σθαι. χρὴ δὲ αἰεὶ ἐν τῇ πολεμίᾳ τῇ μὲν γνώμῃ

i. e. μετέωρός ἐστιν, ut supra 8, 1, ubi vid. adn. — εὔνοιαν ἔχουσα. Haec cum emphasi dicta sunt pro his: δι' εὔνοιαν ἐπιθυμοῦσα s. εὐχομένη. Similia dicendi genera leguntur III 83, 4. V 40, 3.

§ 3. εἶναι. Repete δοκεῖ ex δοκοῦμεν. — μὴ ἂν ἐλθεῖν ... διὰ μάχης. De articulo infinitivo non addito vid. adn. I 16 et Krueg. Gr. § 50, 6 adn. 4, de vv. διὰ μάχης ἐλθεῖν (ἰέναι, ἀφικέσθαι) τινί Matth. Gr. § 580, 1 e. Krueg. Gr. § 68, 22 adn. 2, infra § 6. IV 92, 1. — ἀμελέστερόν τι. Cf. Matth. Gr. § 457 atque adn. I 49, 3. III 75, 2. — τὸ καθ' αὑτόν, pro sua parte, pro se quemque. Cf. Matth. Gr. § 283. infra 60, 3. 87, 8. Haas. Lucubr. p. 46.

§ 4. ἄδηλα γὰρ κ.τ.λ. Explicatur cur fallax sit opinio supra significata et cur propter hanc opinionem cautio non sit neglegenda. Refertur autem ἄδηλα τὰ τῶν πολέμων ad εἴ τῳ καὶ δοκοῦμεν πλήθει ἐπιέναι, καὶ ἐξ ὀλίγου ... γίγνονται ad καὶ ἀσφάλεια ... διὰ μάχης, πολλάκις τε ... γενέσθαι ad τούτου ἕνεκα ... ἥξειν. — τὰ τῶν πολέμων, bellorum eventus, res bellicae. Cf. V 102. — ἐξ ὀλίγου, celeriter, subito. Cf. II 61, 2. IV 108, 7. V 64, 4. 65, 5. Alii quidem volunt esse ex parvo, ex parvis momentis, sed huic explanationi singularis parum consentaneus est. — τὰ πολλά si valet pleraque, desiderantur verba ἐν αὐτοῖς (τοῖς πολέμοις) vel αὐτῶν. Quare videtur esse plerumque (cf. Krueg. Gr. § 46, 3 adn. 2) et nominativus huius incisi est αἱ ἐπιχειρήσεις. — δι' ὀργῆς, per animi impetum. Cf. adn. I 140, 1. — δεδιός. Hac voce ut Latino timidus simul notio cavens, sibi prospiciens continetur. Similiter § 5. — ἄμεινον. In comparativo haesit Dobr. eumque Krueg. uncis inclusit. Class. putat valere ἢ μὴ δεδιός; sed μὴ δεδιὸς πλῆθος non solum saepe, sed semper melius hostes propellit quam δεδιός. Nos simul audimus ἢ οἱ πλέονες τὸ ἔλασσον πλῆθος. — ἠμύνατο. De aoristo empirico cum πολλάκις coniuncto cf. Soph. Ant. 222. Aliter 62, 1.

§ 5. τῇ μὲν γνώμῃ utrum significet animis an consiliis hic et 20, 1 et alibi dubitatur. Interpretationem consiliis Bloomf. et ob contrarium τῷ ἔργῳ praeferendam docet et ob verba Herodoti VII 49 ἀνὴρ δὴ οὕτω ἂν εἴη ἄριστος, εἰ βουλευόμενος μὲν

www.libtool.com.cn


θαρσαλέους στρατεύειν, τῷ δὲ ἔργῳ δεδιότας παρ-
εσκευάσθαι· οὕτω γὰρ πρός τε τὸ ἐπιέναι τοῖς
ἐναντίοις εὐψυχότατοι ἂν εἶεν, πρός τε τὸ ἐπι-
χειρεῖσθαι ἀσφαλέστατοι. ἡμεῖς δὲ οὐδ' ἐπὶ ἀδύ- 6
νατον ἀμύνεσθαι οὕτω πόλιν ἐρχόμεθα, ἀλλὰ τοῖς
πᾶσιν ἄριστα παρεσκευασμένην, ὥστε χρὴ καὶ πάνυ
ἐλπίζειν διὰ μάχης ἰέναι αὐτούς, εἰ μὴ καὶ νῦν
ὥρμηνται, ἐν ᾧ οὔπω πάρεσμεν, ἀλλ' ὅταν ἐν τῇ
γῇ ὁρῶσιν ἡμᾶς δῃοῦντάς τε καὶ τἀκείνων φθεί-
ροντας. πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παρ- 7

§ 5. παρασκευάζεσθαι omnes praeter Laur. et paucos deteriores. Cf. adn.

ἀρρωδέοι ..., ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἴη. — τῷ δὲ ἔργῳ. Cum sententia praeter Herodot. l. d. cf. infra VI 34, 9. — παρεσκευάσθαι scribendum esse docet Steup. Quaest. Thuc. p. 30 sq. Nam cum in hostium terra sint, non iam parant bellum, sed paraverunt. Cf. § 3 παρεσκευασμένους χωρεῖν.

§ 6. οὕτω, adeo, cum superiore ἀδύνατον iungendum. „Tam infirmam quam ii volunt nos credere qui dicunt Athenienses non ausuros esse nobiscum congredi.“ Arn. Frustra del. Madv. Adv. crit. I p. 309. — τοῖς πᾶσιν ... παρεσκευασμένην. Cf. I 80, 3 et ibi adn. item II 36, 2 et VI 20, 3, ubi eadem est verborum compositio. — εἰ μὴ καὶ νῦν, i. e. εἰ καὶ νῦν μή. Cf. VI 60, 3 εἰ μὴ καὶ δέδρακεν, Schweb. ad Onos. p. 22. Schneid. ad Plat. I p. 134 sq. et similes particularum traiectiones in Steph. Thes. vol. III p. 191 ed. rec. Cf. adn. I 72, 2. — τἀκείνων, i. e. τὰ σφῶν. Cf. VIII 12, 2. 45, 4. Walch. Observ. Liv. p. 219 sq. Foertsch. Observ. crit. in Lys. p. 70. Krebs. Lect. Diod. p. 31 sqq., etiam supra 7, 2.

§ 7. πᾶσι ... ὀργὴ προσπίπτει. Non potest, ut quidam interpretes voluerunt, πάσχοντας ab ὁρᾶν et hoc ab ὀργὴ προσπίπτει, pendere. Nam ὀργὴ προσπίπτει infinitivum secum habere posse nullo modo probatur. Deinde sic in ambiguo relinquitur quod se ipsos patientes vident. Nam hoc ex ea necessitudine consequens est quam πάσχοντάς τι ἀηθες cum superioribus ἡμᾶς δῃοῦντάς τε καὶ τἀκείνων φθείροντας habet. Quare in τῷ παραυτίκα ὁρᾶν iungendum est similiter atque I 22, 4 ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν legitur. Hoc autem si fit, necesse est πάσχοντας pariter atque πᾶσι a προσπίπτει pendere. Cum invadendi autem sensu προσπίπτειν non solum cum dat., sed etiam cum accus. iungitur, velut Soph. Phil. 46. Eur. Heracl. 838. Quod autem hoc verbum hic in eadem enuntiatione utrumque casum secum habet, eius rei etiam alibi inveniuntur exempla, velut I 62, 3. VI 85, 2, ubi cf. adn. Nequaquam igitur iis adstipulamur qui haec verba depravata esse putant. — ἐν τοῖς ὄμμασι, in conspectu, coram. Cf. Soph. Trach. 241. 746. Del. Usener in Mus. Rhen. XXV p. 586. Sed neque vulgaris neque abundans haec est locutio. Significantur quae in proximum (ἐν τοῖς ὄμμασι) et primum conspectum (ἐν τῷ

www.libtool.com.cn

αὐτίκα ὁρᾶν πάσχοντάς τι ἄηθες ὀργὴ προσπίπτει,
καὶ οἱ λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι θυμῷ πλεῖστα
8 ἐς ἔργον καθίστανται. Ἀθηναίους δὲ καὶ πλέον τι
τῶν ἄλλων εἰκὸς τοῦτο δρᾶσαι, οἳ ἄρχειν τε τῶν
ἄλλων ἀξιοῦσι καὶ ἐπιόντες τὴν τῶν πέλας δῃοῦν
9 μᾶλλον ἢ τὴν ἑαυτῶν ὁρᾶν. ὡς οὖν ἐπὶ τοσαύτην
πόλιν στρατεύοντες καὶ μεγίστην δόξαν οἰσόμενοι
τοῖς τε προγόνοις καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἐπ᾽ ἀμφότερα
ἐκ τῶν ἀποβαινόντων, ἕπεσθε ὅπῃ ἄν τις ἡγῆται,
κόσμον καὶ φυλακὴν περὶ παντὸς ποιούμενοι καὶ
τὰ παραγγελλόμενα ὀξέως δεχόμενοι· κάλλιστον
γὰρ τόδε καὶ ἀσφαλέστατον, πολλοὺς ὄντας ἑνὶ
κόσμῳ χρωμένους φαίνεσθαι."
1 12. Τοσαῦτα εἰπὼν καὶ διαλύσας τὸν ξύλλογον
ὁ Ἀρχίδαμος Μελήσιππον πρῶτον ἀποστέλλει ἐς
τὰς Ἀθήνας τὸν Διακρίτου, ἄνδρα Σπαρτιάτην,
εἴ τι ἄρα μᾶλλον ἐνδοῖεν οἱ Ἀθηναῖοι ὁρῶντες
2 ἤδη σφᾶς ἐν ὁδῷ ὄντας. οἱ δὲ οὐ προσεδέξαντο
αὐτὸν ἐς τὴν πόλιν οὐδ᾽ ἐπὶ τὸ κοινόν· ἦν γὰρ
Περικλέους γνώμη πρότερον νενικηκυῖα κήρυκα

παραυτίκα ὁρᾶν) cadunt. — οἱ λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι, quales ii sunt quibus ὀργὴ προσπίπτει. Usener l. l. οἱ del. Sed agnoscit Galenus V p. 503, 3. — ἐς ἔργον καθίστανται] εἰς τὸ πολεμεῖν (i. e. τὴν μάχην) ἐπείγονται schol.

§ 8. δρᾶσαι. Cf. adn. I 81, 6. — ὁρᾶν. Simul audi δῃουμένην.

§ 9. δόξαν ... ἐπ᾽ ἀμφότερα. Haec inter se iungenda: δόξα ἐπ᾽ ἀμφότερα καὶ εὐκλείας καὶ δυσκλείας schol. Cf. adn. I 83, 3. — κόσμον, i. e. εὐκοσμίαν, εὐταξίαν. Cf. 89, 9. — περὶ παντὸς ποιουμ. Paulo leniora verba 89, 9. — τὰ παραγγελλόμενα ... δεχόμενοι, imperata alacriter excipientes (i. e. audientes et exsequentes). Cf. 89, 9. Tac. Ann. II 45 dicta imperatorum accipere et Sen. Ep. 107, 10 impigri atque alacres excipiamus imperia.

Cap. 12. § 1. Μελήσιππον ... τὸν Διακρίτου. Similiter III 35, 1 et alibi appositio a suo nomine separata est. Cf. Krueg. Gr. § 57, 9 adn. 1. Sinten. ad Plut. Them. c. 24. Pro Διακρίτου Cob. Nov. lect. p. 339 desiderat Λακρίτου. At cf. Dittenberg. Syll. inscr. n. 367, 78. Andoc. I 52, 67. — εἴ τι ἄρα. Cf. Matth. Gr. § 526. Krueg. Gr. § 65, 1 adn. 10. Non minus breviter et Latini et Germani loquuntur. — τὶ Krueg. cum ἐνδοῖεν iungendum docet, ut 18, 5 et alibi. Cf. οὐδὲν § 4 et τὶ ξυμβαίνειν 2, 6, τὶ ἐσακούειν I 82, 2. 126, 1. — μᾶλλον, quam I 139, 2. — ἐν ὁδῷ, cum in isthmum usque pervenissent. Vid. 10, 2.

§ 2. τὸ κοινόν. Cf. adn. I 90, 5. — γνώμη. Hoc vocabulum

www.libtool.com.cn

καὶ πρεσβείαν μὴ προσδέχεσθαι Λακεδαιμονίων
ἐξεστρατευμένων. ἀποπέμπουσιν οὖν αὐτὸν πρὶν
ἀκοῦσαι καὶ ἐκέλευον ἐκτὸς ὅρων εἶναι αὐθημερόν,
τό τε λοιπὸν ἀναχωρήσαντας ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐ-
τῶν, ἤν τι βούλωνται, πρεσβεύεσθαι. ξυμπέμπουσί
τε τῷ Μελησίππῳ ἀγωγούς, ὅπως μηδενὶ ξυγγένηται.
ὁ δ' ἐπειδὴ ἐπὶ τοῖς ὁρίοις ἐγένετο καὶ ἔμελλε 3
διαλύσεσθαι, τοσόνδε εἰπὼν ἐπορεύετο, ὅτι „ἥδε
ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει.“ ὡς 4
δὲ ἀφίκετο ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ ἔγνω ὁ Ἀρχί-
δαμος ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι οὐδέν πω ἐνδώσουσιν,
οὕτω δὴ ἄρας τῷ στρατῷ προυχώρει ἐς τὴν γῆν
αὐτῶν. Βοιωτοὶ δὲ μέρος μὲν τὸ σφέτερον καὶ 5
τοὺς ἱππέας παρείχοντο Πελοποννησίοις ξυστρα-
τεύειν, τοῖς δὲ λειπομένοις ἐς Πλάταιαν ἐλθόντες
τὴν γῆν ἐδῄουν.

13. Ἔτι δὲ τῶν Πελοποννησίων ξυλλεγομένων 1

Cap. 12. § 4. ἐνδωσείουσιν corr. Pal., quod temere commendat Dind. in Steph. Thes. s. v. ἀπαλλαξείω. Nam nemo id desiderat quod, velut cedere, invitus facit.

saepius articulo carere docet Krueg. ad Xen. Anab. I 6, 9. Cf. supra I 125, 1. 128, 7. II 86, 5. VI 47, 1. — ἐξεστρατευμένων = ἐν ὁδῷ ὄντων. Cf. adn. V 55, 4. — ἐκέλευον. Cf. adn. I 72, 3. — ἐκτὸς ὅρων. De articulo omisso vid. Sint. ad Plut. Them. c. 1. Cf. adn. I 103, 4. — αὐθημερόν. Ante noctem simili in re Liv. XXII 58, 8. — ἀγωγούς] ὁδηγούς. Schol. Cf. Phryn. p. 314. Sed melius Suidas προπομπούς. Cf. IV 78, 2.

§ 3. διαλύσεσθαι] ἀφίστασθαι τῶν ἀγωγῶν. Schol. — ὅτι. Cf. adn. I 137, 4. — ἄρξει] ἀρχὴ γενήσεται. Schol. Dicta similia Arist. Pac. 435. Aristid. I p. 529. Sal. Jug. 49, 3. Verg. Aen. IV 169; ἄρχειν τινί τινος legitur etiam 53, 1.

§ 4. οὐδέν πω, nondum quicquam. Attende πώ de futuro tempore contra vulgaria praecepta positum. Sententia est enim: Athenienses nondum eo redactos esse ut ... — ἄρας τῷ στρατῷ. De intransitivo simplicis verbi usu cf. 23, 1. 98, 1. 103, 1 et adn. I 52, 2.

§ 5. μέρος ... τὸ σφέτερον] τὸ δίμοιρον. Schol. Vid. 10, 2. — τοὺς ἱππέας, equitatum suum universum. Cum καὶ praegresso del. Naber l. l. p. 92 propter 9, 3. Sed cf. ibi adn. — ξυστρατεύειν. De infinit. cf. Madv. Synt. § 148a. — λειπομένοις, i. e. λοιποῖς. Cf. V 114, 2. Dativus ita positus est ut πλήθει 11, 3. Cf. VI 62, 1.

Cap. 13. § 1. ξυλλεγομένων ... ἐς τὸν ἰσθμόν. Cum ἐς enim hoc verbum et similia, ἀθροίζειν, ξυναγείρειν, ἁλίζειν, coniunguntur. Cf. IV 91, 1. VIII 93, 1. Excipiuntur praeterita

www.libtool.com.cn

τε ἐς τὸν ἰσθμὸν καὶ ἐν ὁδῷ ὄντων, πρὶν ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικήν, Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, στρατηγὸς ὢν Ἀθηναίων δέκατος αὐτός, ὡς ἔγνω τὴν ἐσβολὴν ἐσομένην, ὑποτοπήσας, ὅτι Ἀρχίδαμος αὐτῷ ξένος ὢν ἐτύγχανε, μὴ πολλάκις ἢ αὐτὸς ἰδίᾳ βουλόμενος χαρίζεσθαι τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ παραλίπῃ καὶ μὴ δῃώσῃ, ἢ καὶ Λακεδαιμονίων κελευσάντων ἐπὶ διαβολῇ τῇ ἑαυτοῦ γένηται τοῦτο, ὥσπερ καὶ τὰ ἄγη ἐλαύνειν προεῖπον ἕνεκα ἐκείνου, προηγόρευε τοῖς Ἀθηναίοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅτι Ἀρχίδαμος μέν οἱ ξένος εἴη, οὐ μέντοι ἐπὶ κακῷ γε τῆς πόλεως γένοιτο, τοὺς δ' ἀγροὺς τοὺς ἑαυτοῦ καὶ οἰκίας ἢν ἄρα μὴ δῃώσωσιν οἱ πολέμιοι ὥσπερ καὶ τὰ τῶν ἄλλων, ἀφίησιν αὐτὰ δημόσια

Cap. 13. § 1. αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ It. Vat. Pal. Aug. Cass. Gr. Cl. Ven. F. G. H.

tempora statum perfectum exprimentia. Nam quod Xen. Hist. Gr. VI 5, 11 dictum est οἱ Ἀρκάδες εἰς Ἀλέαν συνελέγοντο, huic § 15 respondent verba τῶν Ἀρκάδων οἱ συλλεγέντες ἐν Ἀλέᾳ. Cf. § 11 τὸ ἐν Κορίνθῳ συνειλεγμένον ξενικόν, sed etiam adn. II 99, 1. — πρὶν ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικήν frustra impugnat Cobet. ad Hyper. p. 59. Praeparat scriptor narrata 19, 1. — στρατηγός hic non belli dux est, sed magistratus civilis. Infra 59, 3 Pericles dicitur ἔτι στρατηγεῖν, ubi cf. adn., item 65, 4. — ξένος. Talis hospes ἰδιόξενος vocari potest. Cf. Poll. III 60 et Suid. s. v. ἰδιόξενος. — μὴ πολλάκις. Μή cum coniunct. aut optat. non solum post timendi verba ponitur, sed etiam post suspicandi, si in iis timendi notio latet, velut post ὑποπτεύειν III 53, 2, post ὑπόνοια VII 49, 4, post προσδοκία II 93, 3. Cf. V 14, 3. Krueg. Gr. § 54, 8 adn. 10. Saepius tamen apud ea infinitivus legitur, ut apud ὑποτοπεῖν I 20, 2. 51, 1. II 5, 5. V 31, 3. De πολλάκις, quod hic, ut saepius post εἰ et μή, fortasse valet, cf. Plat. Lach. 179 b. Prot. 361 c. de Rep. 424 c. Stallb. ad Plat. Phaedr. p. 238 c. Heind. ad Plat. Phaed. 60 e. Kuehn. Gr. max. § 498, 5. — μὴ δῃώσῃ. Adnotandum μή pro usitatiore οὐ. Cf. Xen. Comm. I 2, 7. Kuehn. Gr. max. § 516, 1 adn. 3. Ex antiquioribus scriptoribus praeter haec duo exempla nulla eiusmodi videntur nota esse. Diversum enim est VIII 46, 3, ubi cf. adn. Temere καὶ μὴ δῃώσῃ del. Herw. Cf. enim adn. I 120, 2. — τὰ ἄγη . . . ἕνεκα ἐκείνου. Cf. I 127, 1. — προηγόρευε τοῖς Ἀθ. κ.τ.λ. Cf. Plut. Pericl. 33. Polyaen. I 36, 2. Iust. III 7. Similis astutiae exempla vid. apud Liv. XXII 23. Tac. Hist. V 23. Polyaen. V 2, 18. — γένοιτο. Iteramus mente οἱ ξένος, non, ut Class., impersonaliter putamus dictum. — οἰκίας. Plut. ἐπαύλεις. Cf. adn. I 143, 5. — ὥσπερ καί. Καί ut paulo post in ἅπερ καί. Cf. Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 13. —

www.libtool.com.cn


*εἶναι, καὶ μηδεμίαν οἵ ὑποψίαν κατὰ ταῦτα γίγνεσθαι. παρῄνει δὲ καὶ περὶ τῶν παρόντων ἅπερ* 2
*καὶ πρότερον, παρασκευάζεσθαί τε ἐς τὸν πόλεμον καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐσκομίζεσθαι, ἔς τε μάχην μὴ ἐπεξιέναι, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐσελθόντας φυλάσσειν, καὶ τὸ ναυτικόν, ᾗπερ ἰσχύουσιν, ἐξαρτύεσθαι, τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν, λέγων τὴν ἰσχὺν αὐτοῖς ἀπὸ τούτων εἶναι τῶν χρημάτων τῆς προσόδου, τὰ δὲ πολλὰ τοῦ πολέμου γνώμῃ καὶ χρημάτων περιουσίᾳ κρατεῖσθαι. θαρσεῖν τε* 3
*ἐκέλευε προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς*

οἵ post *μηδεμίαν* om. Aug. Cass. Gr. Ar. Ven. Mosqu. I., sed facile excidere potuit et est aptissimum.

*ἀφίησιν* = dicit se permittere. De simili emphasi cf. adn. 11, 2. — *ὑποψίαν . . . γίγνεσθαι.* Ex superiore *ἀφίησι* repetendum *βούλεται, κελεύει* vel simile verbum. Cf. Funckhaen. ad Demosth. c. Androt. § 25 et adn. IV 3, 8. Krueger minus apte ex remotiore *προηγόρευε* (i. e. hic *ἐκέλευε*) vult pendere.

§ 2. *πρότερον.* Vid. I 143, 5. — *τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν.* Cf. adn. I 8, 2. — *τὸ ναυτικόν, ᾗπερ.* Cf. adn. I 142, 4. — *διὰ χειρὸς ἔχειν*] *δι' ἐπιμελείας, ἵνα μὴ ἀποστῶσι.* Schol. Cf. 22, 1. 37, 2. 60, 4. *Φυλάττειν* explicat Hesych. Et videtur sane magis esse continere, diligenter custodire (cf. III 46, 6, propr. in manu, in potestate habere II 76, 4) quam sedulo administrare, quanquam alterum cum altero cohaeret. Ceterum cf. Matth. Gr. § 580, 1 d. Sinten. ad Plut. Pericl. 34. — *τὴν ἰσχὺν . . . προσόδου.* Cf. I 122, 1. III 13, 6. *Ἀπὸ* iunge cum gen. *τῆς προσόδου*; *τούτων* = *τῶν ξυμμάχων.* Sine ulla necessitate *τῶν χρημάτων τῆς προσόδου* del. Herw. Cf. III 13, 6. — *κρατεῖσθαι,* obtineri. Potest ortum videri ex *κρατεῖν* (i. e. *νικᾶν*) *πόλεμον.*

§ 3. *θαρσεῖν τε ἐκέλευε κ. τ. λ.* Cum omni loco qui sequitur de Atheniensium opibus cf. Diod. XII 40. Mans. Spart. II p. 398 sqq. Leak. Athen. p. 329 sqq. — *ἑξακοσίων ταλάντων.* Eundem numerum apud Th. invenit Plut. Arist. 24. Contra 460 tal., tributorum summam ab Aristide constitutam (I 96, 2), memorat Diod. XII 40, 2, quod videtur confirmare Pseudo-Andoc. IV 11. Sed quod hic dicit postea duplicatam esse hanc summam discrepat ab iis quae de aucta tributorum summa tradita sunt ab Andoc. III 9. Aeschin. II 175, ubi haec plus 1200 tal. fuisse dicitur, et a Plut. l. l., ubi paulatim ad 1300 tal. accrevisse narratur. Quare Pseudo-Andocidis testimonium non minus ad confirmandum Th. quam Diodori numerum afferri potest. Videtur autem Th. *φόρῳ* adnumerasse quae ex pensionibus redibant quibus Samii Atheniensibus sumptum bello Samio factum restituebant, qui reditus in sexagesimae tributorum catalogis (Inscr. Att. I n. 226—272) ubique omittitur. Nam Th. I 117, 3 de his Samiorum pensionibus pariter atque alibi de ceteris tributis verbo *τάξασθαι* utitur (cf. adn. I 99, 3),

www.libtool.com.cn

*ἐπὶ τὸ πολὺ φόρου κατ' ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν ξυμ-
μάχων τῇ πόλει ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου, ὑπαρ-
χόντων δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἔτι τότε ἀργυρίου
ἐπισήμου ἑξακισχιλίων ταλάντων (τὰ γὰρ πλεῖστα
τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια ἐγένετο, ἀφ' ὧν ἔς
τε τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως καὶ τἆλλα οἰκο-*
4 *δομήματα καὶ ἐς Ποτείδαιαν ἀπανηλώθη), χωρὶς
δὲ χρυσίου ἀσήμου καὶ ἀργυρίου ἔν τε ἀναθή-
μασιν ἰδίοις καὶ δημοσίοις καὶ ὅσα ἱερὰ σκεύη*

et VII 57, 4, ubi cf. adn., Samios inter *φόρου ὑποτελεῖς* nominat. De hac igitur re probabiliter existimare censemus Busoltum in Philol. XLI p. 703, quanquam rationes quibus ibidem p. 652 sqq. evincere studet neque paulo ante initium belli neque paulo post sociorum tributa summam ab Aristide constitutam effecisse parum firmas esse credimus. Utique Th. verbis prorsus repugnat quod rationibus eius nimium confisus statuit Beloch. in Mus. Rhen. XXXIX p. 34—40, Th. tributis adnumerasse vectigalia sociis imposita. Nam *φόρον* hic nusquam vectigalia dicit et reliquos reditus a *φόρου* computatione excludi addito *ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου* aperte significat. — *τῇ πόλει* iunge cum verbo *προσιόντων*. — *ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου*. Praeter *εὐφορίαν τῆς γῆς* multas, portoria, metalla maxime commemorat schol. Cf. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 488 sqq. 425 sqq. 420 sqq. Add. Xen. Anab. VII 1, 27 *προσόδου οὔσης κατ' ἐνιαυτὸν ἀπό τε τῶν ἐνδήμων καὶ τῆς ὑπερορίας οὐ μεῖον χιλίων ταλάντων*, quo de loco cf. Grot. Hist. VI p. 7 (vers. Germ. III p. 318) et Boeckh. l. l. p. 566 sq. — *ἑξακισχιλίων ταλάντων*. Hanc pecuniam non omnem fuisse sacram, sed partim publicam demonstrat Kirchhoff. in commentatione de aerario publico Atheniensium (Zur Geschichte des ath. Staatsschatzes) actis acad. Boruss. a. 1876 inserta p. 32 sqq. — *τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια*. Oratores Isocr. VIII 69 et 126 atque Demosth. III 24 et Diod. l. l. vim harum pecuniarum aut augent paulum aut minuunt. Cf. Mans. l. l. p. 398 sq. Boeckh. l. l. p. 584. De *ἀποδέοντα* vid. adn. IV 38, 4. Hanc summam in arce fuisse Ol. LXXXVI 3 ostendit Kirchh. l. l. p. 21 sqq. — *ἔς τε τὰ προπύλαια ... ἀπανηλώθη*. *Ἀπανηλώθη* impersonaliter dictum est, ut *παρεσκεύαστο* I 46, 1, *ὑπῆρκτο* I 93, 3, quae docent non satis recte hunc usum impersonalem tertiae personae passivi a Graecis omnino abiudicari. Sumptus singularum rerum expendit Leak. Athen. p. 331 sqq. interpr. Germ., sed cf. etiam Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 283 et 400. De propylaeis vid. Harpocr. s. v. *προπύλαια*, Leak. Athen. p. 227 sqq. Muell. Archaeol. § 109, de ceteris aedificiis, Parthenone, Erechtheo, quod tunc nondum erat perfectum, templo Eleusinio, ibid. et § 106. — *ἐς Ποτείδαιαν*. Vid. 70, 2.

§ 4. *χωρὶς δέ*, praeterea vero. Cf. I 61, 5. — *ὅσα*. Simul audi *ἐστί*. Cf. adn. I 16. Huc quoque *ἐν* pertinet. Cogita igitur *καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς σκεύεσιν ὅσα ... ἦν καὶ ἐν τοῖς σκύλοις Μ. ὅσα ἦν*. — *ἱερὰ σκεύη*. „Vasorum sacrorum in aede Minervae asservatorum indices reperiuntur in inscriptionibus. Vid. Boeckh.

www.libtool.com.cn


περί τε τὰς πομπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ σκῦλα Μηδικὰ καὶ εἴ τι τοιουτότροπον, οὐκ ἐλάσσονος [ἦν] ἢ πεντακοσίων ταλάντων. ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν ἄλλων ἱερῶν προσετίθει χρήματα οὐκ ὀλίγα, οἷς χρήσεσθαι αὐτούς, καὶ ἢν πάνυ ἐξείργωνται πάντων, καὶ αὐτῆς τῆς θεοῦ τοῖς περικειμένοις χρυσίοις· ἀπέφαινε δ' ἔχον τὸ ἄγαλμα τεσσαράκοντα τάλαντα σταθμὸν χρυσίου ἀπέφθου καὶ

§ 4. ἔλασσον Chr. et man sec. Gr. Cf. adn.

Oecon. civ. Athen. Append." Arn. — σκῦλα Μηδικά] τὸν ἀργυρόποδα θρόνον (Xerxis) καὶ τὸν ἀκινάκην τὸν χρυσοῦν (Mardonii). Schol. Cf. Dem. XXIV 129. Teuffel. ad Aesch. Pers. 466. — οὐκ ἐλάσσονος refertur ad χρυσίον ἄσημον καὶ ἀργυρίον, scil. ὑπάρχοντος. Insequens ἦν, quod del. Abresch., extra verborum structuram est, quae ὄντος postulat. Quare ne ἔλασσον quidem (vide ad.) a Dobr. commendatum recipere licet, cui obstant etiam verba ἢ πεντακοσίων ταλάντων propter genetivum cum ἢ coniunctum.

§ 5. τὰ ἐκ τῶν ἄλλων ἱερῶν . . . χρήματα. Ἱερά Bloomf. propter adiectum ἄλλων, cum nondum ullum templum, sed donaria et vasa nominata sint, docet esse res sacratas. Si vero notionem templi ita tueare, ut in voce ἄλλων iam respici ad aedem Minervae verbis αὐτῆς τῆς θεοῦ obscure significatam dicas (cf. Krueg. Gr. § 50, 4 adn. 10), etiam donaria et vasa sacra, non minus certe quam signa, χρήματα templorum esse et additis particulis ἔτι δέ idcirco non τὰ χρήμ. sed ἄλλα χρήμ. scribendum fuisse respondendum est. Quam dubitationem ita tollere studet Class. ut non ad καὶ αὐτῆς τῆς θεοῦ respiciat, sed singulas res superiores in Parthenone una cum thesauro asservatas esse dicat, cuius Parthenonis tamen nulla mentio facta est praeterquam verbis ἐν τῇ ἀκροπόλει. — οὐκ ὀλίγα. Ne articulum requiras, interpretare quippe quae non exiguae essent. Cf. adn. I 49, 5. — χρήσεσθαι. Cf. Krueg. Gr. § 55, 4 adn. 9. Ex προσετίθει facile ἔλεγε repeti potest. — ἢν . . . πάντων, si omnium omnino usu prohiberentur. Πάντα ad τὰ ἐκ τῶν ἄλλων ἱερῶν χρήματα non est referendum, sed generatim dictum. — τῆς θεοῦ] τῆς Ἀθηνᾶς. Schol. Cf. 15, 2. Dea nominata est pro simulacro suo, ut saepe in Ciceronis Verrinis et apud Paus. Cf. I 126, 11. V 23, 5. De ipso autem hoc praeclaro Minervae simulacro, Phidiae opere, vid. Paus. I 24, 5 sqq. Muell. Archaeol. § 114. Michaëlis Parthenon p. 266 sqq. Cf. Demosth. XVII 10. Poll. VII 103. — χρυσίοις, ornamentis aureis. — τεσσαράκοντα τάλαντα. L talenta ponit Diod. XII 40, 3, XLIV Philochorus apud schol. Aristoph. Pac. 604. Cum Thuc. facit Plut. Moral. 828 b. De verbis τάλαντα σταθμόν vid. Matth. Gr. § 428, 5. Krueg. Gr. § 60, 2 adn. 2. Similiter Liv. coronam libram pondo III 29, 3, ubi vid. interpr., Philippei nummi quattuordecim milia XXIV 52, 7, ubi cf. Weissenb. — χρυσίου ἀπέφθου, auri recocti, auri ad obrussam (Suet.), i. e. purissimi. Cf. Poll. III 87. VII 98.

www.libtool.com.cn

περιαιρετὸν εἶναι ἅπαν· χρησαμένους τε ἐπὶ σωτηρίᾳ ἔφη χρῆναι μὴ ἐλάσσω ἀντικαταστῆσαι πάλιν.
6 χρήμασι μὲν οὖν οὕτως ἐθάρσυνεν αὐτούς· ὁπλίτας δὲ τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις καὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν ἑξακισχιλίων καὶ

Herod. I 50. Auri autem talenta quadraginta aequant quadringenta argenti. Cf. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 592. — περιαιρετὸν εἶναι ἅπαν, totum circumcirca exui posse. Aut insolentius hoc περιαιρετόν de ipso simulacro dictum est, aut ἅπαν ad χρυσίον referendum, quod facit Class. Alii certe τὸν κόσμον vel τὴν περὶ τὸν κόσμον κατασκευήν vel τὸ χρυσίον demi potuisse dicunt. Cf. Paus. I 25, 5. Diod. l. l. Plut. l. l. et Pericl. 31. De transitu a participio ad infinitivum vid. adn. VIII 45, 6. — χρησαμένους ἐπὶ σωτηρίᾳ. De re cf. I 121, 3. — μὴ ἐλάσσω ἀντικαταστῆσαι πάλιν. Haec condicio apud Athenienses omnino valebat, si deorum opibus reipublicae causa usi erant. Pro pecunia autem quam a diis mutuam sumpserunt simul foenus solvere debebant. Cf. Kirchh. l. l. p. 38 sq.

§ 6. χρήμασι, scil. commemoratis. — ὁπλίτας δέ. Cum enumeratione copiarum Atticarum quae sequitur cf. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 357 sqq. Clint. Fast. Hellen. p. 389 sq. Dunck. Hist. antiqu. IX p. 409. Beloch. in libri quem de multitudine hominum scripsit quae in civitatibus Graecis et imperio Romano fuit (die Bevölkerung der griech.-römischen Welt) p. 60 sqq. — τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι. Ad εἶναι aut ex ἐθάρσυνεν (cf. adn. IV 3, 2) aut ex § 5 repetendum ἔφη. Paulum in hoc et sequenti numero discrepat Diod. XII 40, 4, apud quem haec leguntur: χωρὶς δὲ τῶν χρημάτων τούτων στρατιώτας ἀπεδείκνυεν ὑπάρχειν τῇ πόλει χωρὶς συμμάχων καὶ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις ὄντων ὁπλίτας μὲν μυρίους καὶ δισχιλίους, τοὺς δ' ἐν τοῖς φρουρίοις ὄντας καὶ τοὺς μετοίκους ὑπάρχειν πλείους τῶν μυρίων ἑπτακισχιλίων. Sed verum hoplitarum numerum apud Th. traditum esse cognoscitur ex 31, 2, ubi ipsorum Atheniensium hoplitae 10 000 in expeditione Megarensi, 3000 apud Potidaeam fuisse dicuntur. Ceterum memorabile est quod Diod. totidem homines quot priori numero demit posteriori addit, ita ut utrorumque summa eadem maneat. — παρ' ἔπαλξιν, propter pinnas, ad pinnas urbis. Cum enim pinnae concinne progredientes loricam quandam efficiant, singularis, ut VII 28, 2 et apud alios, velut Arist. Ach. 72, collective est positus. Cf. adn. 4, 2. — ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων. Hic numerus magnam difficultatem habet. Nam cum οἱ νεώτατοι procul dubio sint adulescentes duodeviginti usque ad viginti annos nati, qui περίπολοι in Atticae castellis custodiam agebant (cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 121, 10), οἱ πρεσβύτατοι qui quinquagesimum usque ad sexagesimum aetatis annum assecuti erant (cf. Lyc. in Leocr. 39 et Herm. l. l. § 123, 11), inquilinorum autem graviter armatorum tria milia fuerint (hunc enim numerum habemus 31, 2, ubi πανδημεί expeditio fit), hunc numerum nimis magnum esse apparet pro multitudine eorum hoplitarum qui inter vigesimum et quinquagesimum aetatis annum erant. Ad hanc

www.fhbtool.com.cn

μυρίων. τοσοῦτοι γὰρ ἐφύλασσον τὸ πρῶτον, 7
ὁπότε οἱ πολέμιοι ἐσβάλοιεν, ἀπό τε τῶν πρε-

difficultatem tollendam nihil profecit H. Schenkelius, qui in Stud. Vindob. II p. 168 sqq. numeri 31, 2 traditi nulla ratione habita tredecim milia inquilinorum computat qui inter hoplitas militassent. Neque probatur Dunckeri opinio, qui l. l. *τῶν πρεσβυτάτων καὶ τῶν νεωτάτων* numero etiam cleruchos contineri putat in Attica non habitantes; nam hoc ipsis verbis traditis non dictum est et cleruchos ad urbem et castella Atticae custodienda accitos esse neque compertum habemus neque veri est simile. Neque minus displicet Belochii ratio, qui l. l. *καὶ μυρίων* errore additum atque delendum esse censet. Nam traditi numeri magnitudinem tuetur Diod. l. l., qui *πλείους τῶν μυρίων ἑπτακισχιλίων* fuisse narrat, sive hunc numerum ab Ephoro accepit, quod probabilius est (cf. Diod. XII 41, 1), sive Thucydidis numerus eius ipsius vel librariorum socordia mille hominibus auctus est. Sed hoc utique certum est, si ii tantum inquilini numerentur qui cum gravi armatura militabant, tantum civium *πρεσβυτάτων καὶ νεωτάτων* numerum quantus opus est nullo modo posse computari. Quare in verbis *ὅσοι ὁπλῖται ἦσαν* necesse est erratum esse. Attamen non licet, quod fuerunt qui conicerent, addita negatione *ὅσοι ⟨οὐχ⟩ ὁπλῖται ἦσαν* legere. Nam sic Th. inquilinorum *ὁπλίτας* prorsus omisisset, cum ipsi cives *τρισχιλίους καὶ μυρίους* ante commemoratos efficiant. Quare nihil videtur reliquum esse nisi ut *ὅσοι ὁπλῖται ἦσαν* ab aliquo adscriptum esse statuamus qui ad *ἄνευ τῶν . . . ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων* subaudiendum esse putaret *ὁπλιτῶν*. Sed hoc ipsum omissis illis verbis necesse non est neque Diod. l. l. *τοὺς ἐν τοῖς φρουρίοις* inter *ὁπλίτας*, sed inter *στρατιώτας* nominat. Itaque si vera est nostra argumentatio, omnes inquilini ad custodiam agendam solebant adhiberi; nam extra ordinem factum esse ut sive pedites graviter armati (praeter 31, 2 cf. IV 90, 1) sive classiarii vel nautae (cf. I 143, 1. III 16, 1) ad externa bella educerentur vel inde apparet quod non omni tali expeditioni interfuerunt, velut ad eam quae in Siciliam facta est non sunt evocati (cf. VI 31, 2. VII 20, 2). Rem confirmat Diod. l. l., qui *τοὺς μετοίκους* in universum nominat neque eos pro parte *τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις* habet, sed cum his septendecim milia effecisse dicit. Etenim ad hanc summam computandam nihil referebat utrum inter custodes an praeter hos eos numeraret. Reiecto autem illo additamento non iam causa videtur esse cur de tradito numero dubitemus, praesertim cum nihil obstet quin etiam *θῆτας* plus quinquaginta annos natos in custodum numero fuisse sumamus. Certe VII 28, 2 in summo rerum discrimine Athenienses *ξύμπαντες πλὴν τῶν ἱππέων* urbem custodivisse dicuntur et Lyc. l. l. 16 post pugnam ad Chaeroneam decretum esse memoratur nulla exceptione addita ut praetores Athenienses et inquilinos quemadmodum ipsis videretur in custodiis ponerent, quocum convenit quod item sine exceptione ibidem § 39 tum salus civitatis *ἐν τοῖς ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονόσι* constitisse dicitur.

§ 7. *τὸ πρῶτον*. His ad bellum Deceleicum respici putat Class., contra ad hominum multitudinem pestilentia valde deminutam (III 87, 3) Duncker l. l. — *τῶν πρεσβυτάτων καὶ τῶν*

www.libtool.com.cn

σβυτάτων καὶ τῶν νεωτάτων καὶ μετοίκων [ὅσοι ὁπλῖται ἦσαν]. τοῦ τε γὰρ Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεως, καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα (ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ), τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν

**νεωτάτων.** Cf. I 105, 5. — **[ὅσοι ὁπλῖται ἦσαν].** „Ditiores tantum et primores inquilinorum possunt hoplitae fuisse in iisque haud dubie *ἰσοτελεῖς*.“ Boeckh. Inscr. I p. 306. — **ἦσαν.** „Quod imperfecto utitur Thuc., apparet eum destructis demum a Lacedaemoniis muris longis haec scripsisse.“ Haack. Si murus Phalericus non cum altero deiectus sit (cf. Krueg. Stud. histor. p. 170), Goellero *ἦσαν* referri videtur ad illud tempus quo muris custodia imponebatur. Cf. Krueg. Gr. § 53, 2 adn. 4 et de Vit. Thuc. p. 78 atque Ullr. Symb. ad expl. Thuc. p. 144. — **πέντε καὶ τριάκοντα.** A Thucydide dissentire videatur Paus. VIII 10, 3 *Ἀθηναίοις ... σταδίους μάλιστα εἴκοσιν ἀφέστηκε τῆς πόλεως ἡ πρὸς Φαληρῷ θάλασσα.* At vid. ibi Siebel. Numerum apud Paus. corruptum putat Leak. Athen. At Curtius Stud. hist. I p. 73 sq. et hanc mensuram et proximas omnes cum veritate qualis nunc cognoscatur parum consentire, si stadia sexcenum pedum statuamus, docet; videri igitur stadia Thucydidea quingenum pedum fuisse. Vid. tamen adn. IV 3, 2. — **τὸν κύκλον** (i. e. *περίβολον*) **τοῦ ἄστεως.** Distinguendus est circuitus urbis solius, de quo hic agitur, ab ambitu urbis coniunctae cum Piraeeo et Munichia. — **ἔστι.** De praesenti tempore vid. Matth. Gr. § 482. Krueg. Gr. § 61, 5 adn. 3. — **ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν]** *τουτέστι στάδιοι δεκαεπτά — ὁ γὰρ ὅλος κύκλος σταδίων ἦν ἑξήκοντα* (?). Schol., cuius computationem defendere studet Forchhammer in Stud. philol. Kilon. p. 282 sq. et in Comment. antiq. stud. a. 1843 proferens Diogenis Sinopensis testimonium apud Dion. Chrysost. Or. VI 4. Sed contra hunc cf. Bursiani Geogr. I p. 273 et Curtii Stud. hist. I p. 75, qui totum enuntiatum *ἔστι δὲ ... Φαληρικοῦ* deletum cupit, ad quam opinionem etiam inclinat C. Wachsmuth. Urbs Ath. I p. 339. At eam refellit Class. in Annal. philol. a. 1863 et ad h. l., recte docens, cum antea partis custoditae mensura afferatur, necesse esse partem non custoditam fuisse et hanc accuratius fuisse denotandam. Haec autem pars et eae quae paulo post non custoditae esse dicuntur praesidiis non egebant, quod tegebantur portibus occupatis. — **τοῦ τε μακροῦ ... τὰ δὲ μακρὰ τείχη.** Singularem *τὸ μακρὸν τεῖχος* et pluralem *τὰ μακρὰ τείχη* de eadem re positos esse, quia ambo eius muri brachia, *τὸ βόρειον* et *τὸ διὰ μέσου τεῖχος*, revera unum murum effecissent, nos olim docuimus. Ad quam opinionem confirmandam etiam *τὰ μακρὰ τείχη* Megarensium IV 69, 2 *τεῖχος* vocari dixeris. Praestat tamen fortasse *τὸ μακρὸν τεῖχος* intellegere septentrionale brachium longorum moenium, quae est sententia Haackii et Kruegeri Stud. histor. p. 169. Quanquam hoc brachium paulo post *τὸ ἔξωθεν* appellatur, ubi vid. adn.,

www.libtool.com.cn

Πειραιᾶ τεσσαράκοντα σταδίων, ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο· καὶ τοῦ Πειραιῶς ξὺν Μουνιχίᾳ ἑξήκοντα μὲν σταδίων ὁ ἅπας περίβολος, τὸ δὲ ἐν φυλακῇ ὂν ἥμισυ τούτου. ἱππέας δ' ἀπέφαινε διακοσίους 8 καὶ χιλίους ξὺν ἱπποτοξόταις, ἑξακοσίους δὲ καὶ χιλίους τοξότας, καὶ τριήρεις τὰς πλοΐμους τριακοσίας. ταῦτα γὰρ ὑπῆρχεν Ἀθηναίοις καὶ οὐκ 9 ἐλάσσω ἕκαστα τούτων, ὅτε ἡ ἐσβολὴ τὸ πρῶτον ἔμελλε Πελοποννησίων ἔσεσθαι καὶ ἐς τὸν πόλεμον καθίσταντο. ἔλεγε δὲ καὶ ἄλλα οἷάπερ εἰώθει Περικλῆς ἐς ἀπόδειξιν τοῦ περιέσεσθαι τῷ πολέμῳ.

14. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες ἀνεπείθοντό τε 1 καὶ ἐσεκομίζοντο ἐκ τῶν ἀγρῶν παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν ᾗ κατ' οἶκον ἐχρῶντο

§ 7. ὂν ἦν deteriores aliquot.

neque usquam videtur μακρόν vocari. De universis his munitionibus cf. Burs. l. l. p. 267 sq. — **τεσσαράκοντα σταδίων.** Ἦν ex superiore ἦσαν repetendum et secundum haec interpunctionem superiorum corrigendam fuisse adnotavit Krueg. In re consentit Strabo p. 395 et Plinius Hist. Nat. IV 7, 24, Piraeeum et Phalera portus quinque milium passuum muro Athenis iunctos esse de altero sane parum accurate dicens. — **τὸ ἔξωθεν** = τὸ βόρειον τεῖχος. Quod ἔξωθεν legitur, non ἔξω, explicandum ex iis quae ad verba τὸ ἐκ τοῦ ἰσθμοῦ τεῖχος I 64, 1 sunt adnotata. Cf. etiam adn. I 65, 1.

§ 8. **διακοσίους καὶ χιλίους.** Mille commemorat Aristoph. Equ. 225. Cum Thuc. consentiunt Andoc. III 7 et Aeschin. II 174. Tollitur omnis dissensus, si, ubicunque mille et ducenti numerantur, ducentos sagittarios equites (ἱπποτοξότας), quos Th. hic illo numero complectitur, esse censemus. Cf. Schneid. et Saupp. ad Xen. Mag. Equ. 8, 3 et Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 367 sq. — **ἑξακοσίους δὲ καὶ χιλίους τοξότας.** Mille ducentos commemorant Andoc. et Aeschin. l. l., de quo dissensu cf. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I 369 cl. p. 292 et Clint. Fast. Hell. p. 393. Ceterum cur de aliis levis armaturae militibus Atheniensium taceatur ex IV 94, 1 intellegitur. — **τριακοσίας.** In hoc numero consentit Diod. l. l. Cf. Xen. Anab. VII 1, 27. Boeckh. l. l. p. 363.

§ 9. **περιέσεσθαι τῷ πολέμῳ.** Cf. adn. I 55, 2.

Cap. 14. § 1. **τὴν ἄλλην κατασκευήν.** Cf. Xen. Anab. I 5, 5 οὐ γὰρ ἦν χόρτος οὐδὲ ἄλλο δένδρον, VII 3, 48 βόες καὶ ἄλλα πρόβατα μυρία, Liv. IV 41, 8 eo missa plaustra iumentaque alia, sive in talibus alterius nominis vis latius quam plerumque (velut κατασκευή 5, 4) patet, ita ut hic κατασκευή etiam uxores liberosque complecti existimetur (cf. Fabr.

www.libtool.com.cn

καὶ αὐτῶν τῶν οἰκιῶν καθαιροῦντες τὴν ξύλωσιν· πρόβατα δὲ καὶ ὑποζύγια ἐς τὴν Εὔβοιαν διεπέμψαντο καὶ ἐς τὰς νήσους τὰς ἐπικειμένας.
2 χαλεπῶς δὲ αὐτοῖς διὰ τὸ αἰεὶ εἰωθέναι τοὺς πολλοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς διαιτᾶσθαι ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο.

1 15. Ξυνεβεβήκει δὲ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἑτέρων μᾶλλον Ἀθηναίοις τοῦτο. ἐπὶ γὰρ Κέκροπος καὶ τῶν πρώτων βασιλέων ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα αἰεὶ κατὰ πόλεις ᾤκεῖτο πρυτανεῖά τε ἐχούσας

Cap. 15. § 1. ἔχουσα codd. Cfn. adn.

ad Liv. XXI 46, 9), sive ἄλλος valet praeterea. Cf. adn. VI 72, 4. Ceterum de κατασκ. cf. adn. I 10, 2. — κατ' οἶκον . . . τῶν οἰκιῶν. Οἶκος καὶ οἰκία διαφέρει, ἡ μὲν τὸ κτίσμα μόνον δηλοῦσα, ὁ δὲ καὶ τὸ περιεχόμενον ὁτιοῦν. Δούκας. — καθαιροῦντες τὴν ξύλωσιν. Hoc nomen non solum ad ἐσεκομίζοντο, sed etiam ad καθαιρ. referendum est. Ad hoc enim verbum non cogitandum esse αὐτάς (τὰς οἰκίας) et ex tempore participii cognoscitur et ex imitationibus Cantacuzeni, qui τὰς ξυλώσεις περιαιρεῖν dixit III 28 p. 176 et καθαιρεῖν III 48 p. 288 et V 40 init. Est igitur καθαιρεῖν hic deripere, avellere, ut 75, 4. IV 90, 2. Ξύλωσιν Thucydidis propriam vocem vocat schol., sed praeter Cantac., de quo diximus, apud Liban. et Ioseph. legi adnotant Abresch. et Bloomf. Reperitur etiam apud Dion. Cass. fragm. 71. Cf. Poll. VII 124. Ξυλείαν appellavit Herod. VIII 4, αὐτὰ τὰ τῶν οἰκιῶν ξύλα Xen. Anab. II 2, 16. — Εὔβοιαν, pascuis abundantem — διεπέμψαντο. Medium collocatum est, quia sua iumenta transmiserunt. Paulo aliter Krueg. Gr. § 52, 10 adn. 8. — ἐπικειμένας, adiacentes. Cf. 27, 1. IV 52, 3. 53, 2. 54, 3.

§ 2. χαλεπῶς. Non est positum adverbium pro adiectivo, quia ἐγίγνετο hoc loco idem valet atque ἐποιεῖτο. Cf. Lob. Paral. Gr. I p. 151. — ἐν τοῖς ἀγροῖς διαιτᾶσθαι. Cf. Isocr. VII 20. — ἀνάστασις, profectio, ut VII 75, 1. Pro eo 16, 1 μετανάστασις, migratio.

Cap. 15. Digressionem quae sequitur vituperat Kutzen. Pericl. p. 125 sq. Thucydides cur eam adiciendam putaret superioris capitis posteriore paragrapho declaravit.

§ 1. ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου. Similiter § 5. Cf. adn. I 2, 6. — ἑτέρων μᾶλλον. Cf. adn. I 85, 1. — τοῦτο, scil. τὸ ἐν τοῖς ἀγροῖς εἰωθέναι διαιτᾶσθαι, cuius rei causa hoc capite et initio proximi explicatur. — Κέκροπος καὶ τῶν πρώτων βασιλέων. De his, potissimum Erechtheo, Pandione, Aegeo, si placet, vid. Muell. Orchom. p. 106 sqq. 122 sq. — κατὰ πόλεις, oppidatim, ita ut non una esset civitas. „Fuere autem duodecim urbes, quas Strabo commemorat p. 609. Charax apud Steph. Byz. s. v. Ἀθῆναι undecim urbes συνοικισθῆναι ait εἰς Ἀθήνας, sed addita Cecropia sunt duodecim.“ Gottl. Cf. Thirlw. Hist. Gr. II p. 2. Nieb. Hist. ant. I p. 267 sq. Grot. Hist. Gr. III p. 92 sqq.

www.libtool.com.cn


καὶ ἄρχοντας, καὶ ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῇσαν βουλευσόμενοι ὡς τὸν βασιλέα, ἀλλ' αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεύοντο καὶ ἐβουλεύοντο· καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς 2
ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατὸς τά τε ἄλλα διεκόσμησε [τὴν χώραν] καὶ καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν, ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας καὶ πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάν-

§ 2. τὴν πόλιν pro τὴν χώραν M. m. Ar. Chr. Dan., quae scripturarum discrepantia, cum neutra ex altera corrupta aut alterius interpretatio esse possit, utramque interpretandi causa adscriptam esse ostendit. Cf. ad. IV 85, 7.

(vers. Germ. II p. 55 sqq.). — πρυτανεῖα] πρυτανεῖόν ἐστιν οἶκος μέγας ἔνθα αἱ σιτήσεις ἐδίδοντο τοῖς πολιτευομένοις. ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως, ἐπειδὴ ἐκεῖ ἐκάθηντο οἱ πρυτάνεις, οἱ τῶν ὅλων πραγμάτων διοικηταί. ἄλλοι δέ φασιν ὅτι τὸ πρυτανεῖον πυρὸς ἦν ταμιεῖον, ἔνθα καὶ ἦν ἄσβεστον πῦρ καὶ ηὔχοντο. Schol. Cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 5, 9 et quos hic appellat, et adn. ad § 2. — ἐχούσας „Ἐχούσας Bloomf. Hier. Muell. Cobet. ad Hyper. p. 46. Sed refer κατὰ πόλεις ad ἔχουσα.“ Krueg. At sententiarum cohaerentia postulat ut has urbes sui iuris fuisse significetur, cuius rei testimonium est quod suum quaeque prytaneum suosque magistratus habebat. — ἄρχοντας, principes, regulos. Cf. Thirlw. Hist. Gr. II p. 1. — ὁπότε μή. De negatione vid. Krueg. Gr. § 61, 9 adn. 4. Cf. III 68, 1. VIII 38, 5. 53, 3. — καὶ ἐβουλεύοντο in uno Ar. omissa temere in suspicionem vocavit Dobr. Duobus verbis ἐπολιτ. καὶ ἐβουλ. respondent bina nomina antea et postea. — Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου. Hoc bellum dicitur Eleusinium, de quo cf. Plat. Menex. 239 b. Isocr. IV 68. 70. Lycurg. Leocr. 98—100. Curtii Hist. Gr. I p. 289.

§ 2. ἐβασίλευσε, rex factus est, ut IV 101, 5. Cf. adn. I 3, 2. De re cf. Niebuhrii dubitationes l. l. I p. 236. 263 al. — μετὰ τοῦ ξυνετοῦ, una cum prudentia, praeterquam quod prudens erat. Cf. Dion. Hal. Ant. I 31 μετὰ τοῦ δραστηρίου καὶ ξυνετός et Plut. Thes. 2 μετὰ τοῦ δυνατοῦ τὸ συνετὸν ἔχοντες. — τὰ ἄλλα διεκόσμησε. Vid. Plut. Thes. 25. — καταλύσας . . . ἀρχάς. Cf. Plut. Thes. 24. Paus. I 22, 3. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 53. 355. Thirlw. l. l. p. 8 sq. Proximum ἐς Krueg. cum καταλύσας iungit conferens Gr. § 68, 21 adn. 4, alii, quod praestare videtur, cum ξυνῴκισε. — βουλευτήριον . . . καὶ πρυτανεῖον. De Athenarum curia et prytaneo vid. Wachsm. l. l. p. 421 et quos citat Schoem. Antiqu. iur. publ. p. 216 adn. 5, praeterea C. Wachsm. de urbe Ath. I p. 163. 221 sq. — ξυνῴκισε] τὸ ξυνῴκισεν οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῦ ὁμοῦ ξυνοικισθῆναι (in uno loco s. urbe habitare) ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μίαν

www.libtool.com.cn

*τας, καὶ νεμομένους τὰ αὑτῶν ἑκάστους ἅπερ καὶ
πρὸ τοῦ ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι, ἣ
ἁπάντων ἤδη ξυντελούντων ἐς αὐτὴν μεγάλη γε-
νομένη παρεδόθη ὑπὸ Θησέως τοῖς ἔπειτα· καὶ
ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθηναῖοι ἔτι καὶ νῦν τῇ θεῷ*
3 *ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσιν. τὸ δὲ πρὸ τούτου ἡ ἀκρό-
πολις ἡ νῦν οὖσα πόλις ἦν καὶ τὸ ὑπ' αὐτὴν πρὸς*
4 *νότον μάλιστα τετραμμένον. τεκμήριον δέ· τὰ γὰρ
ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει * * καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι,*

*πόλιν, τουτέστι μητρόπολιν, ἔχειν αὐτήν.* Schol. Cf. 16, 1. III 2, 3. Neglegentius igitur loquitur Cic. de Leg. II 2. — *νεμομένους.* Non esse possidere, sed colere adnotat Gail. Cf. adn. I 2, 2 et infra 27, 2. Neque tamen cur hic notio possidendi spernenda sit nobis liquet. Cf. 62, 2. — *μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι.* Cf. Krueg. Gr. § 61, 7 adn. 1. — *ἁπάντων . . . ξυντελούντων ἐς αὐτήν,* cum omnes in eam contributi essent. Cf. IV 76, 3. Liv. XXXI 30, 6. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 174. C. Wachsm. l. l. p. 453 sqq. — *ξυνοίκια.* Plut. Thes. 24 *μετοίκια* vocat; sed *ξυνοίκια* etiam Charax apud Steph. Byz. l. l. Nonnulli *ξυνοικέσια* appellant. Celebrata esse *τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Ἑκατομβαιῶνος* testatur Plut. A Panathenaeis igitur recte discernit, sed simul coniuncta his cogitata esse docent Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 355. II p. 482. Herm. Antiqu. II § 54, 9. Cf. A. Momms. Heortolog. p. 121. C. Wachsm. l. l. p. 456 sq. De vv. *ξυνοίκια ἑορτήν* vid. Matth. Gr. § 428, 5. Krueg. Gr. § 60, 2 adn. 2. — *ἐξ ἐκείνου.* Ut paulo post *πρὸ τούτου*, 16, 1 *μέχρι τοῦδε*, similia apud Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 7. — *τῇ θεῷ.* Cf. adn. 13, 5. — *ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσιν.* Cf. adn. VI 58, 2. De his diebus festis vid. Herm. l. l. § 8, 14. Momms. l. l. p. 111 sqq.

§ 3. *τὸ δὲ πρὸ τούτου.* Sequitur ad extremum usque caput altera parva digressio verbis *μεγάλη γενομένη* effecta. — *τὸ ὑπ' αὐτὴν . . . τετραμμένον,* illa pars quae sub ea ad austrum maxime spectat. Maxime ideo videtur dicere quia pauca urbis aedificia etiam ad alias partes, praecipue ad occidentem, ut suspicamur, ubi Areopagus erat et secundum nonnullos vetus forum, spectaverint.

§ 4. *τεκμήριον δέ.* Cf. adn. I 2, 6. Praeter proximum argumentum sequuntur duo alia § 5. 6. — *τῇ ἀκροπόλει* auctore Cob. male del. Herw. Nam ipsi arci aptissime opponuntur *τὰ ἔξω.* — *καὶ ἄλλων θεῶν.* Deest nomen numinis a quo distinguantur *ἄλλοι θεοί*, quod nullum aliud esse potest nisi Minervae. Hoc etiam ideo non potest omissum esse quod huius quoque deae templa in arce sita rem non minus demonstrabant. Class. igitur *καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς* post *θεῶν ἐστι* inseruit. Sed ne sic quidem omnia apte videntur cohaerere. Nam arcem olim urbem fuisse non eo intellegitur quod templa, sed quod antiqua templa ibi sita erant. Cf. infra *ἵδρυται δὲ καὶ ἄλλα ἱερὰ ταύτῃ ἀρχαῖα.* Itaque ante *καὶ ἄλλων θεῶν* omissa sunt *τὰ ἀρχαῖα τῆς τε Πολιάδος* vel similia. Utique falsissimum est quod Wilamowitzius in Herm. XXI p. 617 ibidem evanuisse putat *καὶ ὑπ' αὐτῇ τῆς*

www.libtool.com.cn


καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου καὶ τὸ Πύθιον καὶ τὸ τῆς Γῆς καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια [τῇ δωδεκάτῃ] ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι, ὥσπερ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσιν.
ἵδρυται δὲ καὶ ἄλλα ἱερὰ ταύτῃ ἀρχαῖα. καὶ τῇ 5
κρήνῃ τῇ νῦν μὲν τῶν τυράννων οὕτω σκευασάντων Ἐννεακρούνῳ καλουμένῃ, τὸ δὲ πάλαι φανε-

§ 5. λαμπρῶν pro φανερῶν Thom. Mag. s. v. λαμπρία vocabulo ab h. l. alienissimo vim tribuens quam nusquam habet. Perperam igitur eam scripturam commendavit Hemsterhusius Cf. Cob. in Mnemos. nov. ser. VIII p. 99 sq.

τε Ἀθηναίας, τὰ ἔξω interpretatus non esse ea quae extra arcem sed quae extra urbem antiquam fuerint. Nam perspicuum est haec αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει opposita esse et verba τὰ γὰρ ἱερὰ ... ἐστι causam superioris sententiae τὸ δὲ πρὸ τούτου ἡ ἀκρόπολις ... πόλις ἦν continere eodemque modo τὰ ἔξω ... ἵδρυται ad καὶ τὸ ὑπ' αὐτὴν ... τετραμμένον referri. Quod autem ille ad supplementum suum commendandum affert ipsum Th. I 126, 6 diserte dicere Iovis Olympii templum extra urbem fuisse, de hac opinione non magis probabili cf. ibi adn. — τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου. De eo vid. Burs. Geogr. I p. 360 sq. C. Wachsm. l. l. p. 225 sq. — τὸ Πύθιον. De huius situ cf. Curtius in Herm. XII p. 492 sqq. — τὸ τῆς Γῆς cognominatae Ὀλυμπίας. De eo vid. C. Wachsm. l. l. p. 228. — τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου. Cf. Burs. l. l. p. 296. C. Wachsm. l. l. p. 243. Auctore Cob. τὸ ⟨τοῦ⟩ ἐν Λ. Δ. Herw., ut est apud Ath. p. 465 a. Sed cf. Pseudo-Demosth. LIX 76 — τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια. Esse Anthesteria verbis ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι demonstratur. Haec autem et a Lenaeis et a Dionysiis ruralibus, quibuscum alii confundunt, distinguenda esse docuit Boeckh. in Script. min. V p. 65 sqq. Cf. Buttm. Exc. ad Demosth. Mid. Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 579. Herm. Antiqu. Gr. II p. 58, 1. — [τῇ δωδεκάτῃ] del. Torstrik in Phil. XXXI p. 86. Suspecta sunt propter collocationem et structuram (ἐν μηνί pro μηνός) et quod per tres dies Anthesteria celebrabantur. Haec enim a die XI ad XIII Anthesterionis mensis celebrata esse docent Wachsm. l. l. p. 580. Momms. l. l. p. 345 sqq. Duodecimo enim die soli Χόες erant, ad quos refertur eiusdem diei commemoratio in Pseudo-Demosth. l. l. — οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες] οἱ ἄποικοι τῶν Ἀθηναίων. Schol. Cf. I 2, 6 et, ne cum Dobr. Ἀθηνῶν coniicias, VII 57, 4. — νομίζουσιν] κατὰ νόμον ποιοῦσι. Schol. Cf. νομίζεται, mos est, § 6 et adn. 38, 1. — ἵδρυται ... ἀρχαῖα. Hoc enuntiatum Classeno interpretationi simile videtur, nobis non item.

§ 5. τῇ κρήνῃ. De hoc fonte vid. Burs. l. l. p. 308. C. Wachsm. l. l. p. 173 sq. 274. — τῶν τυράννων] τῶν Πεισιστρατιδῶν. Schol. „Fontem Callirrhoen

www.libtool.com.cn

ρῶν τῶν πηγῶν οὐσῶν Καλλιρρόῃ ὠνομασμένῃ, ἐκεῖνοί τε ἐγγὺς οὔσῃ τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο, καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου πρό τε γαμικῶν καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι.
6 καλεῖται δὲ διὰ την παλαιὰν ταύτῃ κατοίκησιν καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπ' Ἀθηναίων πόλις.
1 16. Τῇ δ' οὖν ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν χώραν αὐτο-

ἐκείνῃ codd. Cf. adn.
πλεῖστα Vat. E.
Cap. 16. § 1. τε ουν codd. Cf. adn.

novem tubulis exornavit Pisistratus, ut refert Paus. [I 14, 1]. Cum autem filii quoque in eo ornando laborarint, hinc ab aliis ipsis adscribitur. Vid. Meurs. Pisistr. p. 63. 79.“ Huds. — τῶν πηγῶν] τῶν ἀναδόσεων τοῦ ὕδατος. Schol. Distinguitur igitur vox hic a κρήνῃ, significatque eius venas et scaturigines. — ἐκεῖνοί τε. Quod codd. habent ἐκείνῃ neque per epanalepsim, cuius parum similia exempla afferuntur Xen. Cyr. VI 2, 33. de Rep. Lac. 10, 4, ad τῇ κρήνῃ referre licet, quoniam hoc non fontem qualis antiquo, sed qualis omni tempore erat significat, neque per τὲ — καί iuncturam recte insequenti νῦν opponitur. Itaque Bekk. ἐκεῖνοι scripsit = οἱ παλαιοί, qui superiore τὸ πάλαι indicantur. Similiter ἐκεῖνος ad praeteritum tempus longius remotum et praesenti oppositum refertur in Soph. OC. 1195 σὺ δ' εἰς ἐκεῖνα, μὴ τὰ νῦν ἀποσκόπει. Ad defendendam traditam scripturam parum idonea est L. Herbstii in Philol. XVI p. 302 interpretatio, qui ea putat fontem talem denotari qualis antiquo tempore (τὸ πάλαι) fuerit. Nam hoc obscurius videtur et vix ferendum, cum ἐκεῖνος nusquam ita qualitatem significet. — ἐγγὺς οὔσῃ, scil. arci et regioni versus meridiem subiacenti. — τὰ ... ἄξια ἐχρῶντο. Cf. adn. I 3, 5. II 4, 6. Dicit autem Th. τὰ πλείστου ἄξια, quod non in omni re, sed in gravissimis tantum caerimoniis fonte vivo uti fas erat. Quod parum considerans deleto ἄξια Torstr. l. l. p. 87 sqq. πλεῖστα (cf. ad.) legendum esse censet. — πρό τε γαμικῶν. Γαμικά coniugalia sacra, nuptialia interpretatur Steph. Nisi forte res ad nuptias spectantes ideoque nuptias ipsas mavis esse; nam de conubio certe legitur VI 6, 2. Ad rem quod attinet, „aquam ex illo fonte petitam ad lavacra nuptialia virginibus nubentibus refert Poll. III 43, nec nubentibus tantum id factum, sed et ante nuptias morientibus. Vid. Etym. et Harpocr. [et Suid. et Phot.] in v. λουτροφόρος.“ Huds. — καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν] καὶ γὰρ ὁ γάμος ἱερός. Schol. — τῷ ὕδατι, i. e. τῷ τῆς Καλλιρρόης ὕδατι, τούτῳ τῷ ὕδατι. Cf. adn. 31, 3.

§ 6. καλεῖται ... πόλις. Cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 97, 6 et infra V 18, 10.

Cap. 16. § 1. Cum finita digressione redeatur ad narrationem inde a 15, 1 interruptam auctore Krueg. δ' οὖν rescripsimus, qua de re cf. adn. I 3, 4. Quod eo magis necessarium erat quod deleto μετεῖχον particula τε non iam, ut 18, 2, cum proximo καί iungi poterat. — τῇ ... οἰκήσει [μετεῖχον]. Mira syntaxis, in qua, cum ex 15, 1 appareat sententiam debere hanc esse, Athe-

www.libtool.com.cn



νόμῳ οἰκήσει [μετεῖχον] οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπειδὴ ξυνῳκίσθησαν, διὰ τὸ ἔθος ἐν τοῖς ἀγροῖς ὅμως οἱ πλείους τῶν ἀρχαίων καὶ τῶν ὕστερον μέχρι τοῦδε τοῦ πολέμου γενόμενοί τε καὶ οἰκήσαντες

nienses diu suo iure in agris vixisse, si τῇ . . . οἰκήσει instrumenti dativum volumus esse, certe non, ut Matth. Gr. § 325 adn. 2, τῆς πόλεως, sed, ut Herbst. l. l. p. 308, αὐτῆς (i. e. τῆς αὐτονόμου οἰκήσεως) debet simul audiri, quo facto plane insulsum atque absurdum dicendi genus existit. Ut igitur verbo κοινωνεῖν nonnunquam apud Demosth., velut XVIII 58. XIX 334, dativus rei additus legitur, ita μετέχειν cum hoc casu coniunxisse hic Thucydidem olim nos suspicati sumus; sed Demosthenica, in quibus κοινωνεῖν est cohaerere cum aliqua re, pertinere ad aliquid, Thucydideis nimis dissimilia esse recte respondet Krueg. Ἐπεῖχον coniecit Dobr., in dubio relinquens quid hoc verbo significari velit. Verborum consequentia restituitur, si cum Krueg. Boehm. Class. μετεῖχον delemus et proximum καί etiam interpretamur. Unde tamen illud irrepserit difficile dictu est. Fortasse adscriptum fuit ᾗς μετεῖχον. — διὰ τὸ ἔθος, propter consuetudinem, quod sine idonea causa ex margine irrepsisse putat Torstr. l. l., ad οὐ ῥᾳδίως . . . ἐποιοῦντο pertinet. — γενόμενοί τε καὶ οἰκήσαντες. His cum in codd. πανοικεσίᾳ praecedat, Krueg. interpretatur *da sie sich aufgehalten und eingewohnt*, quanquam, etiamsi γίγνεσθαι omnino esse possit commorari, alterum certe non respondet Graeco οἰκήσαντες. Class. πανοικεσίᾳ γενόμενοι vertit *sich für alle Bedürfnisse häuslich einrichten*, quae sententia non magis in his verbis inesse potest. Alii ἐν ἄγροις γενόμενοι volunt esse in agris degentes sive versantes aut cum in agris vixissent. Sed, praeterquam quod sic nihil fere dicitur quod idem non voce οἰκήσαντες contineatur (nam eum qui alicubi habitavit ibidem degisse vel vixisse ex se intellegitur), ἔν τινι γίγνεσθαι ubi locus appellatur proprie nihil aliud est nisi alicubi nasci vel oriri (Hom. Il. VII 199. Thuc. III 89, 4) aut aliquo pervenire (VI 61, 6. Herod. V 33. Plat. Prot. 314 c; nam versari γενέσθαι ita demum valet si is qui alicubi versatur eodem pervenit), quorum posterius a re alienum est, prius addito πανοικεσίᾳ (*mit ihrem ganzen Hauswesen*) non convenit. Cum autem, si omittamus πανοικεσίᾳ, optime quadret cum in agris nati essent et habitassent, illud non suo loco collocatum esse facile apparet. Aptissimum autem est ad τὰς μεταναστάσεις ἐποιοῦντο. Cf. enim Cass. Dio XLI 7, 3 πανοικεσίᾳ ἀνιστάμενοι τὰ ἱερὰ καὶ τοὺς οἴκους . . . ἀπέλειπον, Dion. Hal. Ant. VII 18 οἱ ἀπαναστάντες πανοικεσίᾳ καὶ μεταθέμενοι τὰς οἰκήσεις, XI 2 ἀνασκευασάμενοι πανοικεσίᾳ καὶ τὰς οἰκίας ἐρήμους ἀφέντες. Quod cum his locis comparatis intellexisset Lipsius in Stud. Lips. IV p. 155, πανοικεσίᾳ transponendum esse censuit, cui nos nunc obtemperandum esse censemus. Paulo aliter apud ipsum Th. πανοικεσίᾳ cum ἐξαλεῖψαι iunctum est III 57, 2. Similiter verborum ordo librariorum socordia turbatus est I 36, 2. 124, 1. IV 73, 4. V 20, 2. 22, 2. VI 11, 4. VII 43, 5. 84, 2, ubi cf. sd. Ad tuendam traditam vocis πανοικεσίᾳ collocationem nihil

www.libtool.com.cn

οὐ ῥᾳδίως πανοικεσίᾳ τὰς μεταναστάσεις ἐποιοῦντο, ἄλλως τε καὶ ἄρτι ἀνειληφότες τὰς κατασκευὰς
2 μετὰ τὰ Μηδικά· ἐβαρύνοντο δὲ καὶ χαλεπῶς ἔφερον οἰκίας τε καταλείποντες καὶ ἱερὰ ἃ διὰ παντὸς ἦν αὐτοῖς ἐκ τῆς κατὰ τὸ ἀρχαῖον πολιτείας πάτρια, δίαιτάν τε μέλλοντες μεταβάλλειν καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ πόλιν τὴν αὑτοῦ ἀπολείπων ἕκαστος.

1 17. Ἐπειδή τε ἀφίκοντο ἐς τὸ ἄστυ, ὀλίγοις μέν τισιν ὑπῆρχον οἰκήσεις καὶ παρὰ φίλων τινὰς ἢ οἰκείων καταφυγή, οἱ δὲ πολλοὶ τά τε ἐρῆμα τῆς πόλεως ᾤκησαν καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἡρῷα πάντα πλὴν τῆς ἀκροπόλεως καὶ τοῦ Ἐλευσινίου καὶ εἴ τι ἄλλο βεβαίως κληστὸν ἦν· τό τε Πελαρ-

πανοικησίᾳ (sic longe plurimi) ante γενόμενοι codd. habent. Cf. adn.

§ 2. καταλείποντες solus Vind., reliqui καταλιπόντες. Sed illud placet ob ea participia quae sequuntur et quia non aegre illi ferebant quod reliquerant, sed inviti relinquebant. Cf. 14, 2. 16, 1.

proficitur temeraria Herw. coniectura, qui τε καὶ οἰκήσαντες delens διαγενόμενοι scripsit, quod, cum διαγίγνεσθαι de vita aut retinenda (Plat. Apol. 32 e. Aesch. I 24) aut usque ad mortem transigenda (V 16, 1. Arist. Av. 45) dicatur, ab hoc loco alienum est. — τὰς κατασκευάς. Plerique supellectilem interpretantur, nonnulli tamen domos, villas. Utrumque potius simul significat. Cf. adn. I 10, 2.

§ 2. καταλιπόντες. Attende discrimen huius verbi et proximi ἀπολείπειν. Illud hic est relinquere, hoc deserere. Sed Graeci in his discernendis minus sunt diligentes quam Latini. — ἱερὰ ... πάτρια. Religiones veteres plerasque quorundam locorum proprias fuisse constat. — οὐδὲν ἄλλο. Cf. IV 14, 3 ibique adn. Deinde ἀπολείπων ad ἕκαστος patet accommodatum esse, etsi vel sic potuit scribi ἀπολείποντες. Cf. IV 63, 2.

Cap. 17. § 1. ὀλίγοις μέν τισιν. Cf. adn. IV 46, 5. — οἰκήσεις. Cf. adn. VI 88, 4. — τά τε ἐρῆμα τῆς πόλεως. Ad septentrionem et orientem Wachsm. Antiqu. I p. 785. Pro certo sciri res nequit. Ibi καλύβας exstruebant. Vid. 52, 2. — τοῦ Ἐλευσινίου. De eo supra planitiem ad orientale arcis latus sito cf. Wachsm. de urbe Ath. p. 297 sqq. Curtius Eleusinion et Pelargikon (Sitzungsber. 1884) p. 503 sq. — κληστὸν ἦν. Templa enim Graecorum raro claudebantur. Cf. Herm. Antiqu. II § 19, 13. — τὸ Πελαργικόν. Campus inter Pelargicum et arcem situs; de ipso Pelargico, quod ab aliis Πελασγικόν dicitur, cf. Herod. VI 127. Dion. Hal. Ant. I 28. Strab. p. 221. Paus. I 28, 3. Contra eos qui Pelargicum ex novem portis uno ordine deinceps collocatis constituisse putant, quibus ascensus in arcem qui inter septentrionem et occi-

www.libtool.com.cn



γικὸν καλούμενον τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν, ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν καί τι καὶ Πυθικοῦ μαντείου ἀκροτελεύτιον τοιόνδε διεκώλυε, λέγον ὡς

τὸ Πελαργικὸν ἀργὸν ἄμεινον,

ὅμως ὑπὸ τῆς παραχρῆμα ἀνάγκης ἐξῳκήθη. καί 2
μοι δοκεῖ τὸ μαντεῖον τοὐναντίον ξυμβῆναι ἢ προσεδέχοντο· οὐ γὰρ διὰ τὴν παράνομον ἐνοίκησιν αἱ ξυμφοραὶ γενέσθαι τῇ πόλει, ἀλλὰ διὰ τὸν πόλεμον ἡ ἀνάγκη τῆς οἰκήσεως, ὃν οὐκ ὀνομάζον τὸ μαντεῖον προῄδει μὴ ἐπ᾽ ἀγαθῷ ποτε αὐτὸ κατοικισθησόμενον. κατεσκευάσαντο δὲ καὶ 3
ἐν τοῖς πύργοις τῶν τειχῶν πολλοὶ καὶ ὡς ἕκαστός

Cap. 17. § 2. ᾗ pro ἢ It. Vat., unde ἢ ᾗ legi vult Haas. (Luc. p. 103), sed cf. VII 80, 1.

ὃ pro ὃν It. Vat. Laur. Pal. Aug. H. Bas. Gr. Lugd., quod probat Bernh. Synt. p. 295, male neutrum ad τὴν ἀνάγκην τῆς οἰκήσεως referens.

dentem erat munitus fuerit, quam sententiam etiam Wachsm. l. l. p. 289 sqq. defendit, suo iure disputavit Curtius l. l. p. 499 sqq. eamque fuisse ostendit munitionem totam arcem parvo dirimente intervallo cingentem. — ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν] οἱ γὰρ Πελασγοὶ αὐτὸ οἰκήσαντες ἐπεβούλευον τοῖς Ἀθηναίοις· οὓς διώξαντες πάλιν οἱ Ἀθηναῖοι κατηράσαντο τὸν τόπον μὴ οἰκισθῆναι. Schol. De his ipsis Pelasgis cf. Muell. Orchom. p. 440. Tyrrheni vocantur IV 109, 4. Sed melius Curtius l. l. p. 506 docet hunc tanquam pomoerium sacratum fuisse agrum, quod idem cognoscere licet ex postrema parte decreti Eleusinii in Inscr. Att. IV 2 n. 27 b (= Dittenb. Syll. n. 13, 55—60). De μή vid. Matth. Gr. § 534 adn. 4. — ἀκροτελεύτιον. Est extrema pars versus, quare hic posterius hexametri hemistichium. — Πελαργικὸν ἀργόν. Consulto in his ab oraculo quaesita est adnominatio. — ἐξῳκήθη. Praepositio intendendi vim habet. Cf. ἐξοικήσιμος Soph. OC. 27 et ibi Reisig. in enarratione.

§ 2. καί μοι δοκεῖ κ. τ. λ. Attende scriptoris animum liberalem. Cf. c. 47. 54 et Rosch. de Vit. Thuc. p. 223 sq. — τοὐναντίον ... ἤ, contra quam. Cf. VII 87, 1. VIII 46, 3. — ξυμβῆναι, eventum habuisse. Cf. Xen. Cyr. V 4, 14. Eur. Iph. T. 1055. — γενέσθαι. Simul audi δοκοῦσιν. Cf. Matth. Gr. § 556 adn. 1. Krueg. Gr. § 62, 4 adn. 1. — προῄδει. Pro hoc προῇδε conicit Cobet. ad Hyper. p. 70, post quod praestiterit κατοικισθήσεσθαι. — μὴ ἐπ᾽ ἀγαθῷ, propr. non ob bonam (sed ob malam) rem. De μή cf. adn. I 76, 1.

§ 3. κατεσκευάσαντο] κατασκευὰς (cf. adn. I 10, 2) ἐποιήσαντο ... ἢ ἀντὶ τοῦ κατέλυσαν τὰ σκεύη, ὧν ἐναντίον τὸ ἀνεσκευάσαντο (I 18, 2). Schol. Cf. Xen. Cyr. VII 5, 37. — ἐν τοῖς πύργοις. Cf. Arist.

www.libtool.com.cn

που ἐδύνατο· οὐ γὰρ ἐχώρησε ξυνελθόντας αὐτοὺς ἡ πόλις, ἀλλ' ὕστερον δὴ τά τε μακρὰ τείχη ᾤκησαν κατανειμάμενοι καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ πολλά.
4 ἅμα δὲ καὶ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον ἥπτοντο, ξυμμάχους τε ἀγείροντες καὶ τῇ Πελοποννήσῳ ἑκατὸν
5 νεῶν ἐπίπλουν ἐξαρτύοντες. καὶ οἱ μὲν ἐν τούτῳ παρασκευῆς ἦσαν.

1 18. Ὁ δὲ στρατὸς τῶν Πελοποννησίων προϊὼν ἀφίκετο τῆς Ἀττικῆς ἐς Οἰνόην πρῶτον, ᾗπερ ἔμελλον ἐσβαλεῖν. καὶ ὡς ἐκαθέζοντο, προσβολὰς παρεσκευάζοντο τῷ τείχει ποιησόμενοι μηχαναῖς
2 τε καὶ ἄλλῳ τρόπῳ· ἡ γὰρ Οἰνόη οὖσα ἐν μεθορίοις τῆς Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας ἐτετείχιστο, καὶ αὐτῷ φρουρίῳ οἱ Ἀθηναῖοι ἐχρῶντο ὁπότε πόλεμος καταλάβοι. τάς τε οὖν προσβολὰς ηὐτρε-

Equ. 793. — **ὡς ἕκαστός που ἐδύνατο.** Ἕκαστος in enuntiationem relativam receptum est, sicut Latine dicitur ut quisque poterat. Cf. 48, 3. 52, 4 et sic iam c. 1 γέγραπται intelleximus non referentes ad πόλεμον. — **ἐχώρησε**, cepit.

§ 4. **ξυμμάχους.** Velut Thessalos. Cf. 22, 3. — **ἐπίπλουν**, non περίπλουν, ut 56, 1. Huc pertinent pensiones quae στρατιᾷ τῇ περὶ Πελοπόννησον solutae esse memorantur in Inscr. Att. IV n. 179 b.

§ 5. **ἐν τούτῳ ... ἦσαν.** Cf. VII 33, 6 et de vv. ἐν παρασκευῇ εἶναι adn. 80, 3.

Cap. 18. § 1. **τῆς Ἀττικῆς ἐς Οἰνόην.** Hanc Oenoen, de qua cf. verba § 2, ad Eleutheras fuisse et ab altera Marathoni vicina distinguendam esse Harpocrat. s. v. memorat. Sita erat in ipsis finibus Atticae et Boeotiae. Cf. Burs. Geogr. I p. 332. Quanquam igitur Atticae adnumeratur, tamen obsidio eius nondum videtur pars irruptionis in ipsam Atticam. Vid. 19, 1. — **πρῶτον.** Respondent 19, 1 narrata et ibi particula μέντοι. — **ἐκαθέζοντο.** Verbum frequens de exercitu considente. Cf. 19, 2. 47, 2. IV 110, 1, καθῆσθαι 20, 3, transitivum καθίζειν 71, 1. Differre ab τῷ στρατόπεδον ποιεῖσθαι, quocum a nonnullis interpretibus confunditur, apparet ex 19, 2. — **παρεσκευάζοντο ... ποιησόμενοι.** Παρασκευάζεσθαι cum participio futuri non additam habente particulam ὡς, quae plerumque accedit, etiam alibi coniungitur. Vid. II 91, 1. VI 54, 2. VII 17, 3. VIII 59, 1 et hinc corrige Matth. Gr. § 555 adn. 3. — **μηχαναῖς.** Cf. adn. 77, 4.

§ 2. **αὐτῷ.** Germani pronomen ad Oenoen referrent; sed Latini cum Graecis, de quibus vid. Krueg. Gr. § 61, 7 adn. 1, conspirant. — **καταλάβοι.** Καταλαμβάνειν etiam accusativo non addito ita dicitur de malis et calamitatibus quae invadunt et accidunt. Cf. 54, 3. IV 31, 2 et hiems oppressit Liv. XXX 39, 3 et Krueg. Gr. § 52, 1 adn. 3. —

www.libtool.com.cn

πίζοντο καὶ ἄλλως ἐνδιέτριψαν χρόνον περὶ αὐτήν. αἰτίαν τε οὐκ ἐλαχίστην Ἀρχίδαμος ἔλαβεν ἀπ' 3 αὐτοῦ, δοκῶν καὶ ἐν τῇ ξυναγωγῇ τοῦ πολέμου μαλακὸς εἶναι καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιτήδειος, οὐ παραινῶν προθύμως πολεμεῖν· ἐπειδή τε ξυνελέγετο ὁ στρατός, ἥ τε ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἐπιμονὴ γενομένη καὶ κατὰ τὴν ἄλλην πορείαν ἡ σχολαιότης διέβαλεν αὐτόν, μάλιστα δὲ ἡ ἐν τῇ Οἰνόῃ ἐπίσχεσις. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἐσεκομίζοντο ἐν τῷ χρόνῳ 4 τούτῳ, καὶ ἐδόκουν οἱ Πελοποννήσιοι ἐπελθόντες ἂν διὰ τάχους πάντα ἔτι ἔξω καταλαβεῖν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκείνου μέλλησιν. ἐν τοιαύτῃ μὲν ὀργῇ ὁ 5 στρατὸς τὸν Ἀρχίδαμον ἐν τῇ καθέδρᾳ εἶχεν. ὁ δέ, προσδεχόμενος, ὡς λέγεται, τοὺς Ἀθηναίους

**ἄλλως** propter τε — καί iuncturam aliis modis, non frustra sonat. — **ἐνδιέτριψαν**. Coniunctum verbum similiter II 85, 6 et III 29, 1 legitur. De aoristo cf. adn. I 6, 1. — **χρόνον**. Χρόνος in accusativo temporis et in formulis διὰ χρόνου et ἐπὶ χρόνον aliquotiens sine pronomine τινά similive legitur, ut IV 73, 4. II 94, 3. Herod. I 116. Similiter loquuntur Latini. Etiam ad voc. ἄνδρες interdum non additur illud pronomen. Cf. 33, 3. VII 43, 3.

§ 3. **αἰτίαν . . . ἔλαβεν**, criminationem (invidiam) . . . sibi conflavit. Cf. VI 60, 1 et Schaef. ad Demosth. IV p. 532. — **ἀπ' αὐτοῦ**, scil. τοῦ ἐνδιατρῖψαι. — **ἐν τῇ ξυναγωγῇ τοῦ πολέμου**, in conflando (movendo) bello. Cf. Isocr. IV 84 οἶμαι δὲ καὶ τὸν πόλεμον θεῶν τινα συναγαγεῖν et Dem. XXI 29 φθόνον . . . συνάγειν. Perperam L. Herbst in Phil. XXIV p. 635 vertit *Kriegsversammlung*. Nam neque συναγωγή concilium est, sed congregatio, neque aptus est genet. τοῦ πολέμου ad significandum concilium de bello habitum. Motum est bellum in conventu sociorum Spartae habito, de quo narratum est I 67 sqq. — **μαλακὸς εἶναι**. Respicitur ad orationem I 80 sqq. ab Archidamo habitam. De μαλακός voc. cf. VIII 29, 2. — **προθύμως** cum παραινῶν iunge, non cum πολεμεῖν. — **ἡ . . . ἐπιμονή**. De re cf. 12, 1—5, de collocatione verborum κατὰ . . . σχολαιότης adn. I 137, 4. Praeterea specta scriptoris elegantissimam ubertatem, quae cernitur in vv. ἐπιμονή, σχολαιότης, ἐπίσχεσις, § 4 μέλλησις, § 5 καθέδρα. — **διέβαλεν**, in invidiam adduxit, invisum reddidit. Cf. adn. VIII 83, 1. 109, 1 et V 46, 4.

§ 4. **ἄν** traiectum ad καταλαβεῖν pertinet. Cf. adn. I 11, 2. — **εἰ μὴ διά**. Cf. Matth. Gr. § 580, 2 b. Krueg. Gr. § 54, 12 adn. 10. Stallb. ad Plat. Gorg. 516 e. Est plane Britannicum but for.

§ 5. **τῇ καθέδρᾳ**] τῇ ἀργίᾳ τῆς πολιορκίας. Schol. Similiter alia sedendi verba de desidia et mora saepius poni constat. —

www.libtool.com.cn

τῆς γῆς ἔτι ἀκεραίου οὔσης ἐνδώσειν τι καὶ κατοκνήσειν περιιδεῖν αὐτὴν τμηθεῖσαν, ἀνεῖχεν.

1 19. Ἐπειδὴ μέντοι προσβαλόντες τῇ Οἰνόῃ καὶ πᾶσαν ἰδέαν πειράσαντες οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν, οἵ τε Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἐπεκηρυκεύοντο, οὕτω δὴ ὁρμήσαντες ἀπ' αὐτῆς μετὰ τὰ ἐν Πλαταίᾳ [τῶν ἐσελθόντων Θηβαίων] γενόμενα ἡμέρᾳ ὀγδοηκοστῇ μάλιστα, τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος, ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν· ἡγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος
2 ὁ Ζευξιδάμου, Λακεδαιμονίων βασιλεύς. καὶ καθ-

**τμηθεῖσαν.** Exspectes forsitan τεμνομένην aut τμηθῆναι 20, 2, at iterum II 20, 4 οὐ περιόψεσθαι ἐδόκουν τὰ σφέτερα διαφθαρέντα. Cf. VIII 26, 3 et Madv. Synt. § 83 adn. 2. — **ἀνεῖχεν** intransitive dictum est, ut saepe ἀντέχειν, ἐπέχειν, alia verba in quibus ἔχειν cum praepositionibus iunctum est, et hoc ipsum aliis significationibus. Cf. Matth. Gr. § 495 p. 1102. Krueg. Gr. § 52, 2 adn. 3 et adn. I 46. Similiter ut hic rursus VIII 94, 2. VII 48, 3.

Cap. **19.** § 1. **πᾶσαν ἰδέαν πειράσαντες**, omni (oppugnationis) genere temptato. Cf. 77, 2 et de v. ἰδέα adn. I 109, 1; πᾶσαν ἰδέαν (τοῦ προσβάλλειν) πειράσαντες dicta videntur ut πᾶσαν πεῖραν πειράσαντες. Cf. Plut. Demetr. c. 21. — **ὁρμήσαντες**, profecti, pro usitatiore ὁρμηθέντες. Similiter activum huius verbi legitur III 24, 1. IV 36, 2. 90, 3. VII 19, 4 et ἀφορμᾶν IV 78, 5, nec vera videtur Kruegeriana distinctio ea qua ὁρμᾶν contendere, ὁρμᾶσθαι proficisci interpretatur Gr. § 52, 2 adn. 1. — **τὰ . . . Θηβαίων γενόμενα.** Cf. Matth. Gr. § 375 adn. 1. Sed huius explicatione reiecta non τὰ γενόμενα iungi, sed γενόμενα ad τὰ ἐν Πλατ. τῶν ἐσ. Θηβαίων appositum esse vult Krueg., nisi τῶν post ἐσελθόντων sit transponendum. Sed illud probari nequit, quoniam sic γενόμενα prorsus inutile esset nec articulus τῶν idoneam haberet explicationem. Transposito quidem τῶν aptum nanciscimur verborum contextum, sed tam facile caremus addito ἐσελθόντων τῶν Θηβαίων ut haec interpreti cum Class. tribuere malimus. — **μάλιστα.** Cf. adn. I 13, 3. — **τοῦ θέρους . . . ἀκμάζοντος**, aestate et frugibus adultis, i. e. posteriore mensis Iunii parte. Cf. Append. I 1. — **ἡγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος ὁ Ζ., Λακ. βασιλεύς** del. Herw., et fatendum est ea post 18, 3—19, 1, ubi de ipso Archidamo huius expeditionis duce sermo est, intolerabilia esse. Attamen Herw. sequi veremur. Potest enim interposita illa particula 18, 3—19, 1, qua reliqua narratio quodammodo interrumpitur, postea a scriptore ita addita esse ut verba illa non iam apta delere oblitus sit. Quanquam enim iam 10, 1 Archidamum huius expeditionis ducem fuisse significatum est, tamen post ea quae c. 13—18 de Atheniensium rebus exposita sunt eadem res, si omittimus 18, 3—19, 1, non nimis incommode repetitur. Hic igitur locus ex iis videtur esse quibus extrema scriptoris manus non imposita sit. Simile aliquid invenimus in adn. I 23, 1.

www.libtool.com.cn

εζόμενοι ἔτεμνον πρῶτον μὲν Ἐλευσῖνα καὶ τὸ Θριάσιον πεδίον καὶ τροπήν τινα τῶν Ἀθηναίων ἱππέων περὶ τοὺς Ῥείτους καλουμένους ἐποιήσαντο. ἔπειτα προυχώρουν ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ Αἰγάλεων ὄρος διὰ Κρωπιᾶς, ἕως ἀφίκοντο ἐς Ἀχαρνάς, χῶρον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς τῶν δήμων καλουμένων, καὶ καθεζόμενοι ἐς αὐτὸν στρατόπεδόν τε ἐποιήσαντο, χρόνον τε πολὺν ἐμμείναντες ἔτεμνον.

20. Γνώμῃ δὲ τοιᾷδε λέγεται τὸν Ἀρχίδαμον 1
περί τε τὰς Ἀχαρνὰς [ὡς ἐς μάχην ταξάμενον]

Cap. **19.** § 2. *Κεκρωπείας* Laur. Ar. Chr., vulgo *Κεκροπίας*. Cf. adn.
*χωρίον* It. Laur. cum deterioribus aliquot. Cf. adn.
*ἐμμένοντες* m. Ar. Chr. Cf. adn.

§ 2. *τὸ Θριάσιον πεδίον.* De hoc campo vid. adn. I 114, 2 et Burs. Geogr. 1 p. 328. Spectare eum ab Eleusine ad Rhetos versus ex ipsius Thucydidis narratione videtur apparere. — *Ῥείτους*] Ὦρος *Ῥειτός*, *Ἡρωδιανὸς Ῥῖτος.*: Schol. Cf. Etym. M. et Schmidt. ad Hesych. s. v. Scripturam receptam tamen libri Thucydidei constanter et hic et in Rhetis agri Corinthii IV 12, 2 tuentur. De Rhetis Atticae (*ἐν τῷ Θριασίῳ πλησίον Ἐλευσῖνος* Etym.), ubi olim fines fuerunt Atheniensium et Eleusiniorum, praeterea vid. Paus. I 38. Leak. de Pag. Attic. p. 99 sq. Burs. l. l. I p. 327. — *τὸ Αἰγάλεων ὄρος*] *ἀρσενικὸν ὁ Αἰγάλεως, ὡς Μενέλεως· ἄλλοι δὲ οὐδετέρως φασίν.* Schol. Etiam Thucydidi hic neutrum esse colligas ex iis quae exposita sunt in Krueg. Gr. § 50, 7 adn. 2. At cf. 96, 1 *τοῦ Αἵμου ὄρους* et ibi adn. De situ Aegalei cf. Leak. l. l. p. 31. Burs. l. l. p. 253. — *Κρωπιᾶς.* Leakius l. l. p. 25 sq. colles quibus Aegaleos cum Parnethe iungatur et campus Thriasius ab Acharnensi separetur significari dicit, vulgatum *Κεκροπίας* ideo praeferens quia Stephanus Byz. *Κεκροπίας χώρας* mentionem faciat et Cropiam pagum Stuartus in *μεσόγειαν* transtulerit; quarum rationum neutra quicquam valet. De loco pagi vid. nunc Burs. l. l. p. 335. — *Ἀχαρνάς.* De harum situ cf. 21, 2 et ex recentioribus praeter alios Leak. l. l. p. 22. Burs. l. l. p. 334. — *χῶρον.* Pagum, non oppidulum significari adiunctus genetivus partitivus *τῶν δήμων καλουμένων* ostendit. Cf. 20, 4. — *αὐτόν* ad *χῶρον* relatum similiter atque VII 50, 2. — *ἐμμείναντες*, cum consedissent. Cf. IV 109, 5. — *ἔτεμνον.* Cf. Aristoph. Acharn. 182. 232 al.

Cap. **20.** § 1. *λέγεται τὸν Α. κ. τ. λ.* De verborum structura cf. 57, 1. 102, 5. — [*ὡς ἐς μάχην ταξάμενον*]. Haec neque cum antea dictis conveniunt, ubi Peloponnesios castra posuisse legimus (19, 2 *στρατόπεδον ἐποιήσαντο*, quocum cf. *ἐνστρατοπεδεῦσαι* 20, 4), quod longe diversum est atque aciem instruere (cf. III 107, 2 et 3), neque hoc fecisse Archidamum ullum in sequenti narratione est indicium. Cum igitur res ipsa

www.libtool.com.cn

μεῖναι καὶ ἐς τὸ πεδίον ἐκείνῃ τῇ ἐσβολῇ οὐ κα-
2 ταβῆναι. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους ἤλπιζεν, ἀκμάζοντάς τε νεότητι πολλῇ καὶ παρεσκευασμένους ἐς πόλεμον ὡς οὔπω πρότερον, ἴσως ἂν ἐπεξελθεῖν καὶ τὴν γῆν
3 οὐκ ἂν περιιδεῖν τμηθῆναι. ἐπειδὴ οὖν αὐτῷ ἐς Ἐλευσῖνα καὶ τὸ Θριάσιον πεδίον οὐκ ἀπήντησαν, πεῖραν ἐποιεῖτο περὶ τὰς Ἀχαρνὰς καθήμενος εἰ
4 ἐπεξίασιν. ἅμα μὲν γὰρ αὐτῷ ὁ χῶρος ἐπιτήδειος ἐφαίνετο ἐνστρατοπεδεῦσαι, ἅμα δὲ καὶ οἱ Ἀχαρνῆς μέγα μέρος ὄντες τῆς πόλεως (τρισχίλιοι γὰρ ὁπλῖται ἐγένοντο) οὐ περιόψεσθαι ἐδόκουν τὰ σφέτερα διαφθαρέντα, ἀλλ' ὁρμήσειν καὶ τοὺς πάντας ἐς

falsa sit, haec verba ita excusari nequeunt ut, perinde atque adn. 19, 1 fecimus, totam de Archidami consilio particulam (c. 20) a scriptore postea additam esse statuamus. Nihil igitur restat nisi ut haec pro stolidi cuiusdam interpretis additamento habeamus, qui inde quod Archidamus Athenienses incitare volebat ut secum in acie pugnarent illum eius rei causa aciem instructam habuisse concluserit. — **τὸ πεδίον** = **τὴν πεδιάδα**. Cf. 55, 1. Leak. l. l. p. 24. Burs. l. l. p. 253 sq. — **ἐκείνῃ τῇ ἐσβολῇ**. Insolentior est dativus, si est temporis. Cf. Krueg. Gr. § 48, 2. Quanquam etiam nonnulla vocabula per se temporis vim non habentia interdum in dativo de tempore sine *ἐν* legi videntur, velut *μάχῃ* III 54, 4, *γαλήνῃ* IV 26, 7, iterum *ἐκείνῃ τῇ ἐσβολῇ* § 4 et *τῇ ἐσβολῇ ταύτῃ* II 57, 2. Cf. Lat. adventu, discessu, similia. Add. I 128, 5 et Krueg. Gr. l. l. adn. 9. Domitianus prima irruptione apud aedituum occultatus similiter dixit Tac. Hist. III 74. Cf. Haas. ad Reisig. schol. gramm. p. 714. Respicitur ad posteriores incursiones, in quibus revera Archidamus in planitiem descendit. Cf. 55, 1. III 1, 1. Ceterum hinc cognoscitur Acharnas non in ipsa planitie sitas fuisse, sed in regione versus Aegaleum montem (cf. 19, 2) spectante paulum clivosa.

§ 2. **ἴσως ἂν ἐπεξελθεῖν**. Cf. adn. III 30, 3. — **τμηθῆναι**. De infin. cf. adn. I 35, 4.

§ 3 **ἐς Ἐλευσῖνα ... ἀπήντησαν**. *Ἀπαντᾶν* apud Thucyd. saepius cum *ἐς* vel *ἐπί* et accusativo coniungitur, ut sit obviam proficisci, velut IV 77, 2. 89, 1. VII 1, 3. 22, 2. 35, 2, quam cum *ἐπί* et dativo, ut sit obviam fieri, sicut IV 78, 3. — **πεῖραν . . . ἐπεξίασιν**. Cf. Iust. III 7, 3.

§ 4. **ἐπιτήδειος . . . ἐνστρατοπεδεῦσαι**. Simul audi *αὐτῷ*, et cf. Matth. Gr. § 533 adn. 2, et infra II 44, 1. 74, 3. — **μέγα μέρος . . . τῆς πόλεως**, magna pars civitatis. Cf. V 32, 3. De re vid. Clint. Fast. Hell. p. 394. Iidem Acharnenses apud Aristoph. in Acharn. videntur esse robusti (v. 180 sqq.). — **τρισχίλιοι**. Hunc numerum nimium esse ex 13, 6 cognoscitur. Cf. Mueller-Strueb. Aristoph. p. 640 sqq., qui *τριακοσίους* (*τ'* pro *,γ*) restituendum esse putat. Hunc tamen numerum minorem esse censet Belochius in libri adn. 13, 6 citati p. 104 sqq. — **διαφθαρέντα**. Cf. adn. 18, 5. —

www.libtool.com.cn



μάχην· εἴ τε καὶ μὴ ἐπεξέλθοιεν ἐκείνῃ τῇ ἐσβολῇ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀδεέστερον ἤδη ἐς τὸ ὕστερον τὸ πεδίον τεμεῖν καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν χωρήσεσθαι· τοὺς γὰρ Ἀχαρνέας ἐστερημένους τῶν σφετέρων οὐχ ὁμοίως προθύμους ἔσεσθαι ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων κινδυνεύειν, στάσιν δὲ ἐνέσεσθαι τῇ γνώμῃ. τοιαύτῃ μὲν διανοίᾳ ὁ Ἀρχίδαμος περὶ τὰς Ἀχαρνὰς ἦν.

21. Ἀθηναῖοι δέ, μέχρι μὲν οὗ περὶ Ἐλευσῖνα 1
καὶ τὸ Θριάσιον πεδίον ὁ στρατὸς ἦν, καί τινα ἐλπίδα εἶχον ἐς τὸ ἐγγυτέρω αὐτοὺς μὴ προϊέναι, μεμνημένοι καὶ Πλειστοάνακτα τὸν Παυσανίου, Λακεδαιμονίων βασιλέα, ὅτε ἐσβαλὼν τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα καὶ Θριῶζε στρατῷ Πελοποννησίων πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου τέσσαρσι καὶ δέκα ἔτεσιν ἀνεχώρησε πάλιν ἐς τὸ πλεῖον οὐκέτι προελθών (διὸ δὴ καὶ ἡ φυγὴ αὐτῷ ἐγένετο ἐκ Σπάρτης δόξαντι χρήμασι πεισθῆναι [τὴν ἀναχώρησιν])·

Cap. 21. § 1. τὴν ἀναχώρησιν non expressit Valla vertens creditus id fecisse pecunia et in lemmate om. schol. χρήμασι ὁρμήσειν. Cf. adn. I 87, 2. — τοὺς πάντας, universos Athenienses. — εἰ . . . μὴ ἐπεξέλθοιεν. Cf. adn. I 121, 4. — ἐκείνῃ τῇ ἐσβολῇ. Respicit Archidamus ad irruptiones quas deinde Lacedaemonios facturos esse cogitat. — τεμεῖν. Ad hunc infinitivum et eos qui sequuntur ex superiore ἐδόκουν repete ἐδόκει, ἐνόμιζε. — τῆς τῶν ἄλλων. Cf. adn. I 44, 1. — στάσιν, hic discordiam. — τῇ γνώμῃ. Cf. IV 65, 1. VII 71, 1. Temere hoc delet Herw. — τοιαύτῃ . . . ἦν. Iteratur sententia primorum verborum huius capitis, ut transitus paretur ab Archidamo ad Athenienses.

Cap. 21. § 1. Ἀθηναῖοι δέ. Dubitatur utrum hoc sit anantapodoton cuius apodosis ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο ex contrariis verbis § 2 οὐκ ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο repetenda sit, an apodosis incipiat a verbis καί τινα ἐλπίδα εἶχον. Alterum tamen solum probari posse recte existimat Krueg.; nam prius fieri posse nullo confirmatur exemplo. — μεμνημένοι καὶ Πλειστοάνακτα . . . ὅτε. De re vid. I 114, 2. Subiectum quod dicunt enuntiati ex altero pendentis in potioris obiectum est mutatum. Cf. II 67, 4. III 53, 2, VIII 108, 1. Matth. Gr. § 296, 3. Krueg. Gr. § 61, 6. De ὅτε autem vid. Matth. Gr. § 624. Krueg. Gr. § 54, 16 adn. 2 et de Latinis Kritz. ad Sall. Iug. 102, 5. — τέσσαρσι καὶ δέκα ἔτεσιν, i. e. πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει. Cf. 2, 1. — ἐς τὸ πλεῖον] ἐς τὸ περαιτέρω. Schol. — ἡ φυγὴ αὐτῷ ἐγένετο. Cf. Plut. Pericl. 22. infra V 16. Clint. Fast. Hellen. p. 211. — πεισθῆναι [τὴν ἀναχώρησιν]. Licet secun-

www.fbtool.com.cn

2 ἐπειδὴ δὲ περὶ Ἀχαρνὰς εἶδον τὸν στρατὸν ἑξήκοντα σταδίους τῆς πόλεως ἀπέχοντα, οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο, ἀλλ' αὐτοῖς, ὡς εἰκός, γῆς τεμνομένης ἐν τῷ ἐμφανεῖ, ὃ οὔπω ἑοράκεσαν οἵ γε νεώτεροι, οὐδ' οἱ πρεσβύτεροι πλὴν τὰ Μηδικά, δεινὸν ἐφαίνετο, καὶ ἐδόκει τοῖς τε ἄλλοις καὶ μάλιστα τῇ νεότητι ἐπεξιέναι καὶ μὴ περιορᾶν. κατὰ ξυστάσεις τε γιγνόμενοι ἐν πολλῇ ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν κελεύοντες ἐξιέναι, οἱ δέ τινες οὐκ ἐῶντες.
3 χρησμολόγοι τε ᾖδον χρησμοὺς παντοίους, ὧν ἀκροᾶσθαι εἷς ἕκαστος ὥρμητο. οἵ τε Ἀχαρνῆς

πεισθῆναι] μετὰ πειθοῦς χρημάτων ποιῆσαι τὴν ἀναχώρησιν. Cf. adn.

§ 3. ὡς ἕκαστος Laur. m. cum deterioribus aliquot, reliqui ὡς om. Cf. adn.

ὤργητο It. Vat. Aug. M. Cass. Clar. Mosqu. G. H. Cf. adn.

dum Kuehn. Gr. max. § 410 adn. 6 defendi possit insolitum hoc dicendi genus (alibi enim non substantivum, sed neutrum adiectivi aut pronominis sic cum πείθεσθαι iungi solet), tamen res adeo ex se intellegitur ut additum ἀναχώρησιν molestius quam utilius sit. Videtur igitur ex schol. (cf. sd.) in ipsius scriptoris verba irrepsisse.

§ 2. ὡς εἰκός. Haec ad vv. δεινὸν ἐφαίνετο videntur pertinere, etsi Krueg. propter collocationem verborum cum γῆς τεμνομένης mavult necti. — γῆς τεμνομένης. Iterum sine articulo γῆς δῃουμένης 54, 1. Cf. etiam 74, 1 et Krueg. Stud. hist. II p. 63. — ἐν τῷ ἐμφανεῖ] φανερῶς. Schol. Supra 11, 7 ἐν τοῖς ὄμμασι. — οὐδ' . . . τὰ Μηδικά, neque seniores aliud quid viderant nisi bellum Persicum et (ut facillime ex rerum contextu mente additur) quae tum eiusmodi facta sunt. Immerito haec in suspicionem vocavit Herw. — κατὰ ξυστάσεις τε γιγνόμενοι. Simillima esse verba III 27, 3 κατὰ ξυλλόγους τε γιγνόμενοι, et ξυστάσεις praeterea etiam ξυστροφάς et κύκλους, Latine circulos et conciliabula [? coetus, vid. Nipperd. ad Tac. Ann. III 40] vocari docet Bloomf. Cf. 87, 4 et Xen. Anab. V 7, 2.

§ 3. χρησμολόγοι...ᾖδον. Cf. adn. 8, 2 — εἷς ἕκαστος. Cum ὡς, quod Laur. et alii codd. habent, vix a scriba addi potuerit neque de singulis deinceps vel separatim audientibus cogitare liceat (cf. adn. I 3, 4), εἷς nunc rescripsimus. Cf. VIII 89, 4. Minus apte Herw. ὡς ἀκροᾶσθαι ἕκαστος. — ὥρμητο. Cum eodem sensu dictum et pariter cum infin. iunctum est hoc plusquamperfectum 59, 2. III 92, 4. IV 29, 2. V 29, 4. VI 6, 1. 19, 1. VIII 73, 3. Contra medium verbi ὀργᾶν nullo Graecorum scriptorum loco exstat, et cum ipsum ὀργᾶν vehementer cupidum esse valeat, neque medium cum Krueg. secundum eius Gr. § 52, 7 adn. 8 explicari facile potest neque plusquamperf. quid sibi velit satis perspicitur. Neque afferenda est Hesychii interpretatio ὤργητο· ὥριστο, ἔχρηξεν. Nam hoc loco scripturam interpretatur non mi-

www.libtool.com.cn


*οἰόμενοι παρὰ σφίσιν αὐτοῖς οὐκ ἐλαχίστην μοῖραν
εἶναι Ἀθηναίων, ὡς αὐτῶν ἡ γῆ ἐτέμνετο, ἐνῆγον
τὴν ἔξοδον μάλιστα. παντί τε τρόπῳ ἀνηρέθιστο
ἡ πόλις καὶ τὸν Περικλέα ἐν ὀργῇ εἶχον, καὶ ὧν
παρῄνεσε πρότερον ἐμέμνηντο οὐδέν, ἀλλ' ἐκάκιζον
ὅτι στρατηγὸς ὢν οὐκ ἐπεξάγοι, αἴτιόν τε σφίσιν
ἐνόμιζον πάντων ὧν ἔπασχον.*

22. *Περικλῆς δὲ ὁρῶν μὲν αὐτοὺς πρὸς τὸ* 1
*παρὸν χαλεπαίνοντας καὶ οὐ τὰ ἄριστα φρονοῦν-
τας, πιστεύων δὲ ὀρθῶς γιγνώσκειν περὶ τοῦ μὴ
ἐπεξιέναι, ἐκκλησίαν τε οὐκ ἐποίει αὐτῶν οὐδὲ
ξύλλογον οὐδένα, τοῦ μὴ ὀργῇ τι μᾶλλον ἢ γνώ-
μῃ ξυνελθόντας ἐξαμαρτεῖν, τήν τε πόλιν ἐφύ-
λασσε καὶ δι' ἡσυχίας μάλιστα ὅσον ἐδύνατο εἶχεν.
ἱππέας μέντοι ἐξέπεμπεν αἰεὶ τοῦ μὴ προδρόμους* 2

nus corruptam quam in vocabulis quae praecesserunt: *ὤργατο· κατηπ. γῃ* (an *κατηπείχθη*?) *καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἦν* et *ὠργημένον· παρεσκευασμένον, ἕτοιμον*, ubi item *γ* pro *μ* scriptum et *ὡρμᾶτο, ὡρμημένον* legendum est. Malumus autem Laur. Pal. aliorumque codd. scriptura Th. usu comprobata confidere quam Herw. credere, qui eam genuini vocabuli *ὤργα* interpretamentum esse opinatur. — *οἰόμενοι ... Ἀθηναίων*. Fere idem atque *οἰόμενοι οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα Ἀθηναίων εἶναι* videntur valere. Cf. 20, 4 et Tac. Hist. I 50 senatus et eques, *quis aliqua pars et cura reipublicae*. — *ἔξοδον*, eruptionem, ut III 5, 2. Plerumque *ἐπέξοδον*. — *ἐκάκιζον*. Cf. adn. I 105, 7. „In his qui Periclem increpabant maxime fuit Cleon, ut auctor est Plut. in Pericl. [c. 33].“ Gottl. — *ἐπεξάγοι* eodem modo dictum ut simplex *ἄγειν* VII 81, 3.

Cap. 22. § 1. *πρὸς τὸ παρόν*, ob praesentem rerum statum, ut 59, 3. — *περὶ τοῦ μὴ ἐπεξιέναι*. Cf. 13, 2. Sine idonea causa haec del. Herw. — *ἐκκλησίαν τε οὐκ* (cf. adn. I 5, 2) *ἐποίει*. Quod praetor poterat facere. Cf. 59, 3 et Plut. Pericl. 33. — *οὐδὲ ξύλλογον οὐδένα*. *Ξύλλογος* alibi, ut c. 59, 3, pro *ἐκκλησίᾳ* videtur poni, sed hic ab ea discernitur, ut Plat. Gorg. 456 c, quem locum affert Arn. Et Dukas quidem *ἐκκλησίαν* totius populi, *ξύλλογον* partis cuiusdam civium esse existimat. Vim vocis *ξύλλογος* tamen latius patere apparet. Quare Bredovium secutus *ἐκκλησίαν* iustam contionem, *ξύλλογον* quemlibet conventum esse dixeris. Contionem et concilium apud Romanos distinguit Gell. XV 27. De *τὲ ... οὐδὲ ... τὲ* cf. adn. I 37, 2. — *τοῦ μὴ ... ἐξαμαρτεῖν*. Cf. adn. I 4. — *τὶ* dubitari potest utrum ad *μᾶλλον* (ut IV 21, 3; cf. adn. I 49, 3) referendum sit an ad *ἐξαμαρτεῖν*. — *ἐφύλασσε*. Cf. Plut. l. l. — *δι' ἡσυχίας ... εἶχεν*, quietam tenebat. Cf. adn. ad *διὰ χειρὸς ἔχειν* 13, 2. *Μάλιστα ὅσον* fortasse per traiectionem dicta esse, posse tamen *μάλιστα* etiam cum *ἔχειν* iungi adnotat Krueg. ad Dion. p. 106. Cf. I 17.

www.libtool.com.cn

*ἀπὸ τῆς στρατιᾶς ἐσπίπτοντας ἐς τοὺς ἀγροὺς τοὺς ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν. καὶ ἱππομαχία τις ἐγένετο βραχεῖα ἐν Φρυγίοις τῶν τε Ἀθηναίων τέλει ἑνὶ τῶν ἱππέων καὶ Θεσσαλοῖς μετ' αὐτῶν πρὸς τοὺς Βοιωτῶν ἱππέας, ἐν ᾗ οὐκ ἔλασσον ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Θεσσαλοί, μέχρι οὗ προσβοηθησάντων τοῖς Βοιωτοῖς τῶν ὁπλιτῶν τροπὴ ἐγένετο αὐτῶν· καὶ ἀπέθανον τῶν Θεσσαλῶν καὶ Ἀθηναίων οὐ πολλοί, ἀνείλοντο μέντοι αὐτοὺς αὐθημερὸν ἀσπόνδους. καὶ οἱ Πελοποννήσιοι τρο-*
3 *παῖον τῇ ὑστεραίᾳ ἔστησαν. ἡ δὲ βοήθεια αὕτη τῶν Θεσσαλῶν κατὰ τὸ παλαιὸν ξυμμαχικὸν ἐγένετο τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἀφίκοντο παρ' αὐτοὺς Λαρισαῖοι, Φαρσάλιοι, Παγασαῖοι, Κραννώνιοι, Πυρά-*

Cap. 22. § 2. *ἐνεγένετο* plerique codd. praeter Pal. m. Cf. adn.
§ 3. *Παράσιοι* pro *Παγασαῖοι* codd. Cf. adn.

τὸ μετρίως εἰπεῖν ἐν ᾧ μόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας βεβαιοῦται. ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους ἀκροατὴς τάχ' ἄν τι ἐνδεεστέρως πρὸς ἃ βούλεταί τε καὶ ἐπίσταται νομίσειε δηλοῦσθαι, ὅ τε ἄπειρος ἔστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι διὰ φθόνον, εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι. μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσεν, τῷ δ' ὑπερβάλλοντι

tutes quales revera fuerunt ei quidem qui bene dixit creditur, sed ei qui deterius non item.

§ 2. **χαλεπὸν γὰρ κ. τ. λ.** Ratio redditur cur fieri possit ut quis non solum εὖ, sed etiam χεῖρον dicat. — **μετρίως**, scil. ἐς τὸ πιστευθῆναι, convenienter, accommodate ad fidem faciendam. Cf. Plat. Phaedr. 236 a. Theaet. 180 c. de Rep. 518 b. — **ἐν ᾧ ... βεβαιοῦται**, ubi (*bei einem Gegenstande wo*) vix etiam (*kaum noch*) opinio veritatis confirmatur (*gesichert wird;* cf. Xen. Anab. VII 6, 17), i. e. ubi ne hoc quidem impetrari satis certum est ut orator vera dicere putetur. *Καί* secundum Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 19 videtur interpretandum esse. Nam haec opinio minus aliquid est quam certa illa fides (τὸ πιστευθῆναι). Δόκησις saepius apud Th. (III 45, 2. IV 87, 1. 126, 4. VI 64, 2. VII 67, 1) et tragicos (Soph. OR. 681. Trach. 426 sq.) opinio est. Infra ei respondet ἂν νομίσειε. Quare non recte a Poll. V 126 εὐτελές vocatur. — **ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους**, is qui conscius est (i. e. qui perinde atque orator compertas habet virtutes quales fuerunt) ideoque benevolus. Cf. infra opposita ὅ τε ἄπειρος ... διὰ φθόνον. — **ἐνδεεστέρως**. Cf. IV 39, 2. VIII 87, 4. adn. I 130, 2. — **πρὸς ἃ βούλεταί τε**, scil. διὰ τὴν εὔνοιαν, **καὶ ἐπίσταται**, scil. διὰ τὸ ξυνειδέναι. Inverso igitur ordine vocabula inter se referuntur. — **ὅ τε ἄπειρος ... διὰ φθόνον.** Si contrariorum aequabilitatem Th. sequi voluisset, aut hic ὅ τε ἄπειρος καὶ φθονερός aut antea ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς ... δι' εὔνοιαν scribere licebat. Ceterum hic quoque ad πλεονάζεσθαι cogitandum est πρὸς ἃ βούλεταί τε (διὰ φθόνον) καὶ ἐπίσταται (ἐνδεῶς δι' ἀπειρίαν). — **ἀκούοι** optat. falso Class. vult generalem esse vel, ut ipse dicit, iterationem significare (sic enim necesse esset in enuntiatione principali esse tempus praeteritum), cum nihil aliud sit quam legitima forma sententiae condicionalis cui in apodosi optat. cum ἂν (ἂν νομίσειε) respondeat. — **τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν**, aliquid quod suam naturam (vires ipsi innatas) superet. — **μέχρι γὰρ τοῦδε κ. τ. λ.** Similis sententia est Sal. Cat. 3, 2. Th. verba imitatus sententiam longe diversam expressit Luci. pro Imag. 2 μέχρι γὰρ τοῦδε οἱ ἔπαινοι ἀνεκτοί εἰσιν ἐς ὅσον ἂν ὁ ἐπαινούμενος γνωρίζῃ ἕκαστον τῶν λεγομένων προσὸν ἑαυτῷ. — **τῷ δ' ὑπερβάλλοντι αὐτῶν**, scil. τῶν ἐπαίνων, quod ex iis

www.libtool.com.cn

3 αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν. ἐπειδὴ
δὲ τοῖς πάλαι οὕτως ἐδοκιμάσθη ταῦτα καλῶς
ἔχειν, χρὴ καὶ ἐμὲ ἑπόμενον τῷ νόμῳ πειρᾶσθαι
ὑμῶν τῆς ἑκάστου βουλήσεώς τε καὶ δόξης τυχεῖν
ὡς ἐπὶ πλεῖστον.

1 36. Ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῶν προγόνων πρῶτον· δί-
καιον γὰρ αὐτοῖς καὶ πρέπον δὲ ἅμα ἐν τῷ τοιῷδε
τὴν τιμὴν ταύτην τῆς μνήμης δίδοσθαι. τὴν γὰρ
χώραν αἰεὶ οἱ αὐτοὶ οἰκοῦντες διαδοχῇ τῶν ἐπι-
γιγνομένων μέχρι τοῦδε ἐλευθέραν δι' ἀρετὴν παρ-
2 έδοσαν. καὶ ἐκεῖνοί τε ἄξιοι ἐπαίνου καὶ ἔτι μᾶλλον

Cap. 35. § 2. **αὐτὸν** pro **αὐτῶν** It. Vat. Laur. M. m. Cass. Vind. Gr. Ar. Chr. Mosque B. C. corr. Aug., quod ad **ἕκαστον** referens probavit Abresch. Sed eo posito plurales **φθονοῦντες** . . . **ἀπιστοῦσιν** sequi non poterant, cum ad illud **ἕκαστος** in eadem enuntiatione pluralis praedicati et singularis obiecti reflexivi non recte referretur. De genet. cf. adn.

(laudibus) hunc modum (verbis **ἐς ὅσον . . . ἤκουσεν** significatum) exsuperat (*darüber hinausgeht*). Liberius imitatus est hunc locum Cass. Dio LVI 35, 5 **οὐ . . . δέδοικα μὴ . . . αὐτοὶ τῷ ὑπερβάλλοντι ὑμᾶς τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ φθονήσητε.** — **ἤδη**, continuo. Cf. adn. VI 11, 5.

§ 3. **ἐδοκιμάσθη**, existimatum, approbatum est. Cf. III 38, 5. Xen. Oec. 6, 8. Ios. A. I. VIII 14, 3 **δοκιμάσας ταῦτα εἰρῆσθαι καλῶς** et id. XII 2, 2. De dat. **τοῖς πάλαι** cf. Krueg. Gr. § 48, 15 adn. 3. — **τῆς ἑκάστου . . . τυχεῖν**, unius cuiusque vestrum voluntatem et opinionem assequi, i. e. iis satisfacere. Cf. Dio Cass. XLIV 36, 3 **χαλεπόν ἐστι τῆς διανοίας ὑμῶν τυχεῖν** ibidemque § 6 **σπουδάσω δ' οὖν ἐπὶ μακρότατον τὰς βουλήσεις ὑμῶν ἀποπληρῶσαι.** Animadvertendum praeterea **βουλήσεώς τε καὶ δόξης** respicere ad § 2 **ἃ βούλεταί τε καὶ ἐπίσταται.**

Cap. 36. § 1. **Ἄρξομαι . . . πρῶτον.** Ne hanc redundantiam esse putes (initium enim orationis plura continere potest), cf. 47, 3 (nisi ibi **πρῶτον** est *zum ersten Male*), 48, 1. 53, 1. 68, 2. Xen. Cyr. I 5, 6 et adn. VI 46, 2. — **δίκαιον . . . καὶ πρέπον.** Cf. I 144, 2 extr. — **καὶ . . . δέ.** Cf. adn. I 132, 4. — **ἐν τῷ τοιῷδε**, in tali negotio quale antea (35, 1) commemoratum est. Cf. III 42, 4. IV 56, 1. V 88. Stallb. ad Plat. Menex. 238 b. — **τὴν . . . οἱ αὐτοὶ οἰκοῦντες.** Cf. I 2, 5 et ibi adn. Cum de **προγόνοις** res enuntietur, **οἱ αὐτοὶ** secundum Krueg. Gr. § 57, 3 adn. 5 accipiendum est. — **διαδοχῇ τῶν ἐπιγιγνομένων**, successione posterorum, succedentibus posteris. Dativus est causae. His verbis **οἱ αὐτοὶ οἰκοῦντες** ita definitur ut non eosdem homines, sed eadem hominum genera dici significetur. — **μέχρι τοῦδε** in medio collocatum et ad **οἰκοῦντες** et ad **παρέδοσαν** refertur. — **παρέδοσαν** sine dat. ut IV 135, 1.

www.libtool.com.cn



οἱ πατέρες ἡμῶν. κτησάμενοι γὰρ πρὸς οἷς ἐδέξαντο ὅσην ἔχομεν ἀρχὴν οὐκ ἀπόνως ἡμῖν τοῖς
νῦν προσκατέλιπον. τὰ δὲ πλείω αὐτῆς αὐτοὶ 3
ἡμεῖς οἵδε οἱ νῦν ἔτι ὄντες μάλιστα ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ ἐπηυξήσαμεν, καὶ τὴν πόλιν τοῖς πᾶσι παρεσκευάσαμεν καὶ ἐς πόλεμον καὶ ἐς εἰρήνην αὐταρκεστάτην. ὧν ἐγὼ τὰ μὲν κατὰ πολέμους 4
ἔργα οἷς ἕκαστα ἐκτήθη, ἢ εἴ τι αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες ἡμῶν βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πολέμιον ἐπιόντα

Cap. **36.** § 4. *πόλεμον* codd. Cf. adn.

§ 2. *πρὸς οἷς ἐδέξαντο.* Significatur Attica. — *οὐκ ἀπόνως* perinde atque *ὅσην ἔχομεν ἀρχήν* et ad *κτησάμενοι* et ad *προσκατέλιπον* pertinet. Cf. § 1 *μέχρι τοῦδε.*

§ 3. *τὰ δὲ πλείω ... ἐπηυξήσαμεν.* Haec ne cum iis quae de patribus modo dicta sunt, *κτησάμενοι ... ὅσην ἔχομεν ἀρχήν*, pugnent, non de externa amplificatione imperii, sed de robore civitatis bonis institutis et maioribus tributis aucto et de potentia quae iam comparata esset sociis qui descivissent devictis corroborata accipienda sunt. Itaque vertere non licet maximam eius partem nos amplificavimus, sed secundum adn. IV 30, 4 interpretandum est reliqua quae praeter imperium sunt, *das Weitere außer der Herrschaft.* — *ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ*, constanti aetate (quae media dicitur Cic. de Senect. 20, 76), composita aetate (Tac. Ann. VI 46). Cum his autem arte cohaerent *οἱ ... ὄντες*, quae male impugnat Cobet. Var. lect. p. 298. Cf. Dem. XIX 276 *ἐφ' ὑμῶν τουτωνὶ τῶν ἔτι ζώντων ἀνθρώπων*, Cass. Dio. XXXVIII 38, 3. Herbst. adv. Cob. p. 57 sq. — *καὶ τὴν πόλιν κ.τ.λ.* Cf. adn. I 33, 2. — *τοῖς πᾶσι παρεσκευάσαμεν...αὐταρκεστάτην.* Cf. adn. 11, 6. *Αὐταρκεστάτην* dictum est pro plenioribus *εἶναι αὐταρκεστάτην*, quod eo minus mirum est cum *παρασκευάζειν* etiam efficiendi vim habeat. Cf. etiam adn. I 142, 3 et Krueg. Gr. § 57, 4 adn. 2.

§ 4. *ὧν*, i. e. *αὐτῶν ἡμῶν τῶνδε καὶ τῶν πατέρων.* — *τὰ κατὰ πολέμους ἔργα ... ἐάσω.* Tantum abest igitur ut, quemadmodum reliquarum laudationum funebrium auctores, de Thracibus et Amazonibus devictis, Heraclidis servatis, Argivorum corporibus ad sepulturam recuperatis dicat, ut ne de Medis quidem fugatis veteres cantilenas (I 73, 2) repetat. Cf. Hermog. III p. 429 et ad eum Greg. Cor. VII p. 1296. Haec *ἔργα* ita dividuntur ut prius commemorentur quae bellum inferentes acquisiverint, deinde quae bellum defendentes gesserint. — *ἐκτήθη*, scil. *ὑπὸ τῶν πατέρων ἡμῶν.* — *ἢ εἴ τι* inaequabiliter pro *ἢ οἷς*. Cf. IV 128, 4. — *βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πολέμιον ἐπιόντα ... ἠμυνάμεθα.* Quoniam et dura atque inusitata esset formula *πόλεμον ἐπιόντα ἀμύνεσθαι*, frequens autem *τὸν ἐπιόντα πολέμιον ἀμύνεσθαι*, et *Ἕλληνα* insolens pro legitimo *Ἑλληνικόν*, nonnulli *πολέμιον* legendum putaverunt. Sane quanquam *ἐπιόντα πόλεμον* Abresch. ex Appian. Civ. V 141, ut *ἐπι-*

www.libtool.com.cn

προθύμως ἠμυνάμεθα, μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος, ἐάσω· ἀπὸ δὲ οἵας τε ἐπιτηδεύσεως ἤλθομεν ἐπ' αὐτὰ καὶ μεθ' οἵας πολιτείας καὶ

§. 4. ἦλθον It. Vat. Aug. M. Cass. Cl. Ven. T. H. idemque traditum est apud Dion. Hal. p. 299. Cf. adn.

μεθ' οἵας πολιτείας καὶ om. apud Dion. Hal. librariorum errore, ut πολιτείας mentio 37, 1 facta ostendit. Cf. praeterea adn.

όντα ὄλεθρον et ἐπιὸν κακόν e Paus., protulit aliique complura similia, velut προσιὼν κίνδυνος Lys. II 35, appropinquans terror Liv. XLIV 6, 6, alia quibus bellum et similes res in personas constituuntur contulerunt, ex quibus ad ἀμύνεσθαι πόλεμον simul tuendum aptissima sunt haec: Dion. H. Ant. VIII 22 ἐπιόντα φόβον ἀποστρέψαι, Plut. Cam. 23 πόλεμον ... ἀπώσασθαι. Liban. 724 c πόλεμον ἐπιόντα ἀποκρούσασθαι, Onos. 127 τὸ ἐπιὸν κακὸν ἀμύνεσθαι (cf. etiam Held. ad Plut. Aem. Paul. 16 et de πολέμου προσωποποιίᾳ I 122, 1. III 82, 2. VI 41, 3), tamen fatendum est, licet Ἑλλάς, Ἰάς, similia apud substantiva feminini generis etiam in soluta oratione Atticorum non ita raro adiective legantur (cf. adn. I 131, 1), vocis Ἕλλην apud substantiva masculini generis exempla non aliunde quam ex poëtis et recentioribus sophistis allata esse (cf. a Matth. Gr. § 429, 4 citatos, quibus adde Lob. Paral. I p. 267 sqq. Iacob. ad Luci. Tox. p. 120 sq. Bernh. Synt. p. 48), neque sublimitate huius orationis is usus hic videtur excusari posse. Cum igitur πόλεμον temere inculcatum esse, id quod coniecit Dobr., haud facile quisquam sibi persuadeat, nunc πολέμιον rescripsimus, eo videlicet sensu ut Ἕλληνα πολέμιον ἐπιόντα idem sit atque Ἕλληνα ὃς πολέμιος ἐπῄει, quo eodem modo accipi potest τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι 41, 3, ubi cf. adn. Cf. Aesch. Pers. 243 πολεμίους ἐπήλυδας, Plat. Crit. 53 b πολέμιος ἥξεις. — μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος. Similia leguntur 43, 1. IV 59, 2. VI 77, 1. Cf. Schneidew. ad Soph. OC. 1539 et de ἐν adn. III 57, 3. — ἀπὸ ... μεθ' ... ἐξ. Attende praepositionum vicissitudinem et de ἀπό cf. 41, 2. — ἐπιτηδεύσεως omnem vivendi rationem significat, quae efficit et moderatur singula ἐπιτηδεύματα (37, 2). — ἤλθομεν ἐπ' αὐτά. Quanquam a patribus imperium acquisitum est (ἐλθεῖν ἐπ' αὐτά idem enim est atque ἀρχὴν κτήσασθαι § 2), tamen hoc loco, cum antea in verbis ἢ εἴ τι αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες ἡμῶν ... ἠμυνάμεθα de ipsis et patribus coniunctim sermo sit, molestius esset ἦλθον (cf. sd.) rursus ad patres relatum, praesertim cum etiam in tota quae inde a c. 37—41 sequitur explicatione prima pers. plur. ad utrosque referatur. Quae ratio cum ipsis et patribus antea nominatim commemoratis tanquam praeparetur, importuna intercederet tertia pers. plur., quippe quae impediret quominus haec commemoratio ad sequentia pertineret. De neutro αὐτά cf. adn. I 144, 4. — μεθ' οἵας πολιτείας καὶ τρόπων ἐξ οἵων. De diversa postremorum collocatione cf. adn. I 3, 3. Nomine πολιτεία significantur civitatis instituta ad vitam publicam et privatam pertinentia, de quibus c. 37—39 exponitur, τρόποι autem sunt ipsorum Atheniensium mores et indoles, de quibus c. 40 potissimum agitur. Ἐπιτήδευσιν autem et πολιτείαν et τρόπους complecti eo apparet quod in ea

www.libtool.com.cn

τρόπων ἐξ οἵων μεγάλα ἐγένετο, ταῦτα δηλώσας πρῶτον εἶμι καὶ ἐπὶ τὸν τῶνδε ἔπαινον, νομίζων ἐπί τε τῷ παρόντι οὐκ ἂν ἀπρεπῆ λεχθῆναι αὐτὰ καὶ τὸν πάντα ὅμιλον καὶ ἀστῶν καὶ ξένων ξύμφορον εἶναι αὐτῶν ἐπακοῦσαι.

37. Χρώμεθα γὰρ πολιτείᾳ οὐ ζηλούσῃ τοὺς 1
τῶν πέλας νόμους, παράδειγμα δὲ μᾶλλον αὐτοὶ ὄντες τινὶ ἢ μιμούμενοι ἑτέρους. καὶ ὄνομα μὲν διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους, ἀλλ' ἐς πλείονας οἰκεῖν

Cap. 37. § 1. ἥκειν pro οἰκεῖν Ar. Chr. Dan. marg. Bas. superscr. in Lugd. itemque ἡ super οἱ scr. sec. Laur. et m. Cf. adn. et sd. VIII 89, 2.

quae sequitur explicatione (c. 37—41) inter artes quibus imperium comparatum et quibus amplificatum sit non discernitur. — μεγάλα ἐγένετο = ἐπηυξήθη (§ 3). — ἀπρεπῆ eodem modo accipiendum est atque μεγάλων 62, 3 et ὑποσπόνδους I 63, 3, ubi cf. adn. — τὸν πάντα ὅμιλον est accusativus subiecti qui dicitur infinitivi ἐπακοῦσαι pendentis a ξύμφορον εἶναι. — ἐπακοῦσαι, attente audire.

Cap. 37. In ea quae sequitur orationis parte primo loco Atheniensium civitatis instituta ita describuntur ut primum civitatis forma et vitae publicae et privatae libertas cum legum oboedientia coniuncta (c. 37), tum publicae et privatae animi relaxationes atque omnia quibus ibi frui liceat bona (c. 38), postremum rei militaris studia, quae palam ac libere exerceantur (c. 39), laudentur; deinde ipsorum Atheniensium mores atque indoles denotantur (c. 40); denique superiores laudes summatim comprehenduntur easque veras esse rerum eventu demonstratur (c. 41).

§ 1. ζηλούσῃ ... νόμους, aemulante aliorum leges vel instituta. — παράδειγμα ... ἑτέρους. Proprie scriptor aut παραδείγματι δὲ οὔσῃ μᾶλλον ἢ μιμουμένῃ ἑτέρους pergere aut antea οὐ ζηλοῦντες scribere debebat; sed haec inter se miscuit. Ceterum μᾶλλον est potius. — ὄνομα est accusativus. Cf. Matth. Gr. § 420 adn. 2 b. Krueg. Gr. § 52, 4 adn. 6. — διὰ τὸ ... οἰκεῖν, scil. τὴν πολιτείαν, quod non ad paucos, sed ad plures redacta administratur. De οἰκεῖν cf. Soph. OC. 1535. Plat. Charm. 162 a. de Rep. 423 a. Legg. 702 a. Xen. Cyr. VIII 1, 2, praecipue autem, ubi de ipsa πολιτείᾳ dictum est, Plat. de Rep. 547 c, de ἐς ὀλίγους cf. V 81, 2 τὰ ἐν Σικυῶνι ἐς ὀλίγους μᾶλλον κατέστησαν, VIII 53, 3 εἰ μὴ ... ἐς ὀλίγους μᾶλλον τὰς ἀρχὰς ποιήσομεν, VIII 89, 2 τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν quaeque huic loco simillima sunt VIII 38, 3 τῆς ἄλλης πόλεως κατ' ἀνάγκην ἐς ὀλίγους κατεχομένης, quibus locis omnibus imperium vel rempublicam ad paucos redactam esse aut redegisse significatur. Itaque hic quoque ἡ πολιτεία οἰκεῖ ἐς ὀλίγους pro plenioribus ἡ πολιτεία οὕτως οἰκεῖ ὥστε ὀλίγους εἶναι τοὺς διοικοῦντας αὐτήν posita videntur, praesertim cum illa verba ἐς ὀλίγους κατέχεσθαι non multum ab his ἐς ὀλίγους οἰκεῖν differant. Qui autem ideo scripturam plurimorum et opti-

www.libtool.com.cn

δημοκρατία κέκληται· μέτεστι δὲ κατὰ μὲν τοὺς νόμους πρὸς τὰ ἴδια διάφορα πᾶσι τὸ ἴσον, κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν, ὡς ἕκαστος ἔν τῳ εὐδοκιμεῖ, οὐκ ἀπὸ μέρους τὸ πλεῖον ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπὸ ἀρετῆς

morum codd. fide confirmatam posthabendam esse putant quod ipsa locutio ἐς ὀλίγους οἰκεῖν alibi non inveniatur, iis respondendum est convenienter dici non πολιτείαν ἐς ὀλίγους ἥκειν, sed πόλιν ἐς ὀλίγους ἥκειν neque illud locis qui simillimi videntur esse, VIII 89. 2. Aristot. Pol. II 9 (cf. adn. VIII 89, 2). Aristoph. Plut. 919, comprobari. Certe τὴν πολιτείαν ἐς ὀλίγους ἥκειν non minus unicum esset quam ἐς ὀλίγους οἰκεῖν. — ἀλλ' ἐς πλείονας nimia castigandi cupiditate abreptus del. Herw., id ipsum eximens unde denominata est democratia. — ὄνομα . . . δημοκρατία κέκληται] ἐπειδὴ φαῦλον δοκεῖ ἡ δημοκρατία καὶ ὁρᾷ τοὺς Λάκωνας σεμνυνομένους (ut IV 126, 2) ἐπὶ τῇ ἀριστοκρατίᾳ, ἐπάγει λέγων ὅτι τῷ μὲν ὀνόματι δημοκρατία, τῷ δὲ ἔργῳ ἀριστοκρατία ἐστὶν ἡμῶν ἡ πολιτεία. Schol. Hoc enim ut liquido dicitur a Plat. in Menex. 238 c—239, ita hic latet in iis quae sequuntur, ubi qualis Atheniensibus vindicetur ἀριστοκρατία audiemus. A Thuc. ipso 65, 9 λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχὴ Periclis aetate appellatur. Ceterum ad κέκληται videtur simul audiendum ἡ πολιτεία, non τῇ πολιτείᾳ. Cf. adn. I 122, 4. — πρὸς τὰ ἴδια διάφορα, quod ad privatas rationes attinet (*in Bezug auf ihre Privatinteressen*). Opponuntur enim infra τὰ κοινά. Cf. adn. I 68, 2 et de πρός adn. III 43, 4. 54, 1. — τὸ ἴσον. Plato in Menex. 239 a hanc dicit ἰσονομίαν, Cicero de Or. II 52, 209 iuris aequabilitatem.

Cf. Schoem. Antiqu. iur. publ. p. 95. De nominat. vid. Matth. Gr. § 325 adn. 1. Krueg. Gr. § 47, 15 adn. 1. Cf. V 47, 7. — κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν, quod autem ad aestimationem attinet. Contraria sunt haec superioribus κατὰ μὲν τοὺς νόμους, et sententiae sic cohaerent: sed quanquam, quod ad leges attinet, omnes . . . aequalitate (aequo iure) fruuntur (et ea de causa respublica nostra δημοκρατία vocari potest), tamen quod ad aestimationem cet. — ὡς ἕκαστος ἔν τῳ εὐδοκιμεῖ, prout (cf. adn. III 45, 4. IV 18, 4) quisque in aliqua re bonam existimationem habet. Cf. Plat. Menex. 238 d τὰς ἀρχὰς καὶ τὸ κράτος δίδωσι (populus) τοῖς ἀεὶ δόξασιν ἀρίστοις εἶναι, καὶ οὔτε ἀσθενείᾳ οὔτε πενίᾳ οὔτ' ἀγνωσίᾳ πατέρων ἀπελήλαται οὐδεὶς οὐδὲ τοῖς ἐναντίοις τετίμηται. Haec verissima et generosissima ἀριστοκρατία diligenter distinguenda est ab ὀλιγαρχίᾳ (cf. Herm. Ant. I § 58 et qui ibi in adn. 1 citantur) neque differt a πολιτείᾳ, in qua κατ' ἀξίαν imperatur (cf. Herm. l. l. § 66, 10). — οὐκ ἀπὸ μέρους . . . προτιμᾶται. non tam secundum (cf. adn. I 10, 2. III 38, 4) ordinem cuius est (*nach Maſsgabe seines Standes*) quam secundum virtutem ad res publicas administrandas potior habetur. Schol. τοῦτο λέγει διὰ τοὺς Ἡρακλείδας βασιλεῖς τῶν Λακώνων, οἵτινες ἀπὸ μέρους ἦρχον διὰ μόνην τὴν εὐγένειαν, κἂν μὴ εἶχον ἀρετήν. Sed latius videntur verba spectare et ad omnes homoeos

www.libtool.com.cn


προτιμᾶται, οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος ἀφανείᾳ κεκώλυται. ἐλευθέρως δὲ τά τε πρὸς τὸ κοινὸν 2
πολιτεύομεν καὶ ἐς τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων ὑποψίαν, οὐ δι' ὀργῆς τὸν πέλας, εἰ καθ' ἡδονήν τι δρᾷ, ἔχοντες, οὐδὲ ἀζημίους μέν, λυπηρὰς δὲ τῇ ὄψει ἀχθηδόνας προσ-

respicere, penes quos tum Lacedaemoniorum reipublicae administratio erat. Cf. adn. V 15, 1. *Μέρη*, i. e. *Bürgerklassen*, singuli civium ordines qui suam quisque reipublicae partem habent vocantur et ab ipso Th. VI 39, 1 et ab Aristot. Polit. II 9 (p. 1270b 22), ubi de ipsorum Spartanorum ordinibus sermo est. Eadem hic *μόρια* dicit l. l. VIII (V) 8 (p. 1308b). 11 (p. 1315a). Aliam hanc interpretationem excogitavit Class.: adiutus a parte quadam seu factione, quod Thucydidem *ἀπὸ στάσεως* dicturum fuisse credimus. Ex nostra interpretatione Th. verba optime concinunt cum Plut. Menex. sententia supra allata. Temere Herw. *ἀπὸ γένους* scripsit, cui insolitum illud *ἀπὸ μέρους* substitutum esse minime est probabile. — *ἔχων δέ*. *Δέ* dictum est, quia superiora *οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν* idem declarant atque *οὐδ' αὖ πένης μὲν ὤν*. *Γέ* tamen coniecit Reisk., inutiliter et contra vim huius particulae. — *ἀξιώματος ἀφανείᾳ*, propter dignitatis obscuritatem, qualis eorum fuit qui inter Spartanos non ex homoeis erant et *ὑπομείονες* dicebantur. Cf. Herm. Antiqu. I § 48, 9. — *κεκώλυται*, scil. *ἀγαθόν τι δρᾶσαι τὴν πόλιν*.

§ 2. *ἐλευθέρως*. Cf. 65, 8. — *πολιτεύομεν*, in civitate vivimus, cum sit intransitivum, accus. *τὰ πρὸς τὸ κοινόν* secundum Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 4 interpretandus est. Eodem modo accipiendum est 65, 7. — *καὶ ἐς τὴν . . . ὑποψίαν*, et quod attinet ad mutuam cotidianorum studiorum ac negotiorum suspicionem. Nam *ἐπιτηδεύματα* ea sunt quae *ἐπιτηδεύσει* (36, 4) fiunt atque aguntur. Frustra Reiffersch. Coniect. in Th. p. 6 sq. *ἀνυποψίαν* coniecit. Nam integram esse codd. scripturam similitudo verborum VII 69, 2 *οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν τινι ἀρχαιολογεῖν φυλαξάμενοι* ostendit. Ut enim ibi cautio non ad id attinet quod cavendo efficitur, sed ad id quod cavendo prohibetur, sic hic quoque publica libertas non ad id attinet quod ea efficitur, sed ad id quod ea prohibetur. Sententia autem universa illustratur iis quae III 37, 2 leguntur, ubi Cleon Atheniensium *τὸ καθ' ἡμέραν ἀδεὲς καὶ ἀνεπιβούλευτον πρὸς ἀλλήλους* commemorat. Cf. VII 69, 2. Atque utitur hoc loco Grotius Hist. VI p. 199 sq. (interpr. III p. 428) ad demonstrandum etiam singulorum hominum libertatem diligenter ab Atheniensibus servatam esse. Eos tamen sensus quos hic orator praedicat non semper Athenis viguisse intellegemus ex iis quae de Alcibiadis victu Athenienses sensisse VI 15. 28 legimus. — — *εἰ καθ' ἡδονήν τι δρᾷ*, si genio suo indulget. Cf. 53, 1. — *οὐδὲ . . . προστιθέμενοι*, neque innocentes quidem, sed tristes (cf. 38, 1) visu aerumnas nobis iniungentes sive imponentes, scil. legum praeceptis, ut recte interpretatur Krueg. Cf. I 78, 1 ibi-

www.libtool.com.cn

3 *τιθέμενοι· ἀνεπαχθῶς δὲ τὰ ἴδια προσομιλοῦντες τὰ δημόσια διὰ δέος μάλιστα οὐ παρανομοῦμεν, τῶν τε αἰεὶ ἐν ἀρχῇ ὄντων ἀκροάσει καὶ τῶν νόμων, καὶ μάλιστα αὐτῶν ὅσοι τε ἐπ' ὠφελίᾳ τῶν ἀδικουμένων κεῖνται καὶ ὅσοι ἄγραφοι ὄντες αἰσχύνην ὁμολογουμένην φέρουσιν.*

que adn. Parum considerate tanquam similia afferens Herod. VI 21. Soph. OR. 1460. Plat. Prot. 346 b, ubi **προστίθεσθαι** sibi imponere, iniungere, contrahere valet, Class. **προστιθέμενοι** hoc loco significare putat vultu exprimentes, prae se ferentes, quod est **προτιθέμενοι** (cf. III 64, 4. VIII 85, 3 ibique adn.), ut auctore Badhamo scripsit Herw. Sed cum, ut **πολιτεύομεν** ostendit, de publicis institutis sermo sit, multo aptius est **προστιθέμενοι**. **Ἀχθηδόνες** hic contumeliae dicuntur (cf. adn. IV 40, 2) castigandi causa impositae quae, quanquam noxam non afferunt, tamen animum acerbo dolore afficiunt, quales apud Lacedaemonios fuerunt animadversiones *ἀταξίας* (Xen. Hist. Gr. III 1, 9) et *ἀγαμίου* (Plut. Lyc. 15) et fortasse etiam **ὀψιγαμίου** et **κακογαμίου** (Plut. Lys. 30) aliorumque quae contra civitatis instituta esse videbantur. Tales *προπηλακισμούς* Plat. Legg. 855 c, quem locum allegavit Krueg., commemorat **ἀμόρφους ἕδρας ἢ στάσεις**.

§ 3. **ἀνεπαχθῶς**, non importune. — **τὰ ἴδια προσομιλοῦντες**, in rebus privatis alius erga alium nos gerentes. Inter se referuntur **τὰ ἴδια** et quae praecesserunt **ἐς τὴν ... ὑποψίαν**. Cf. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 4 et de re Aristid. I p. 195. — **τὰ δημόσια ... οὐ παρανομοῦμεν**, in publicis rebus propter reverentiam (*sittliche Scheu* Krueg., qui comparat nota verba **ἔνθα δέος, ἐνταῦθα καὶ αἰδώς**) non violamus leges. De re cf. Herm. Antiqu. I § 113 et III § 34, 3. *Τὰ δημόσια* = **τὰ πρὸς τὸ κοινόν** § 2. Sententiarum cohaerentiam si spectamus **ἀνεπαχθῶς δὲ** (**δέ** = *sondern*) **τὰ ἴδια προσομιλοῦντες** oppositum est verbis **οὐ δι' ὀργῆς ... προστιθέμενοι, τὰ δημόσια ... φέρουσιν** autem ita referuntur ad **ἐλευθέρως τὰ πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύομεν** ut eorum sententiam fusius explicent. Nam publica illa libertas in eo apparet quod legibus parent non coacti earum severitate, sed sponte propter insitam earum reverentiam. Ipsorum igitur natura ducuntur ad legum oboedientiam, non externa necessitate. Ceterum de **δέος** vocis vi cf. Plat. Euthyphr. 126 b. c et de tota sententia Soph. Ai. 1074. — **ἀκροάσει**, oboedientia, eaque voluntaria et libera. Nam **ἀκρόασις** et **ἀκροᾶσθαι** de iis dicitur quae cupide et libentur audimus (cf. I 21, 1. 22, 4. III 43, 2. II 21, 3). In oboediendi vim etiam **ἀκροᾶσθαι** transiit III 27, 3. 37. 2. IV 106, 2. VI 10, 5. 17, 4. Genetivi sunt obiectivi qui dicuntur. Cf. Krueg. Gr. § 47, 25 adn. 1. Pro **ἀκροάσει** dicere licebat **ἀκροώμενοι**. Tum **αὐτῶν** pendet ex **ὅσοι**. — **ἐπ' ὠφελίᾳ ... κεῖνται** (= **τέθεινται**). Cf. Plut. Sol. 18. — **ὅσοι ἄγραφοι ... αἰσχύνην ... φέρουσι**, quae (leges), licet scriptae non sint, tamen ignominiam confessam (seu de qua constat inter omnes) afferunt. Facilius est **τοῖς παρανομοῦσι** subaudire quam **αἰσχύνην** pudorem in-

www.libtool.com.cn

38. Καὶ μὴν καὶ τῶν πόνων πλείστας ἀναπαύλας τῇ γνώμῃ ἐπορισάμεθα, ἀγῶσι μέν γε καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ κατασκευαῖς εὐπρεπέσιν, ὧν καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις τὸ λυπηρὸν ἐκπλήσσει. 1
ἐπεσέρχεται δὲ διὰ μέγεθος τῆς πόλεως ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα, καὶ ξυμβαίνει ἡμῖν μηδὲν οἰκειοτέρᾳ τῇ ἀπολαύσει τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ γιγνόμενα καρποῦσθαι ἢ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. 2

39. Διαφέρομεν δὲ κἂν ταῖς τῶν πολεμικῶν 1

Cap. 39. § 1. καὶ pro κἂν codd. Cf. adn.

tellegere, ad quam interpretationem ὁμολογουμένην parum convenit. Certe αἰσχύνην φέρειν non esse, quod Heilm. voluit, reverentiam seu observantiam efficere ex usu huius formulae (cf. Soph. Trach. 66. Plat. Menex. 274 a. Conv. 184 e. Legg. 671 e) apparet. De ἀγράφοις νόμοις vide Socratem disputantem apud Xen. Memor. IV 4, 19. Cf. Cic. pro Mil. 4, 10. Herm. Antiqu. I § 5, 12 et § 51, 10.

Cap. 38. § 1. ἀναπαύλας, remissiones. De plurali cf. adn. 49, 2. Paulo aliter legitur 75, 3. — τῇ γνώμῃ, animo. Cf. 51, 4. — ἀγῶσι μέν γε ... νομίζοντες. De dativis vid. adn. I 77, 6 et Schweigh. ad Herodot. IV 63, de γὲ cum partic. νομίζοντες iungendo adn. IV 65, 4. Frustra τε auctore Badhamo Herw. — θυσίαις διετησίοις. „Θυσίαι h. l. non sunt sacrificia; sed festa, feriae in quibus fierent sacrificia; vocat enim ἀναπαύλας." Bau. Διετήσιος autem dubitatur utrum sit perennis, toto anno, an anniversarius. Hoc placuit quidem grammatico Bekkeriano (Anecd. p. 35 διετησίως ἀντὶ τοῦ δι' ἔτους, οἷον καθ' ἕκαστον ἔτος — Θουκυδίδης) et Aristidi I p. 185. Illud tamen, quod schol. et, ut videtur, Pollux I 57 (διετήσιος ἑορτὴ ἡ διὰ παντὸς τοῦ ἔτους) amplexi sunt, praeferendum videtur; anniversarii enim dies festi et ludi in omnibus civitatibus erant, Athenis autem tanta eorum multitudo ut quovis mense et per totum quasi annum dies festos agerent, qua de re cf. Pseudo-Plat. Alc. II 148 e. Pseudo-Xen. de Rep. Ath. 3, 2. 8. „Ita Herodianus II 7, 15 incolas Antiochiae describit σχεδὸν παρὰ πάντα τὸν ἐνιαυτὸν ἑορτάζοντας." Bloomf. — κατασκευαῖς. Cf. adn. I 10, 2. — καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις. Cf. adn. I 82, 3. 137, 4. — τὸ λυπηρόν, tristitiam. — ἐκπλήσσει, excutit, ut 87, 4.

§ 2. ἐπεσέρχεται. De mercibus quae importantur dictum est, ut ἐσπλεῖν, de quo vid. adn. III 51, 2. — ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα. Cf. Isocr. IV 11. Pseudo-Xen. l. l. 2, 11 sqq. Ceterum attende hyperbolen oratoriam et cf. 43, 3 et Aristid. Encom. Rom. p. 200, 10 sqq. — τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ γιγνόμενα, bona quae hic (i. e. in Attica) proveniunt. De αὐτοῦ cf. VI 34, 1 et de collocatione verborum adn. I 90, 1. — ἢ καί. Cf. Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 13.

Cap. 39. § 1. κἂν ταῖς ...

www.libtool.com.cn

μελέταις τῶν ἐναντίων τοῖσδε. τήν τε γὰρ πόλιν κοινὴν παρέχομεν, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε ξενηλασίαις ἀπείργομέν τινα ἢ μαθήματος ἢ θεάματος ὃ μὴ κρυφθὲν ἄν τις τῶν πολεμίων ἰδὼν ὠφεληθείη, πιστεύοντες οὐ ταῖς παρασκευαῖς τὸ πλέον καὶ ἀπάταις ἢ τῷ ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐς τὰ ἔργα εὐψύχῳ· καὶ ἐν ταῖς παιδείαις οἱ μὲν ἐπιπόνῳ ἀσκήσει εὐθὺς νέοι ὄντες τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται, ἡμεῖς δὲ ἀνειμένως διαιτώμενοι οὐδὲν ἧσσον
2 ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν. τεκμή-

τοῖσδε. Κἂν pro καί legendum esse recte existimat Krueg.; nam dativis ταῖς . . . μελέταις proprie ea res in qua, dativo τοῖσδε eae quibus prae adversariis excellant significari videntur. Neque enim ipsis studiis bellicis, quippe quae utrorumque communia sint, differunt, sed diversa qua in iis versantur ratione. Cf. Plat. de Rep. 568 a Εὐριπίδης διαφέρων ἐν αὐτῇ (τῇ τραγῳδίᾳ). De proximo γάρ cf. adn. I 2, 6. — ξενηλασίαις ἀπείργομεν] ὥσπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι. Schol. Cf. I 144, 2 et ibi adn. — μὴ κρυφθέν, i. e. εἰ μὴ κρυφθείη. Haec Plut. in Lyc. 27 improbat, contra dicens hanc ξενηλασίαν ideo esse factam ne peregrini pravi aliquid inferant. Verum tamen Lacedaemoniorum τῆς πολιτείας τὸ κρυπτόν etiam V 68, 2 commemoratur. — ἄν refer ad optat. ὠφεληθείη. — καὶ ἀπάταις] καὶ ταῦτα πρὸς Λακεδαιμονίους αἰνίττεται. Schol. Fraudes bellicae enim a Lacedamoniis maximi aestimabantur. Cf. V 9, 5. — τῷ ἀφ' ἡμῶν . . . εὐψύχῳ. Cf. adn. I 37, 1. — ἐν ταῖς παιδείαις praepositum disiunctioni οἱ μὲν — ἡμεῖς δέ ad utrosque refertur. — οἱ μὲν . . . εὐθὺς νέοι ὄντες] „καὶ ταῦτα πρὸς Λακεδαιμονίους. ἐκεῖνοι γὰρ ἀπὸ μικρᾶς ἡλικίας εἰς τὰ πολέμια ἠυτρεπίζοντο· καὶ εὐθὺς ὡς ἐτίκτετο τὸ παιδίον, ἐν ἀσπίδι ἐτίθεσαν αὐτὸ καὶ δόρυ πλησίον καὶ ἐπεβόων ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τάν, τουτέστιν ἢ ταῦτα σῶσον ἢ μετ' αὐτῶν ἀναιρέθητι. οἱ δὲ αὐτοὶ οὕτως ἐπιπόνως ἤσκουν ὡς μηδὲ λουτρῶν ἀνέχεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῷ Εὐρώτᾳ ποταμῷ πρὸς τὸ λούσασθαι. ἀμέλει καὶ διαμαστιγώσεις ἐγίνοντο κατά τινα καιρόν, ἐν αἷς οἱ πλείονας (audi πληγάς, cf. Krueg. Gr. § 43, 3 adn. 3) ἐνεγκόντες ἀνδρειότεροι ἐνομίζοντο." Schol. Cf. Muell. Dor. II p. 299 sqq. — τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται, virtutem consectantur. Cf. adn. I 124, 1. — ἀνειμένως διαιτώμενοι. Cf. I 6, 3. — ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν, scil. ὥσπερ ἐκεῖνοι (cf. V 16, 3), paris momenti pericula atque illi subimus. Sic ἀγὼν ἰσοπαλής Dio Cass. XLIV 30, 5, item ἰσοπαλεῖς πόνοι et similia, de quibus vid. Steph. Thes. De hominibus IV 94, 1 ὄντες πλήθει ἰσοπαλεῖς (i. e. ἀντίπαλοι) τοῖς ἐναντίοις. Ne omisso articulo ἐπ' ἰσοπαλεῖς κινδύνους sic scribendum fuisse putetur, monemus ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κ. fere idem esse atque ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς κ. (cf. VI 78, 3) et similiter cum articulo dici III 63, 4 τὰς ὁμοίας χάριτας et V 89 ἀπὸ τῆς ἴσης ἀνάγκης. Itaque non assentimur iis qui ἰσοπαλεῖς transponendum esse putant (ἐπὶ

www.libtool.com.cn


ριον δέ· οὔτε γὰρ Λακεδαιμόνιοι καθ' ἑαυτούς, μετὰ πάντων δ' ἐς τὴν γῆν ἡμῶν στρατεύουσι, τήν τε τῶν πέλας αὐτοὶ ἐπελθόντες οὐ χαλεπῶς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ τοὺς περὶ τῶν οἰκείων ἀμυνομένους μαχόμενοι τὰ πλείω κρατοῦμεν, ἀθρόᾳ δὲ 3

§ 2. καθ' ἑκάστους codd., καθ' ἑαυτοὺς Valla vertens per se tantum. Cf. adn.

§ 3. ἀθρόᾳ τε codd. Cf. adn.

τοὺς κ. ἰσοπαλεῖς enim Usener in Mus. Rhen. XXV p. 386 coni., ἰσοπαλεῖς ἐπὶ τοὺς κ. Herw. scripsit), praesertim cum ita etiam sententiarum conexus dissolvatur. Nam hoc Pericles contendit, ex libera educatione Athenienses non minus fortes esse quam Lacedaemonios, quorum fortitudo (τὸ ἀνδρεῖον) laboriosis exercitationibus quibus instituantur efficiatur. Haec sententia eo declaratur quod non minora illi quam hi pericula adire, non eo quod eadem potestate vel fortuna pericula suscipere dicuntur. Hoc enim eorum potestatem vel fortunam ostenderet, non fortitudinem. Atque ad periculorum aequalitatem et fortitudinem inde conspicuam etiam insequens demonstratio spectat, qua exponitur Athenienses ipsos parte copiarum easdem res conari et meliore plerumque cum eventu gerere quam Lacedaemonios coniunctis omnium sociorum copiis.

§ 2. τεκμήριον δέ. Cf. adn. 15, 4. — καθ' ἑαυτούς. Codd. lectio καθ' ἑκάστους tolerari nequit. Nam huic, cum singulos significet, non μετὰ πάντων, sed ξύμπαντες contrarium est (cf. IV 64, 4. V 68, 2. VII 64, 2). Frustra enim Arn. ita hunc locum interpretatur quasi scriptum sit μεθ' ἑκάστων, neque ad hanc rationem confirmandam afferre licet 64, 3, ubi πρός τε ξύμπαντας καὶ καθ' ἑκάστους idem fere sit atque πρός τε ξύμπαντας καὶ πρὸς ἑκάστους. Nam ut grammatice ita haec verba interpretari liceat (cf. tamen adn.), tamen haec sententia 64, 3 eo efficitur quod πρός praecedit, cum hic μετά sequatur. Neque magis Class. interpretatio probatur, qui καθ' ἑκάστους separatim a ceteris significare putat, cuius significationis exempla neque ab eo allata sunt neque omnino inveniuntur. Tradita igitur scriptura ferri non potest, nisi nomen Λακεδαιμόνιοι deleveris, id quod, quoniam non aperte, sed tecte in hac tota oratione carpantur Lacedaemonii, suadet Saupp. Ep. crit. ad Herm. p. 121. Sed et audacius id est et illo vocabulo expuncto non μετὰ πάντων δέ, sed ἅπαντες s. ξύμπαντες δέ requiritur. De καθ' ἑαυτούς = per se soli cf. I 79, 1. III 39, 2. IV 38, 3. Isocr. XII 102. — μετὰ πάντων, scil. ξυμμάχων. Non omnes sociorum copiae his Lacedaemoniorum expeditionibus intererant, sed omnes sociorum civitates cum sua quaeque copiarum parte. Nam non πανδημεί socios profectos esse dictum est 10, 2. 47, 2. Quare V 109 eodem iure dicitur Lacedaemonios μετὰ ξυμμάχων πολλῶν τοῖς πέλας ἐπέρχεσθαι. — τήν τε κ. τ. λ. In hoc altero membro exspectamus ἡμεῖς τε τὴν τῶν πέλας κ. τ. λ.; sed ad contrarium efferendum sufficit ipsum αὐτοί sine pronom. person. Cf. adn. III 54, 2. — τοὺς περὶ τῶν οἰκείων ἀμυνομένους. Attende syntaxin Homericam inde ortam quod ἀμύνεσθαι transiit in vim verbi μάχεσθαι. De accus. cf. adn. I 108, 5.

§ 3. ἀθρόᾳ δὲ τῇ δ. nunc scripsimus et lenius ante id di-

www.libtool.com.cn

*τῇ δυνάμει ἡμῶν οὐδείς πω πολέμιος ἐνέτυχε διὰ τὴν τοῦ ναυτικοῦ τε ἅμα ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ἐν τῇ γῇ ἐπὶ πολλὰ ἡμῶν αὐτῶν ἐπίπεμψιν· ἢν δέ που μορίῳ τινὶ προσμείξωσιν, κρατήσαντές τέ τινας ἡμῶν πάντας αὐχοῦσιν ἀπεῶσθαι καὶ νικηθέντες ὑφ' ἁπάντων ἡσσῆσθαι.*
4 *καίτοι εἰ ῥᾳθυμίᾳ μᾶλλον ἢ πόνων μελέτῃ καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλομεν κινδυνεύειν, περιγίγνεται ἡμῖν τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι μὴ ἀτολμοτέρους τῶν αἰεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι.*

1 40. *Καὶ ἔν τε τούτοις τὴν πόλιν ἀξίαν* <*νομίζω*> *εἶναι θαυμάζεσθαι καὶ ἔτι ἐν ἄλλοις. φιλο-*

§ 4. *ἐθέλοιμεν* Vat. Aug. m. sec. M. et aliquot deteriores idemque in Dionys. Hal. p. 801 intulerunt librarii. Cf. Quaest. gram. p. 15 sq.

stinximus, ut sibi responderent *καθ' ἑαυτούς: αὐτοί, μετὰ πάντων δέ: ἀθρόᾳ δὲ τῇ δυνάμει.* — *διὰ τὴν . . . ἐπίπεμψιν*, quod in terra nostras ipsorum (non sociorum) copias in multa loca mittimus. Similiter *ἡμῶν αὐτῶν* III 54, 5. Cf. Krueg. Gr. § 51, 2. adn. 8. — *προσμείξωσι*, i. e. *ὁμόσε ἔλθωσιν, ἐς χεῖρας ἔλθωσι.* — *ἀπεῶσθαι* medium est, non passivum; gloriantur enim de eo quod ipsi effecerint. Cf. I 18, 2. 32, 5.

§ 4. *καίτοι* coniunctione insequens enuntiatum applicatur ad sententiam § 1 praegressam *ἡμεῖς δὲ ἀνειμένως διαιτώμενοι . . . χωροῦμεν*, non ad huius demonstrationem § 2 et 3 interpositam. Aliter enim *καίτοι*, quod falso interpretatur Class., vim suam retinere non potest. — *εἰ . . . ἐθέλομεν κινδυνεύειν*, cum (eo quod) . . . propensi sumus ad pericula subeunda, qua de vi *εἰ* coniunctionis cf. III 9, 2. 32, 2. 43, 5. 55, 3. VII 34, 7. 67, 1. — *ῥᾳθυμίᾳ*, animo securo; refertur enim ad superiora *ἀνειμένως διαιτώμενοι* § 1. — *πόνων μελέτῃ*, i. e. *ἐπιπόνῳ ἀσκήσει*, ut § 1. — *καὶ μὴ . . . ἀνδρείας*, et (cum) virtute non legibus magis quam moribus effecta. De *νόμων ἢ τρόπων* cf. Plat. de Rep. 541 a *ἐν τοῖς σφετέροις τρόποις καὶ νόμοις* et de genet. adn. I 84, 2. Herw. *ἀνδρείας* secludens notionem principalem sententiae eximit et de sublimitate orationis multum detrahit. — *περιγίγνεται ἡμῖν*, contingit nobis. Cf. adn. I 144, 3. — *τοῖς τε μέλλουσιν . . . μὴ προκάμνειν*, ut futuris aerumnis antequam accidant non laboremus. Sic Dio Cass. XLVII 42, 2 *τῷ μέλλοντι προκάμνοντες.* — *ἀτολμοτέρους.* Cf. adn. I 31, 2. — *φαίνεσθαι*, nos praestare. Cf. I 122, 3.

Cap. **40.** § 1. *Καὶ ἔν τε τούτοις . . . καὶ ἔτι ἐν ἄλλοις.* Verba *καὶ . . . τὴν πόλιν ἀξίαν εἶναι*, ut fieri solet, cum *περιγίγνεται* coneoti nequeunt. Patet enim verbis *φιλοκαλοῦμεν γὰρ κ. τ. λ.* describi quibus aliis

www.fbtool.com.cn

καλοῦμεν γὰρ μετ' εὐτελείας καὶ φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας· πλούτῳ τε ἔργου μᾶλλον καιρῷ ἢ λόγου κόμπῳ χρώμεθα, καὶ τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τινι αἰσχρόν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ αἴσχιον. ἔνι τε τοῖς αὐτοῖς οἰκείων ἅμα καὶ πο- 2

Cap. 40. § 1. ἐν καιρῷ deteriores aliquot.
§ 2. ἔν τε It. Vat. Pal. Aug. sec. M. Cass. Lugd. Sed ἔνι pro ἔνεστι etiam IV 109, 4 legitur.

virtutibus Athenienses admiratione digni sint. Sed quae in ea descriptione commemorantur virtutes, pulchri amor, litterarum studium, divitiarum iusta aestimatio, rerum cum privatarum tum publicarum cura, in iudicando et deliberando prudentia, beneficientia, non eae sunt quae ex illa animi securitate (ῥαθυμίᾳ) qua Athenienses pericula subeunt contingant atque prodeant. Immo vero § 3 prudentem rerum considerationem et cognitionem non prodire ex illa in periculis suscipiendis securitate contenditur, sed e contrario causam esse quae efficiat (hoc enim valet διὰ ταῦτα) ut a periculis non avertantur. Quae cum ita sint, haec verba ita superioribus continuari nequeunt ut simul cum his a περιγίγνεται pendeant. Sequitur excidisse verbum ex quo τὴν πόλιν ἀξίαν εἶναι aptum esset, quod νομίζω (cf. I 70, 1) vel λέγω fuisse probabile est. — μετ' εὐτελείας, cum simplicitate. Cf. Plat. Legg. 650 b et de re Schoem. Antiqu. iur. publ. p. 183. — φιλοσοφοῦμεν, litteris studemus. — ἄνευ μαλακίας perinde atque μετ' εὐτελείας ad Spartanos respicit. Hi enim ideo litteras et maxima ex parte etiam artes elegantiores a civitate arcebant, ne in luxuriam et mollitiem inciderent. Ceterum notum est quantum Athenis artes et litterae ab ipso Pericle promotae sint. — πλούτῳ ... χρώμεθα, divitiisque (tanquam) rerum gerendarum opportunitate potius utimur quam (tanquam) verborum iactatione. De ὡς non addito cf. adn. I 70, 6 et III 10, 6. Nihil igitur hic durum est nec ἐν ante καιρῷ invitis melioribus membranis retinendum fuit neque eo omisso καιρῷ, ut apud poëtas interdum (cf. Krueg. Synt. poët. et dial. § 48, 2 adn. 8), dativus adverbialis, quod censet Class., videtur putari posse. Neque ad Class. interpretationem tuendam adhiberi potest Krueg. Gr. § 48, 15 adn. 17; nam usus hic descriptus ad certa quaedam vocabula pertinet, in quibus nec καιρός nec κόμπος invenitur. Verba λόγων κόμπος redeunt 41, 2. — καὶ τὸ πένεσθαι ... αἴσχιον, et paupertatem confiteri non est cuiquam turpe, sed non vitare re ipsa potius turpe, proprie turpius. Pro comparativo exspectes positivum; sed simillima sunt verba VIII 27, 3 οὐ γὰρ αἰσχρὸν εἶναι Ἀθηναίους ναυτικῷ μετὰ καιροῦ ὑποχωρῆσαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ ὁτουοῦν τρόπου αἴσχιον ξυμβήσεσθαι ἢν ἡσσηθῶσι. „Comparativus ad positivum suum cum negatione coniunctum aut, quod eodem spectat, ad contrariae notionis positivum referendus est." Preibisch. de Compar. usu Thuc. p. 4 posterioris rationis exemplum afferens IV 65, 4. Hic quoque carpi Lacedaemonios, apud quos studium opera paupertatem fugiendi turpe fuerit, adnotant interpretes.

§ 2. ἔνι τε . . . γνῶναι.

www.libtool.com.cn

λιτικῶν ἐπιμέλεια καὶ ἕτερα πρὸς ἔργα τετραμμένοις τὰ πολιτικὰ μὴ ἐνδεῶς γνῶναι· μόνοι γὰρ τόν τε μηδὲν τῶνδε μετέχοντα οὐκ ἀπράγμονα, ἀλλ' ἀχρεῖον νομίζομεν, καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμού-

ἑτέροις codd. Cf. adn.
οἱ αὐτοί. Laur. m. Ar. Chr. Dan. E. idemque Valla. Cf. adn.

Qui codd. scripturam ἑτέροις tuentur distingui putant eos Athenienses a quibus cum privatarum etiam publicarum rerum cura et administratio iungatur ab iis qui, quamvis, cum operas praebendo vitam sustentent, res publicas non administrent, tamen earum periti sint; illos esse ditiores et honestiores cives, hos θῆτας et his similes; illis solis ἐπιμέλειαν τῶν πολιτικῶν, utrisque γνῶσιν τῶν πολιτικῶν καὶ ἐπιμέλειαν τῶν οἰκείων tribui. Sed primum nullum in priore membro indicium est partem Atheniensium ibi significari, in quam sententiam potius ἔνι τε τοῖς μὲν ... ἑτέροις δὲ exspectaremus. Deinde verum non est alteri civium classi nullam esse τῶν πολιτικῶν ἐπιμέλειαν (nam hi quoque in contionibus et iudiciis de publicis rebus iisque gravissimis decernunt), neque hoc cum iis congrueret quae 37, 1 dicta sunt: κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν, ὡς ἕκαστος ἔν τῳ εὐδοκιμεῖ, οὐκ ἀπὸ μέρους τὸ πλεῖον ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπ' ἀρετῆς προτιμᾶται; praeterea ipse Pericles etiam inferiores civium ordines ad negotia publica capessenda magis arcessere studebat (cf. Curtii Hist. Gr. II p. 221 sq.). Denique ne ipsa quidem sententia apta est. Sive enim γνῶναι decernere est, qui res publicas decernunt utique earum curam habent; sive novisse significat, non laudabile esset, si apud Athenienses civium parti quae res publicas non minus quam reliqui novisset nulla earum cura demandata esset. Itaque de duabus civium partibus sermo esse nequit et necessaria est Class. emendatio ἕτερα, i. e. alia quam publica sive privata negotia, qualia fuerunt mercatorum, opificum, aliorum. Inepte Herw. ἑτεροῖα, quo vocabulo Th. nusquam usus est. De ἕτερα cf. I 28, 3. 67, 4. Contra quam in Atheniensium civitate Spartiatis non licebat opificiis, mercaturae, agriculturae operam dare, et Lacedaemonii qui haec negotia exercebant rerum publicarum partem non habebant. — τετραμμένοις, ad alia negotia conversis, i. e. iis deditis (VII 73, 2) sive potissimam operam impendentibus. — γνῶναι, novisse, iudicare. Cf. 60, 5. VIII 68, 4. — μηδέν, i. e. μήτε ἐπιμελείᾳ μήτε γνώσει, pro plenioribus μηδὲν μέρος dictum est. Cf. Krueg. Gr. § 47, 15 adn. 1. — ἀπράγμονα, otiosum, rempublicam non capessentem. — αὐτοί. Opponitur iudicio quod de eo ferunt qui publicas res non curet id quod ipsi faciunt. Ad loci cohaerentiam minus convenit οἱ αὐτοί, quod eosdem duas diversas res simul agere significaret (cf. supra τοῖς αὐτοῖς). Nam cum hoc sensu οἱ αὐτοί neque ad ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα pertinere potest, cum disiunctione indicetur non utrumque, sed alterutrum eos facere, neque respicere ad proxime praegressa, cum quod de homine publici negotii experte indicant adeo non differat ab eo quod ipsi faciunt ut alterum alteri plane consentaneum sit. — ἤτοι ... ὀρθῶς

www.libtool.com.cn


μεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα, οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον ἢ ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν.
3 διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ τόδε ἔχομεν ὥστε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα καὶ περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν ἐκλογίζεσθαι, ὃ τοῖς ἄλλοις ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. κράτιστοι δ' ἂν τὴν ψυχὴν δικαίως κριθεῖεν οἱ τά τε δεινὰ καὶ ἡδέα σαφέστατα γιγνώσκοντες καὶ διὰ ταῦτα μὴ ἀποτρεπόμενοι ἐκ τῶν κινδύνων.
4 καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν

**τὰ πράγματα**, aut iudicamus atque decernimus saltem (in contionibus suffragia ferentes de propositis aliorum sententiis) aut nobiscum reputamus ac deliberamus recte res (oratores ipsi ad consilium dandum prodituri). Cf. Aristid. I p. 365, ubi de Atheniensibus haec legimus: *ἐστὲ σοφώτατοι τῶν Ἑλλήνων, αὐτοί τε ἐφ' ὑμῶν αὐτῶν ἄριστα λογίσασθαι τὰ δέοντα καὶ ἑτέρου λέγοντος κρῖναι.* De particulis *ἤτοι ... γε ... ἤ* vid. Elmsl. ad Eur. Med. 1263. Hart. de Part. I p. 388 sq. Cf. VI 34, 2. 38, 2. 40, 1. Xen. Cyr. IV 5, 22. Priore inciso Boehm. magis exiguum quiddam, Class. contra gravius aliquid significari affirmat. Hoc locis Platonicis quos attulit Elmsl. (Apol. 27 c. Phaed. 76 a. Gorg. 460 a. 467 e) videtur convenire, illud Thucydideis, in quibus redditur aut certe, aut saltem. De *ἐνθυμεῖσθαι* cf. I 120, 5. II 60, 6 maximeque VIII 68, 1. Hic quoque ad Spartanos respicitur, apud quos in populi comitiis nulla disceptatio admittebatur et nihil nisi de propositis senatus consultis clamore suffragia ferebantur. Cf. adn. I 87, 2. — **οὐ τοὺς λόγους ... ἡγούμενοι.** Sicut Lacedaemonii eloquentiam Atticam spernebant. — **μὴ προδιδαχθῆναι ... ἐλθεῖν**, oratione non praedoceri seu prius doceri quam ad ea quae opus sunt exsequenda accedas. Frustra haec temptat Cobet. ad Hyper. p. 68 ἢ omisso *προδιδαχθέντα* scribens. Plene *πρότερον ἢ ἔργῳ ἐλθεῖν ἐπὶ (ταῦτα ἐφ') ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν.*

§ 3. **περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν.** Frustra *περὶ ὧν* ⟨ἂν⟩ *ἐπιχειρήσωμεν* Cob. Mnemos. nov. ser. VIII p. 103. Cf. enim Krueg. Gr. § 53, 7 adn. 8. — **ὃ ... φέρει**, cum (*während*) ... ferat. Accusativus ὃ proprie est relationis significans quam ad rem quod attinet, unde accedente vi adversativa relativi, de qua cf. adn. I 39, 3. VI 10, 2, oritur sententia quam significavimus concessiva. De hoc usu explicate et subtiliter disputavit R. Schneider in Annal. phil. a. 1883 p. 457 sqq. Diversum est III 12, 1, ubi cf. adn. — **οἱ τὰ δεινὰ ... γιγνώσκοντες.** Fortitudinem cum scientia periculorum debere coniunctam esse pluribus docet Plato in Lach. et al. — **καὶ διὰ ... κινδύνων**, et (qui tamen) ob haec a periculis adeundis non deterrentur. Cf. Bernh. Synt. p. 226 adn. 10. De praepos. *ἐκ* cf. Hom. Il. X 107. Plat. Criti. 106 a. Krueg. Gr. § 47, 23 adn. 3.

§ 4. **τὰ ἐς ἀρετήν**, in iis quae ad generosam virtutem seu liberalitatem per-

tinent. De qua vi vocabuli ἀρετή cf. adn. IV 19, 2 et Aristot. Rhetor. I 9 (p. 1366 a) ἀρετὴ δ' ἐστὶ ... δύναμις εὐεργετικὴ πολλῶν καὶ μεγάλων. Virtus enim universa, cum iam antea complures virtutes Atheniensibus tributae sint, hic eo significari non potest et in ea quae sequitur explicatione de sola beneficientia sermo est. — ἠναντιώμεθα, prorsus discrepamus. Cf. πεφόβημαι I 144, 1. Ipsa haec forma perfecti etiam apud Demosth. exstat XVIII 293. XIX 205; contra ἐνηντιώμεθα in Aristoph. Av. 385. — οὐ γὰρ πάσχοντες ... τοὺς φίλους. Cf. Aristid. II p. 663 extr. et Sal. Cat. 6, 5. Τοὺς φίλους, i. e. τοὺς φίλους οὓς κτώμεθα, τοὺς ἡμετέρους φίλους. Cf. Soph. Ant. 190 et ibi Wund. atque Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 3. — βεβαιότερος ... σῴζειν, firmior autem (sive constantior amicus) is est qui beneficium contulit ea ratione ut debitam sibi gratiam per benevolentiam in eum cui beneficium dedit tueatur. Apparet ad δράσας pariter atque ad δρῶντες subaudiendum esse εὖ ideoque τὴν χάριν ad sequentia pertinere atque cum ὀφειλομένην ita iungendum esse ut hoc cum vi praedicativa simul ad ...

El. 35
adn. 1.
sed qu
consequ
sed arg
sit cur
mandus
ῷ aut ἐ
suspens
μένην ε
ἐκείνου,
nationi i
videtur
pendeat
εὔνοιά
tia in a
ibi adn.
alibi ant
casu omi
Krueg. Gr
Wund. ad
Ad senten
tinet, eum
terum con
continua
illius con
amittat, s
Cf. Arist
(p. 1167 b)
ἀμβλύτ
segnior,
— οὐκ
ἀρετὴν
χάριν Cl
grato an
de effectu

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

τος μᾶλλον λογισμῷ ἢ τῆς ἐλευθερίας τῷ πιστῷ ἀδεῶς τινα ὠφελοῦμεν.

41. Ξυνελών τε λέγω τήν τε πᾶσαν πόλιν τῆς 1
Ἑλλάδος παίδευσιν εἶναι καὶ καθ' ἕκαστον δοκεῖν ἄν μοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλεῖστ' ἂν εἴδη καὶ μετὰ χαρίτων μάλιστ' ἂν εὐτραπέλως

a me gratiam iniret) πράσσων et adn. V 111, 5. Pessumdedit sententiam Herw. ἐς delens, quasi vero ipsa ἡ ἀρετή posset χάρις esse. Sed ferri nequit ἐς ὀφείλημα, quod codd. habent. Nam quod interpretantur ad debitum persolvendum, ἐς de effectu dictum in iis valet quae ex aliqua actione exsistant, non in iis quae inde aboleantur sive tollantur. Quare ἐς ὀφείλημα non ad persolvendum, sed ad contrahendum debitum sonat, id quod contra sententiam est. Rescripto ὡς sublata est offensio. Cf. personati Plat. Axioch. 367 b κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν et ipsius Plat. Polit. 267 a καθαπερεὶ χρέος ἀπέδωκάς μοι τὸν λόγον. Ad τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων cf. IV 19, 3 ἀνταποδοῦναι ἀρετήν.

§ 5. τῆς ἐλευθερίας τῷ πιστῷ. Hoc loco ἐλευθερία eadem est atque ἐλευθεριότης et significat animi libertatem ab angusto atque humili suae utilitatis studio alienam. Cf. Plat. Phaed. 114 e κοσμήσας τὴν ψυχὴν ... ἐλευθερίᾳ καὶ ἀληθείᾳ. Τὸ πιστὸν substantive de fiducia iam I 68, 1 legimus. — ἀδεῶς, impavide (*ohne Bedenken*), i. e. non timentes ne hoc auxilium aliis latum aliquando nobis ipsis damnum inferat.

Cap. 41. § 1. Ξυνελών. Cf. adn. I 70, 9. — παίδευσιν = παιδευτήριον. Cf. VI 86, 3. Matth. Gr. § 429 Similiter κοινὸν παιδευτήριον πᾶσιν ἀνθρώποις Athenas vocat Diod. XIII 27, 1 et τῆς σοφίας πρυτανεῖον Plat. Prot. 337 d. — καθ' ἕκαστον, quod ad unumquemque civem attinet, opponitur τῇ πάσῃ πόλει. Cf. adn. I 36, 2. — δοκεῖν ἂν ... ἐπὶ πλεῖστ' ἂν ... μάλιστ' ἂν εὐτραπ. Ἂν proprie pertinet ad παρέχεσθαι (praebere posse), sed, quoniam ab eo remotius est, repetitur, et bis quidem ideo quia et ad vv. ἐπὶ πλεῖστ' ἂν εἴδη et ad μάλιστ' ἂν εὐτραπ. cogitatur παρέχεσθαι. Ceterum cf. adn. I 36, 3. 76, 4. — παρ' ἡμῶν ... παρέχεσθαι similiter dictum est atque in Aesch. Ag. 1046 ἔχεις παρ' ἡμῶν οἷάπερ νομίζεται. Ut enim ibi ἔχεις παρ' ἡμῶν idem est atque ἔχεις παρ' ἡμῶν μαθοῦσα, sic hoc loco παρ' ἡμῶν ... παρέχεσθαι nihil aliud indicat quam παρ' ἡμῶν μαθόντα sive πεπαιδευμένον ... παρέχεσθαι. Refertur enim ad παίδευσιν. Itaque παρ' ἡμῶν est nostra institutione sive educatione. — ἐπὶ πλεῖστα εἴδη, ad plurima negotiorum genera. Schol. εἰς πολλὰ πράγματα interpretatur. Similis certe vis agendi rationis vocabulo εἶδος subiecta est VI 77, 2. VIII 56, 2. — καὶ μετὰ χαρίτων μάλιστα εὐτραπέλως, cum gratia maxime versute (i. e. dextere), *mit Anmut auf eine sehr gewandte Weise*, i. e. *mit großer anmutiger Gewandtheit*. De plur. χαρίτων cf. Plat. Tim. 47 e διὰ τὴν ... χαρίτων ἐπιδεᾶ ... ἕξιν, Gorg. 465 d. Sententiae detrimentum attulit Herw. auctore Badhamo μετὰ χαρίτων delens. Cf. Plut. Mor. 52 d μετὰ εὐτρα-

www.libtool.com.cn

2 τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι. καὶ ὡς οὐ λόγων ἐν τῷ παρόντι κόμπος τάδε μᾶλλον ἢ ἔργων ἐστὶν ἀλήθεια, αὐτὴ ἡ δύναμις τῆς πόλεως, ἣν ἀπὸ
3 τῶνδε τῶν τρόπων ἐκτησάμεθα, σημαίνει. μόνη γὰρ τῶν νῦν ἀκοῆς κρείσσων ἐς πεῖραν ἔρχεται, καὶ μόνη οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν

πελίας ζῶν καὶ χάριτος. — σῶμα. Heilmannum interpretari *Person*, sed esse potius corpus dicit Krueg. cl. 51, 2, ubi item iungitur cum αὔταρκες. Sed ibi rerum cohaerentia prorsus diversa est. Hic τὸ σῶμα idem fere est atque ἑαυτόν, ut τὶ σὸν σῶμα = σέ Eur. Hec. 301. Cf. adn. 64, 3.

§ 2. ἔργων ἀλήθεια. Latine rem veritatemque dixeris. Vid. Cic. Tusc. V 5, 14 et ibi Kuehn. — ἀπό. Cf. adn. I 80, 4.

§ 3. ἀκοῆς κρείσσων, famam superans. Cf. 50, 1 adn. 64, 1. Famam autem alii volunt esse de ipsa Atheniensium urbe sparsam, Krueg. famam de quavis urbe posteris traditam. Sed quomodo fama superior idem esse potest atque quovis superior cuius fama fertur? Quod autem Krueg. ad priorem interpretationem articulum desiderat, cf. διὰ δόξαν δεινότητος VIII 68, 1 et eius Gr. § 50, 3 adn. 4 et 5. — ἐς πεῖραν ἔρχεται, sui praebet experimentum (cf. πεῖραν διδόναι VI 11, 4), ad temptamen prodit. Paulo aliter ἰέναι ἐς πεῖραν VII 21,4. — οὔτε τῷ πολεμίῳ . . . ἀγανάκτησιν ἔχει, neque hosti (de quo singulari cf. adn. IV 10, 3) aggresso affert (praebet, propr. *sie enthält für ihn nicht*) indignationem (causam indignandi). Similiter paulo post κατάμεμψιν ἔχειν, 61, 2 αἴσθησιν, 87, 1 τέκμαρσιν, IV 126, 4 δόκησιν. Cf. Herm. ad Vig. p. 753. Alibi tamen talia, ut αἰτίαν ἔχειν (cf. adn. III 18, 7), passive dicuntur, quam vim hic quoque verbis tribuit Maetzner ad Lyc. Leocr. § 53 p. 175 non recte. Pro ἐπελθόντι Haas. in Lucubr. Thuc. p. 62 ἀπελθόντι legendum coniecit, ut notio victi exprimatur. Sed haec verbo κακοπαθεῖν quod sequitur satis continetur, et solo ἀπελθεῖν significari victum discedere talibus exemplis qualia sunt αἰσχρῶς καὶ ἀπράκτως ἀπελθεῖν et βιασθέντας ἀπελθεῖν male demonstratur. Cf. autem de verbis τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι adn. 36, 4. Aliter propter verborum collocationem videtur accipiendum esse τὸν ἐπιόντα πολέμιον III 56, 2. Frustra igitur πολεμίῳ deleri iussit Dobr. Neque placet Herw. temeritas, qui Badhami coniecturam τῷ πολέμια παθόντι recepit. Contra quem recte quidem animadvertit Cob. in Mnemos. nov. ser. VIII p. 103 Graece non dici πολέμια πάσχειν, sed ipse non melius haec verba, quae ei sensu videntur prorsus vacua esse, tractat. Expulso enim πολεμίῳ a Badhamo τῷ παθόντι assumit, quod et parum distincte dictum est, cum ne id quidem significatum sit a quo calamitatem is acceperit, et propter insequens κακοπαθεῖ parum eleganter. Revera in traditis verbis nulla est offensio, modo eorum acumen satis intellegatur. Nam devictum esse quicunque Athenienses aggressus sit quanquam ex κακοπαθεῖ cognoscitur, tamen tanquam res certa et quae ex se intellegatur ipsis verbis non exprimitur, et addito ἐπελθόντι indicatur ipsos Athenienses sua

www.libtool.com.cn


ἔχει ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ οὔτε τῷ ὑπηκόῳ κατά-
μεμψιν ὡς οὐχ ὑπ' ἀξίων ἄρχεται. μετὰ μεγάλων 4
δὲ σημείων καὶ οὐ δή τοι ἀμάρτυρόν γε τὴν δύ-
ναμιν παρασχόμενοι τοῖς τε νῦν καὶ τοῖς ἔπειτα
θαυμασθησόμεθα, [καὶ] οὐδὲν προσδεόμενοι οὔτε
Ὁμήρου ἐπαινέτου οὔτε ὅστις ἔπεσι μὲν τὸ αὐ-
τίκα τέρψει, τῶν δὲ ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἡ ἀλή-
θεια βλάψει, ἀλλὰ πᾶσαν μὲν θάλασσαν καὶ γῆν

sponte bella non movere, sed satis habere ab illis sibi illata fortiter defendere. — *ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ* = *ὡς ὑπὸ τοιούτων κ.* Cf. Matth. Gr. § 480 adn. 3. Krueg. Gr. § 51, 13 adn. 17. „I. e. nos sumus ii hostes a quibus vinci non sit indecorum, ut Ovid. Met. IX 5 sq. XII 81. V 191. X 604, quod et Hannibal de Scipione praedicat apud Liv. XXX 30 init." Bau. — *οὔτε τῷ . . . ὑπηκόῳ.* Singularis *ὁ ὑπήκοος* alibi minus usitatus fortasse contrario *ὁ πολέμιος* videtur effectus esse. — *κατάμεμψιν*, incusationem, querelam (causam reprehendendi et querendi).

§ 4. *μετὰ μεγάλων δὲ σημείων καὶ οὐ . . . ἀμάρτυρον.* Cf. adn. I 120, 2. — *οὐ δή τοι . . . γε.* Attende insolentiorem particularum complexum. De *δή τοι* vid. Hart. de Part. II p. 363; *οὐ δή τοι* etiam Aristid. I p. 88 et *ἦ δή τοι . . . γε* II p. 232. — *καὶ οὐδέν.* *Καί* particula participia *παρασχόμενοι* et *προσδεόμενοι* inter se necti Krueg. etsi adnotavit, tamen uncis inclusit, et hoc quidem recte. Nam cum, ut vere observavit Class., *ἀλλὰ . . . ξυγκατοικίσαντες* non verbis proxime praegressis *οὐδὲν προσδεόμενοι . . . βλάψει* opposita sint, sed, ut ipsa aoristi participia *καταναγκάσαντες* et *ξυγκατοικίσαντες* ostendunt, remotioribus *οὐ δή τοι . . . παρασχόμενοι*, idque ita ut inverso ordine *πᾶσαν . . . καταναγκάσαντες γενέσθαι* ad *οὐ δή τοι ἀμάρτυρον τὴν δυν. παρασχόμενοι* (testes enim sunt terra et mare), *πανταχοῦ δὲ . . . ξυγκατοικίσαντες* ad *μετὰ μεγάλων σημείων τὴν δυν. παρ.* referatur, non potest *οὐδὲν προσδεόμενοι . . . βλάψει* ita *καί* particula superioribus adiungi ut his ex aequo positum contrariorum rationem impediat. Quod cum et ipse Class. sensisset, *καί* et quidem interpretatus est. Sed cum ad participium in hanc sententiam cum verbo quod dicitur finito iungendum non simplex *καί*, sed *καὶ τοῦτο* vel *καὶ ταῦτα* adhiberi soleat (Krueg. Gr. § 51, 7 adn. 14), *καί* delere praestat, quod idem perspicuitatis causa placet. — *οὔτε Ὁμήρου ἐπαινέτου οὔτε ὅστις.* Cf. Krueg. Gr. § 59, 2 adn. 4. — *ἔπεσι*, versibus vel carminibus (epicis), ut I 3, 3. — *τῶν δὲ ἔργων . . . βλάψει*, cum (*während*) rerum opinioni vera earum cognitio (cf. Plat. Men. 86 a) detrimentum allatura sive de ea detractura sit. Cf. Plat. Phil. 13 a *τί τοὔθ' ἡμῖν βλάψει τὸν λόγον;* Genet. *ἔργων* non solum ad *τὴν ὑπόνοιαν*, sed etiam ad *ἡ ἀλήθεια* pertinet. De transitu ab enuntiatione relativa ad sententiam per se constantem facto cf. Krueg. Gr. § 59, 2 adn. 6 et de duobus membris *μὲν . . . δέ* iunctura inter se aequatis quorum logica ratione alterum alteri subiectum

www.libtool.com.cn

*ἐσβατὸν τῇ ἡμετέρᾳ τόλμῃ καταναγκάσαντες γενέσθαι, πανταχοῦ δὲ μνημεῖα καλῶν τε κἀγαθῶν αἴδια ξυγκατοικίσαντες. περὶ τοιαύτης οὖν πόλεως οἵδε τε γενναίως, δικαιοῦντες μὴ ἀφαιρεθῆναι αὐτήν, μαχόμενοι ἐτελεύτησαν καὶ τῶν λειπομένων πάντα τινὰ εἰκὸς ἐθέλειν ὑπὲρ αὐτῆς κάμνειν.*

1 42. *Διὸ δὴ καὶ ἐμήκυνα τὰ περὶ τῆς πόλεως, διδασκαλίαν τε ποιούμενος μὴ περὶ ἴσου ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα καὶ οἷς τῶνδε μηδὲν ὑπάρχει ὁμοίως,*

Cap. **41.** § 4. *κακῶν* pro *καλῶν* codd. Cf. adn.

sit § 69, 16 adn. 3. Verborum sententiam parum intellexit E. Hoffmann., cum in Annal. phil. a. 1874 p. 628 *τῇ ἀληθείᾳ*, revera (cf. IV 120, 3), coniceret. Praeterea ita necesse esset *τὴν ὑπόνοιαν* esse verum iudicium, quam vim hoc vocabulum nusquam habet. — *ἐσβατόν*. De flexione et accentu huius vocis vid. Lob. ad Soph. Ai. 1296 et Paral. Gr. II p. 483 sq. Similia dicta vid. in Himer. Ecl. II 7. Orat. II 32. Liban. Orat. p. 478. — *καλῶν τε κἀγαθῶν* = *καλῶν κἀγαθῶν ἔργων* Xen. Cyr. I 5, 11. Quod libri praebent *κακῶν* ita interpretantur ut sint graves calamitates hostibus illatae. Sed cum *ἀγαθά* procul dubio sint res fortiter gestae (nam de beneficiis propter sententiae conexum sermo esse nequit), his inepte opponuntur calamitates hostibus illatae, quae et ipsae res sint fortiter gestae. Accedit quod hostibus illata esse haec mala nullo indicio significatum est. Suo igitur iure Herw. *καλῶν* restituit. — *ξυγκατοικίσαντες* Class. proprie dictum esse putat de coloniis ab Atheniensibus constitutis, verbi notionem angustius circumscribens. Nobis potius translate videtur usurpatum esse (cf. Aesch. Prom. 250. Plat. Tim. 24 c) et ad omnia rerum fortiter gestarum monumenta pertinere, praesertim cum haec monumenta illi **una** constituisse dicantur, i. e. simul cum toto mari totaque terra ipsorum audaciae patefactis.

§ 5. *περὶ τοιαύτης κ.τ.λ.* Hac paragrapho transitus paratur ad alteram orationis partem principalem, quae est generis deliberativi. — *δικαιοῦντες μὴ ἀφαιρεθῆναι αὐτήν.* Mirum est haec (cupientes non privari ea) obscura visa esse Grotio Hist. VI p. 197 (vers. Germ. III p. 427). — *πάντα τινά*, quemvis unum. Cf. III 13, 7. 93, 2. Krueg. Gr. § 51, 16 adn. 11.

Cap. **42.** § 1. *τὰ περὶ τῆς πόλεως* omnia complectitur quae de civitatis institutis ipsorumque Atheniensium moribus atque indole inde a c. 37 exposita sunt. — *οἷς . . . ὁμοίως*, quibus nihil horum perinde atque nobis (cf. I 39, 1. 141, 1. III 47, 3) contigit. Frustra *ὁμοίως*, quod subtiliter ad *περὶ ἴσου* refertur, cum apud Dionys. Hal. p. 299 librariorum socordia omissum sit, abesse vult Cobeto obsecutus Herw. Nam hac voce non significatur Atheniensium adversarios habere quidem illa bona, verumtamen multo minora, sed Athenienses quidem ea habere, eorum adversarios non item. *Μηδέν* scripsit, non *οὐδέν*, quod enuntiatum relativum pendet ex verbis *μὴ εἶναι* et *οἷς*, quan-

www.libtool.com.cn

καὶ τὴν εὐλογίαν ἅμα ἐφ' οἷς νῦν λέγω φανερὰν
σημείοις καθιστάς. καὶ εἴρηται αὐτῆς τὰ μέγιστα· 2
ἃ γὰρ τὴν πόλιν ὕμνησα, αἱ τῶνδε καὶ τῶν τοιῶνδε
ἀρεταὶ ἐκόσμησαν, καὶ οὐκ ἂν πολλοῖς τῶν Ἑλλή-
νων ἰσόρροπος ὥσπερ τῶνδε ὁ λόγος τῶν ἔργων
φανείη. δοκεῖ δέ μοι δηλοῦν ἀνδρὸς ἀρετὴν πρώτη
τε μηνύουσα καὶ τελευταία βεβαιοῦσα ἡ νῦν τῶνδε

quam ad Lacedaemonios maxime spectat, tamen magis universe dictum est. Cf. Krueg. Gr. § 67, 4 adn. 2. 3. — ἐφ' οἷς. Cf. adn. 34, 8 et simul audi τούτων. Ceterum inverso ordine διδασκαλίαν τε ποιούμενος ... ὁμοίως ad 41, 5 καὶ τῶν λειπομένων ... κάμνειν et καὶ τὴν εὐλογίαν ... καθιστάς ad οἵδε τε γενναίως ... ἐτελεύτησαν respicit.

§ 2. καὶ εἴρηται. Καί (= atque, *und so*) adiungit quod ex superioribus consequens est. Nam si mortuorum laudes civitatis pro qua morti se obtulerunt praestantia manifesto demonstrantur, sequitur maximam earum partem huius descriptione contineri. Cf. I 141, 4. — ἃ τὴν πόλιν ὕμνησα. Cf. adn. I 86, 1. Ὑμνεῖν, licet proprie de poëtis usurpetur, etiam ad laudes oratorio sermone praedicatas transfertur, ut Plat. de Rep. 364 a. Aesch. I 133. — ἐκόσμησαν. Cum oratio non videatur suppleri posse verbis τούτοις αὐτήν nec dicamus κοσμεῖν τινά τι, quod Krueg. videtur statuere, debet esse adornarunt. Cf. ἐκεῖνα ἐκόσμουν Plat. Criti. 109 c. — οὐκ ἂν πολλοῖς ... φανείη. Attende primum casus mutatos in vv. πολλοῖς ὥσπερ τῶνδε, ex quibus casibus dativus ad vv. φανείη ἰσόρροπος relatus est, ad vv. ὥσπερ τῶνδε autem cogitatur ὁ λόγος φαίνεται ἰσόρρ.; praeterea observandus est usus genetivi ὁ λόγος τῶνδε = ὁ περὶ τῶνδε λόγος. Cf. adn. I 61, 1 et 69, 5. Deinde genetivum τῶν ἔργων coniunge cum adi. ἰσόρροπος, qua de rariore structura cf. Aristot. Mund. 6 (p. 399 a) ἥλιος ... καὶ οἱ τούτου ἰσόδρομοι, Galen. (ed. Kuehn.) XIV p. 94, 12 ἰσοβαρῆ ταύτης σταθμόν, Opp. Hal. II 466 ἀδάμαντος ἰσοσθενὲς ὄβριμον ἄορ, Krueg. Gr. § 48, 13 adn. 10. „Dobr. τῶνδε ad ἃ ὕμνησα vult spectare, quia ad caesos relatum τοῖσδε debeat esse. Sed similis transitus a dativo ad genetivum legitur Xen. Anab. IV 5, 13." Krueg. Et similes inaequabilitates amat Th. Cf. 44, 3. adn. I 32, 5. Sententia est haec, non apud multos famam de iis sparsam atque res gestas aequales s. facta dictis exaequata esse, sicut de Lacedaemoniis contrarium legimus I 69, 5. Quodsi τοῦ λόγου τὰ ἔργα exspectes, cogita in exaequandi et commutandi verbis et apud Graecos et apud Latinos nihil referre utrum utri exaequari vel utrum utro commutari dicatur. Τῷ ἔργῳ certe inutilis est coniectura Dobraei et propter singularem parum apta. — ἀνδρὸς ἀρετήν. Cum horum defunctorum mors non possit viri *alicuius* virtutem declarare, ἀνδρὸς ἀρετή hic sit ἀνδραγαθία oportet. Cf. Isocr. VII 11. IX 8. Contraria quodammodo sunt verba γυναικεία ἀρετή 45, 2. — πρώτη ... βεβαιοῦσα, sive prima indicans sive postrema confirmans. Illud in iis fit qui adhuc bellorum expertes fuerunt, hoc in iis qui saepius in bellis fortiter se gesserunt. Itaque τὲ — καί disiunctivum est, ut 35, 1,

www.libtool.com.cn

3 καταστροφή. καὶ γὰρ τοῖς τἆλλα χείροσι δίκαιον τὴν ἐς τοὺς πολέμους ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀνδραγαθίαν προτίθεσθαι· ἀγαθῷ γὰρ κακὸν ἀφανίσαντες κοινῶς μᾶλλον ὠφέλησαν ἢ ἐκ τῶν ἰδίων ἔβλαψαν.

4 τῶνδε δὲ οὔτε πλούτῳ τις τὴν ἔτι ἀπόλαυσιν προτιμήσας ἐμαλακίσθη, οὔτε πενίας ἐλπίδι, ὡς κἂν ἔτι διαφυγὼν αὐτὴν πλουτήσειεν, ἀναβολὴν τοῦ δεινοῦ ἐποιήσατο· τὴν δὲ τῶν ἐναντίων τιμωρίαν ποθεινοτέραν αὐτῶν λαβόντες καὶ κινδύνων ἅμα τόνδε κάλλιστον νομίσαντες ἐβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ τοὺς μὲν τιμωρεῖσθαι, τῶν δὲ ἀφίεσθαι,

Cap. 42. § 4. πλούτου It. Laur. Pal. m. Vind. Ar. Chr. Dan. Mosqu. Sed altera lectio praestat ob membrum contrarium.
ἐφίεσθαι codd. idemque legitur apud Dionys. Hal. p. 806. Cf. adn.

ubi cf. adn. — καταστροφή] ὁ θάνατος. Schol. Cf. Soph. OC. 103 et Lennep. ad Phalar. Epist. 81, qui exitum exitialem explanat.

§ 3. καὶ γὰρ ... προτίθεσθαι, nam etiam iis (i. e. in eorum aestimatione) qui ceteris in rebus deteriores sunt aequum est virtutem bellicam pro patria exhibitam praeponi sive potiorem haberi. Hoc igitur dicit, in omni viri virtute aestimanda maximum pondus tribuendum esse bellicae virtuti, idque ita ut, etiamsi quis in aliis rebus parum sit probus, hoc minus in censum veniat. Recte igitur schol. προτίθεσθαι] προτιμᾶσθαι. Cf. Annal. phil. a. 1868 p. 180. Τὴν ἐς τοὺς πολέμους = τὴν πολεμικήν, nisi πολεμίους legendum est. — ἀγαθῷ γὰρ κακὸν ἀφανίσαντες. Cf. Cic. pro Quinct. 15, 49 mors honesta saepe vitam quoque turpem exornat. — κοινῶς. Cf. adn. I 124, 1.

§ 4. τὴν ἔτι ἀπόλαυσιν, diuturniorem fructum. Contra paulo post ἔτι est aliquando. Cf. Dorv. ad Char. p. 98. — οὔτε πενίας ἐλπίδι, ὡς ... διαφυγὼν αὐτήν, i. e. οὔτε ἐλπίδι ὡς διαφυγὼν τὴν πενίαν. Cf. adn. I 61, 1, nisi quod ibi de subiecti, hic de obiecti attractione agitur, et de pron. αὐτήν addito Kuehn. Gr. max. § 600 adn. 2. II 62, 1. VI 76, 1. Krueg. omnem attractionem, quam ipse anticipationem solet vocare, hic improbans ἐλπίδα πενίας vult esse ἐλπίδα τῶν πενήτων, quod nobis propter contrarium πλούτῳ displicet. Ἂν in κἂν ἔτι (*auch wohl noch*) ad πλουτήσειεν spectat. — πλουτήσειεν. De aoristo incohativo cf. Krueg. Gr. § 53, 5 adn. 2. — αὐτῶν, i. e. τῆς ἀπολαύσεως τοῦ πλούτου καὶ τῆς ἐλπίδος τοῦ διαφυγεῖν τὴν πενίαν. — λαβόντες, i. e. ὑπολαβόντες, propr. ποθεινοτέραν λαβ. = ὡς ποθεινοτέραν δεξάμενοι. Cf. III 38, 4 et sd. IV 106, 1. Longe aliam esse vulgarem vim verborum τιμωρίαν λαμβάνειν notum est. — ἐβουλήθησαν, in animum induxerunt, *entschlossen sie sich*. — μετ' αὐτοῦ] τοῦ κινδύνου. Schol. — τοὺς μὲν = τοὺς ἐναντίους. — τῶν δὲ ἀφίεσθαι. Cum τῶνδε de iisdem dicatur bonis quae modo

www.libtool.com.cn

ἐλπίδι μὲν τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώσειν ἐπιτρέψαντες, ἔργῳ δὲ περὶ τοῦ ἤδη ὁρωμένου σφίσιν αὐτοῖς ἀξιοῦντες πεποιθέναι· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι ἢ τι ἐνδόντες σῴ-

ἐν αὐτῷ τῷ Laur. pr. m. et vulgo, ἐν τῷ ἀμύνεσθαι παθεῖν Dion. Hal. p. 807, ἐν αὐτῷ τὸ It. Vat. Pal. Aug. sec. m. Gr. D. E. G. H. I.

ἢ τὸ plerique codd., ἢ τῷ Laur., idem aut ἢ codd. Dionys. Hal. l. l. Cf. adn.

pronomine αὐτῶν significata sunt, codd. scriptura ἐφίεσθαι sententiae prorsus contraria est. Nam quomodo ii qui periculum cum hostibus pugnandi divitiis quas habent vel sperant praetulerunt cum eodem periculo ut ipsi divitiis fruantur simul contendere possint nullo modo intellegitur. Quare nunc recepimus Popponis emendationem, quam in Obs. crit. p. 225 prolatam Kruegero nimium obsecutus postea missam fecit. Cf. Mus. Rhen. XXI p. 477 sq. — τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώσειν, incertum rei feliciter gerendae eventum. — ἔργῳ δὲ . . . πεποιθέναι, re autem gerenda sive pugnando (cf. IV 14, 2) de eo quod iam cernebatur in se ipsis fiduciam reponendam censentes. — καὶ ἐν αὐτῷ . . . σῴζεσθαι, et in ipso defendendo etiam (*sogar*) mortem sibi potius obeundam esse rati quam aliquid cedendo salutem quaerendam. De παθεῖν cf. Plat. Legg. 871 d τοῦ παθόντος; sollemne cum hoc sensu est τὶ παθεῖν, ut IV 15, 2. Herod. VIII 102. Plat. Menex. 246 c. Xen. Anab. V 3, 6. Demosth. IV 11. Potiorem esse scripturam ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνεσθαι non solum Dionys. Hal. testimonio confirmatur, sed etiam inde apparet quod ita aptissime consilio defendendi (ἐβουλήθησαν τιμωρεῖσθαι) ipsum defendere opponitur; nam τιμωρεῖσθαι et ἀμύνεσθαι idem significare in aperto est. Qui autem τὸ ἀμύνεσθαι praeferunt cum falso Krueg. ἡγεῖσθαι verbo cognoscendi et quaerendi vim tribuere consentiant, aut cum Dobr. κάλλιον pro μᾶλλον aut cum Sauppeo ἑαυτῶν pro ἐν αὐτῷ scribendum esse putant. Sed κάλλιον ἡγησάμενοι pro loci sententia nimis languidum est atque debile. Quasi vero illi cedendo salutem sibi parare non prorsus se dedecere, sed minus tantum decere putaverint. Altera autem coniectura Class. non sine causa ideo displicuit quod ἑαυτῶν plus ponderis haberet quam loci sententiae conduceret (nam eo recepto exspectatur ut ex opposito alii quidam cogitentur); praeterea sic huius enuntiati cum superiore conexus quodammodo laxatur. Ad nostram vero interpretationem ab omni parte confirmandam infinitivorum ab ἡγησάμενοι pendentium quam statuimus sententiam demonstrare debemus. Quod igitur nonnunquam fit, ut infinitivus cum verbis dicendi iunctus volendi vim assumat, idem in verbis putandi vel cogitandi accidere potest. Atque hoc frequentissimum est in verbis δοκεῖν, διανοεῖσθαι, ἀξιοῦν (dignum existimare), δικαιοῦν (iustum existimare), sed etiam aliorum exempla, quamvis rara sint, tamen non desunt. Sic propter μᾶλλον huius loci simillimum est Eur. Or. 555 sq. ἐλογισάμην οὖν τῷ γένους ἀρχη-

www.libtool.com.cn

ζεσθαι, τὸ μὲν αἰσχρὸν τοῦ λόγου ἔφυγον, τὸ δ' ἔργον τῷ σώματι ὑπέμειναν, καὶ δι' ἐλαχίστου καιροῦ τύχης ἅμα ἀκμῇ τῆς δόξης μᾶλλον ἢ τοῦ δέους ἀπηλλάγησαν.

γέτῃ μᾶλλόν μ' ἀμῦναι τῆς ὑποστάσης τροφάς; praeterea verbi οἴεσθαι sic usurpati haec habes exempla: Hom. Il. XIII 262 οὐ γὰρ ὀίω ... πολεμίζειν; Lys. XII 28 οὐκ οἴει ἐμοὶ καὶ τουτοισὶ δοῦναι δίκην; Plat. Lach. 200 b οὐ σύ που οἴει καταγελᾶν, Dinarch. I 89 ὧν οἴεσθε τὴν αἰτίαν τούτοις ἀναθεῖναι; verbi νομίζειν duo in Xen. Oec.: 17, 9 ἔγωγε νομίζω τῷ ἰσχυροτέρῳ πλεῖον ἐπιχεῖν ὕδωρ et ibidem § 11 νομίζεις τοῖς ἀσθενεστέροις πᾶσι μείω προστάττειν πράγματα; ipsius autem ἡγεῖσθαι haec duo apud Platonem inveniuntur: Phil. 59 a εἰ δὲ καὶ περὶ φύσεως ἡγεῖταί τις ζητεῖν et Prot. 346 b Σιμωνίδης ἡγήσατο καὶ αὐτὸς ἢ τύραννον ἢ ἄλλον τινὰ τῶν τοιούτων ἐπαινέσαι καὶ ἐγκωμιάσαι, οὐχ ἑκών, ἀλλ' ἀναγκαζόμενος, quem locum ii qui interpretantur putavit se laudavisse ac praedicavisse male intellegunt, quoniam de necessitate laudandi bonis imposita sermo est; nec rationem habet quod Sauppeus ad h. l. contendit, ut pariter atque Phil. 59 a infinitivi accipi possint, praesenti eorum tempore opus esse, idemque multis verborum δοκεῖν, διανοεῖσθαι, ἀξιοῦν, δικαιοῦν exemplis refutatur. Parum recte autem Krueg. Gr. § 55, 3 adn. 15 aliique in talibus ipsa putandi verba aequum censendi vim habere dicunt. Hunc igitur exemplorum numerum sufficere putamus, ut demonstretur non necesse esse, id quod Class. opinatur, δεῖν post παθεῖν inserere. Iam vero si probata est haec nostra infinitivorum ab ἡγησάμενοι pendentium interpretatio, ante alterum eorum stare nequit articulus. Apparet autem prorsus incertam esse discrepantem eius memoriam. Nam ut τὸ σῴζεσθαι propter τὸ ἀμύνεσθαι, sic τῷ σῴζεσθαι propter τῷ ἀμύνεσθαι scriptum est. Quo magis licet ἤ τι ἐνδόντες rescribere. Cf. 12, 1. 18, 5. III 60. IV 104, 5. — τὸ μὲν αἰσχρὸν τοῦ λόγου, dedecus verborum, famae turpitudinem, τὸ ὀνειδίζεσθαι ὡς δειλοί. Schol. — τὸ δ' ἔργον] τὸ ἀποθανεῖν. Schol. — δι' ἐλαχίστου καιροῦ τύχης, brevissimo fortunae momento sive discrimine. Cf. III 56, 4 et τὸν ἔσχατον καιρόν apud Polyb. XXIX 11, 12 et Plut. Sull. 12. Temere Krueger καιροῦ ex interpretatione ortum esse suspicatur et Herw. ψυχῆς pro τύχης scripsit, quod quid sibi velit non intellegimus. — ἅμα ἀκμῇ ... τοῦ δέους. Ἅμα ἀκμῇ, in ipso vigore, dum vigebat. Non rara est formula et similis ἐν ἀ. Dubitatur autem δόξα sitne gloria an exspectatio, spes. Illi explanationi favent imitatores Thucydidis, velut Cass. Dio LXVI 18, 5 ἐν ἀκμῇ τῆς δόξης ἀπέθανεν (de Tito) et Arr. Anab. VII 16, 11 ἐν ἀκμῇ τῆς τε ἄλλης δόξης καὶ τοῦ πόθου τοῦ παρ' ἀνθρώπων ἀπηλλάχθαι (de Alexandro), et sententiarum conexus. Nam inter se opponuntur ἅμα ἀκμῇ τῆς δόξης et τὸ αἰσχρὸν τοῦ λόγου, τοῦ δέους et τῷ σώματι ὑπέμειναν, unde simul patet h. l. τὸ δέος non eam quam 37, 3 vim habere, sed formidinem esse. Eo tantum Th. ab imitatoribus differt quod ἀκμὴν τῆς δόξης non dicit maximam quam habent, sed

www.libtool.com.cn

43. Καὶ οἵδε μὲν προσηκόντως τῇ πόλει τοιοίδε ἐγένοντο· τοὺς δὲ λοιποὺς χρὴ ἀσφαλεστέραν μὲν εὔχεσθαι, ἀτολμοτέραν δὲ μηδὲν ἀξιοῦν τὴν ἐς τοὺς πολεμίους διάνοιαν ἔχειν, σκοποῦντας μὴ λόγῳ μόνῳ τὴν ὠφελίαν, ἣν ἄν τις πρὸς οὐδὲν χεῖρον αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας μηκύνοι, λέγων ὅσα ἐν τῷ τοὺς πολεμίους ἀμύνεσθαι ἀγαθὰ ἔνεστιν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῆς πόλεως δύναμιν καθ' ἡμέραν ἔργῳ θεωμένους καὶ ἐραστὰς γιγνομένους αὐτῆς, καὶ ὅταν ὑμῖν μεγάλη δόξῃ εἶναι, ἐνθυμουμένους ὅτι τολμῶντες καὶ γιγνώσκοντες τὰ δέοντα καὶ ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι ἄνδρες 1

maximam quam fortiter mortem obeuntes sibi parant gloriam. — *ἢ τοῦ δέους.* Similiter Th. imitatus *ἐν ἀκμῇ τοῦ δέους* Cass. Dio XL 26, 2. Nefario conamine Herw. *μᾶλλον ἢ τοῦ δέους* del. Cum *μᾶλλον* sit potius, revera formidinem non habebant. Quae de tota sententia suspicatur Krueg., quod ea ne reposito quidem per coniecturam non probabilem *ζωῆς* vocabulo effici videntur, tacemus. *ἀπηλλάγησαν.* Aut *βίου*, ut Eur. Hippol. 356, aut *τοῦ ζῆν*, ut Polyb. XI 30, 3, cogitari iubet Bloomf. Respondet plane Latino decesserunt, nostro *sie schieden*. Cf. adn. ad v. *ἀπογενομένων* 34, 2. Legitur sic etiam in Eur. Heracl. 1000 et apud Arr. l. l. et Dion. Cass. LXXII 21, 2. Suid. *ἀπηλλάγησαν· ἐτελεύτησαν.*

Cap. 43. § 1. *ἀσφαλεστέραν μὲν εὔχεσθαι.* Ex iis quae sequuntur iam hic cogitandum *διάνοιαν*. *Ἀσφαλεστέραν* autem non tam ad ipsam *διάνοιαν* pertinet quam ad eius eventum: reliquos optare oportet ut tutiores sive meliore cum fortuna e periculis evadant in quae animi impulsu incurrant. *Ἀσφαλέστερα* quidem legendum conicit Krueg. et in ordinem recepit. Sed hac mutatione comprehensionis progressus *ἀντιθέσει* magnificus frangitur. — *σκοποῦντας ... ὠφελίαν*, spectantes non ex sola oratione utilitatem. Dicentis esse orationem, non *τῶν σκοπούντων* ex insequentibus verbis *ἣν ἄν τις...μηκύνοι* apparet. — *ἄν τις.* *Τί ἄν τις* scribendum speciose suspicatur Krueg. Cf. I 68, 3. IV 59, 2. Necessaria tamen mutatio non videtur et ne admittitur quidem, si *λέγων* pro *εἰ λέγοι* dictum esse putatur. — *πρὸς ... εἰδότας.* Cf. adn. I 69, 5. Simillime Cass. Dio XLIV 25, 5. — *ἀλλὰ μᾶλλον*, sed potius. Cf. 42, 4 extr. — *ἔργῳ θεωμένους* = *οἷα ἔργῳ ἐστὶν θεωμένους*, reapse (*in Wirklichkeit;* cf. Cic. de Rep. I 2, 2) contemplantes. Cf. *ἔργῳ σκοπούμενος* Plat. Tim. 68 d. Quominus interpretemur factis contemplantes, i. e. in iis quae agitis eam respicientes, eam ita contemplantes ut factis tueri et amplificare studeatis, oppositi *λόγῳ* sententia prohibemur. — *τολμῶντες* = *τολμηροί.* Ita *τολμᾶν* alibi quoque sine complemento legitur. Cf. V 76, 3. VI 56, 3. Krueg. Gr. § 52, 1 adn. 2. — *ἐν τοῖς ἔργοις*, in

www.libtool.com.cn

αὐτὰ ἐκτήσαντο, καὶ ὁπότε καὶ πείρᾳ του σφαλεῖεν, οὐκ οὖν καὶ τὴν πόλιν γε τῆς σφετέρας ἀρετῆς ἀξιοῦντες στερίσκειν, κάλλιστον δὲ ἔρανον
2 αὐτῇ προϊέμενοι. κοινῇ γὰρ τὰ σώματα διδόντες ἰδίᾳ τὸν ἀγήρων ἔπαινον ἐλάμβανον καὶ τὸν τάφον ἐπισημότατον, οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι αἰεὶ καὶ λόγου
3 καὶ ἔργου καιρῷ αἰείμνηστος καταλείπεται. ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, καὶ οὐ στηλῶν μόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ σημαίνει ἐπιγραφή, ἀλλὰ καὶ

pugnis. Cf. adn. I 105, 6. — *αἰσχυνόμενοι*, verecundi, dedecoris vitandi studiosi. Cf. I 84, 3 ibique adn. et Pseudo-Dem. Orat. LX 25 *αἱ μὲν γὰρ διὰ τῶν ὀλίγων δυναστεῖαι δέος μὲν κατεργάζονται, αἰσχύνην δ' οὐ παριστᾶσιν.* — *αὐτά* respondet superioribus *τὴν τῆς πόλεως δύναμιν.* Cf. adn. I 144, 4. — *οὐκ οὖν*, non tamen, ut *οὐκ ὢν* item in medio enuntiato apud Herod. III 137. 138. Non aliter hic *οὖν* positum est atque alibi in apodosi, velut III 95, 1. VIII 57, 2. Quare nunc cum Class. *οὐκ οὖν*, non *οὔκουν* scripsimus. Frustra *οὐ γοῦν* conicit Krueg. et insequens *καί* (etiam; nam *τῆς σφετέρας ἀρετῆς στερίσκοντες σφάλλουσι τὴν πόλιν*) del. Herw. — *ὁπότε ... σφαλεῖεν.* Similiter I 70, 7. Opt. generalis est (34, 7) et *ὁπότε καί* prope ad *εἰ καί* accedit. — *κάλλιστον ... προϊέμενοι*, pulcherrimam symbolam pro ea profundentes. *Ἔρανος* quid proprie sit docet Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 346. Hic esse *τὸ τὰ σώματα τῇ πατρίδι διδόναι* intellegitur ex iis quae sequuntur. Iam proprie ad *ἔρανον* addunt verba *ἐσφέρειν* et *διδόναι*, sed *προΐεσθαι* gravius est respondens Latinis proicere, profundere.

§ 2. *κοινῇ*. Cf. adn. I 124, 1. — *διδόντες*, discrimini obicientes, *preisgebend*. Cf. V 10, 4. — *τὸν ἔπαινον.* Articulo significatur *ὁ ἐκ τούτου γενόμενος ἔπαινος*. Cf. adn. I 143, 2. — *οὐκ ... μᾶλλον, ἀλλά.* Cf. adn. I 83, 2. — *παρὰ τῷ ἐντυχόντι.* Haec Krueg. cum *καιρῷ* coniungi non vult, sed, quia *παρά* cum dativo iunctum apud scriptores de solis animantibus dicatur (cf. Gr. § 68, 35), *τῷ ἐντυχόντι* masculinum esse arbitratus interpretatur *bei dem jedes Mal darauf Kommenden*. Sed ita posita haec verba languida sunt et obscuriora; de *παρά* autem praep. cf. adn. 89, 9. *Καιρόν* adeo in personam hic constitui putat Class., quod, cum reliqua verba huic suspicioni non faveant, nos non credimus. — *καὶ λόγου καὶ ἔργου*, et dicendi et agendi, i. e. verbis factisve eos celebrandi. Talis agendi opportunitas recurret quotienscunque bello caesi pariter exsequiis celebrabuntur (*ἔργῳ* enim eodem modo de funeris apparatu dictum est quo 35, 1, ubi cf. adn.), dicendi autem opportunitas quotienscunque in publicis orationibus maiorum virtutis mentio fiet. Cum universa sententia cf. Cic. Philipp. XIV 12, 33.

§ 3. *πᾶσα γῆ*. Sine articulo iam supra 38, 2, cuius rei causa non obscura est, sive est quaelibet terra sive tota terra. Cf. Krueg. Gr. § 50, 11 adn. 9. — *σημαίνει.* Cf. adn. 8, 3.

www.libtool.com.cn

ἐν τῇ μὴ προσηκούσῃ ἄγραφος μνήμη παρ' ἑκάστῳ
τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τοῦ ἔργου ἐνδιαιτᾶται. οὓς 4
νῦν ὑμεῖς ζηλώσαντες καὶ τὸ εὔδαιμον τὸ ἐλεύ-
θερον, τὸ δὲ ἐλεύθερον τὸ εὔψυχον κρίναντες,
μὴ περιορᾶσθε τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους. οὐ 5
γὰρ οἱ κακοπραγοῦντες δικαιότερον ἀφειδοῖεν ἂν
τοῦ βίου, οἷς ἐλπὶς οὐκ ἔστιν ἀγαθοῦ, ἀλλ' οἷς
ἡ ἐναντία μεταβολὴ ἐν τῷ ζῆν ἔτι κινδυνεύεται
καὶ ἐν οἷς μάλιστα μεγάλα τὰ διαφέροντα, ἤν τι
πταίσωσιν. ἀλγεινοτέρα γὰρ ἀνδρί γε φρόνημα 6
ἔχοντι ἡ [ἐν τῷ] μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι κάκωσις

Cap. 43. § 5. ἔστ' omnes praeter Laur. m. Ar. Chr. Dan. E. cum elisione quae alibi apud Th. non invenitur.
§ 6. ἐν τῷ om. Stob. Flor. VII 36.

Nulla igitur causa Badhamo obsecutus hoc verbum del. Herw. — μνήμη . . . γνώμης . . . ἔργου, memoria animi magis quam monumenti, i. e. in animis magis quam in cippis inscripta. Ita recte Dobr. et Class. Cf. Valer. Max. I 7 ext. 3. Krueg. tamen et Boehm. putant valere mentis potius quam facti (s. certaminis), quod quam rationem habeat parum perspicitur.

§ 4. ζηλώσαντες, ut 37, 1. — καὶ τὸ εὔδαιμον . . . κρίναντες] ἕπεται γὰρ εὐψυχία μὲν ἡ ἐλευθερία, ταύτῃ δὲ ἡ εὐδαιμονία. Schol. De articulo praedicatis addito cf. Plat. de Rep. 608 e. Krueg. Gr. § 50, 4 adn. 14. — μὴ περιορᾶσθε, nolite curare, vereri, quae vis ex circumspiciendi sententia (IV 73, 1. VI 93, 1. 103, 2. VII 33, 2) oritur. Cf. IV 124, 4. VIII 48, 4. Inepte παρορᾶσθε auctore Badhamo Herw. Nam aliena hoc l. est notio neglegendi et medium huius verbi, quod Th. nusquam habet, inusitatum.

§ 5. οὐ γὰρ οἱ κακοπραγοῦντες . . .] τὸ νόημα παράδοξον καὶ ἐναντίον τῇ κοινῇ συνηθείᾳ. Θέογνις (v. 175) γὰρ ὁ ποιήσας τὰς ὑποθήκας φησί· χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον ῥίπτειν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων. τούτῳ οὖν ἐναντίως ὁ Περικλῆς ἀποφαίνεται. Schol. Kruegero non iis quae de pauperibus vulgo iudicentur, sed Lacedaemoniorum ἐπιπόνῳ ἀσκήσει haec quoque videntur contraria. — ἀλλ' οἷς, i. e. ἀλλὰ δικαιότερον ἀφειδοῖεν ἂν τοῦ βίου ἐκεῖνοι οἷς, ex quibus ἀλλά non magis quam § 2 in ἢ mutandum esse intellegis. — ἡ ἐναντία μεταβολή, ex secunda in adversam fortunam. — ἔτι Class. cum ζῆν, nos cum κινδυνεύεται iungimus. — κινδυνεύεται, periclitatur, i. e. timenda est. Cf. adn. 35, 1. — ἐν οἷς . . . τὰ διαφέροντα, in quibus potissimum magna sunt discrimina (cf. adn. I 70, 1) secundae et adversae fortunae. Immerito ἐν suspectum est Krueg. Cf. Plat. Polit. 259 e τὴν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς διαφοράν, 285 b πρὶν ἂν ἐν αὐτῇ τὰς διαφορὰς ἴδῃ πάσας.

§ 6. ἀνδρί γε φρόνημα ἔχοντι, magnanimo certe viro; φρόνημα enim saepe elatum animum esse satis constat. — ἡ μετὰ τοῦ μαλακισθῆ-

www.libtool.com.cn

ἢ ὁ μετὰ ῥώμης καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἅμα γιγνόμενος ἀναίσθητος θάνατος.

1 44. *Διόπερ καὶ τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας*, ὅσοι πάρεστε, οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι. ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες, τὸ δ' εὐτυχές, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν, τελευτῆς, ὑμεῖς

**καὶ κάκωσις**, miseria cum mollitie iuncta seu quam quis ignavia contraxerit. „*Κάκωσιν* interpretatur Hesych. *ταπείνωσιν, δείνωσιν*.“ Abresch. „Est condicionis in deterius mutatio.“ Haack. Cf. VII 82, 1. *Μαλακίζεσθαι*, ut 42, 4 et alibi, valet *μαλακὸν ἑαυτὸν παρέχειν*. Ex interpretatione irrepsit *ἐν τῷ*, quod sensu caret et, si *ἔν τῳ* scribitur, sententiae vim imminuit. Similiter schol. 6, 5 *μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι* interpretatur *ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ γυμνάζεσθαι*. — **καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἅμα**, scil. se victuros esse. — **ἀναίσθητος**, non perceptus, dolore vacuus, scil. *ὅτι ταχὺς καὶ ἀναίσθητος καὶ ἐκτὸς βασάνων καὶ κακῶν τῶν ἐκ τῆς νόσου*, ut interpretatur Dionys. Hal. p. 297.

Cap. 44. § 1. **νῦν**. „Interpositum est, ut *ἄνω* 83, 1; cf. 45, 2.“ Krueg., qui de *τοκεῖς* voce citat Gr. dial. § 43, 1 adn. 1. — **οὐκ ὀλοφύρομαι . . . παραμυθήσομαι**, non magis deploro quam consolabor. Rationem habet temporum diversitas. Prius enim verbum praesentem animi sensum, posterius ea quae deinde consolandi causa dicturus est significat, quam subtilitatem tollit Herw. auctore Steph. *ὀλοφυροῦμαι* scribens. — **ἐν πολυτρόποις . . . τραφέντες**, in variis enim casibus (inter varios . . . casus) sciunt se aetate progressos esse sive vixisse. Cum sic *τραφῆναι* etiam de grandioribus natu dicatur, velut in Soph. OR. 1380, ubi cf. Schneidewini adn., non opus est Cobeti coniectura *ἐπὶ κ. ξ.*, quam Eur. Iph. A. 29 conferens protulit in Mnemos. nov. ser. VIII p. 104. Praeterea hic animadvertendum est oratorem partim de parentibus loqui, partim eos alloqui. Utrumque dicendi genus cum mixtum sit in primo huius cap. enuntiato, in hoc idem fit (*ἐπίστανται, ὑμεῖς*), deinde vero § 2 eos alloquitur (*ἕξετε*) itemque postea; nam *ἐπίστανται* ex *ἐπίστασθε* factum esse prorsus est incredibile. — **τὸ δ' εὐτυχές, οἳ ἂν κ. τ. λ.** Primum ad *τὸ εὐτ.* cogita *ἐστίν*; nam si hoc quoque ab *ἐπίστανται* Th. pendere voluisset, quoniam *τὸ εὐτυχὲς ἐπίστανται* nihil aliud est quam felicitatem intellegunt, vel perspicuitatis causa *ὂν* addendum erat. Deinde super dicendi genere *τὸ εὐτυχές ἐστιν οἳ ἂν* cum coniunct. cf. Matth. Gr. § 633, 6. Omnino *ὃς ἂν* non praecedente pronomine demonstrativo aliquotiens recte in *ἐάν τις* resolvitur. Cf. II 62, 4. VI 14. 16, 3. VII 68, 1. Krueg. Gr. § 51, 13 adn. 11. Sententia est haec: felicitas vero in eo posita est si quibus honestissimus vel, ut his nunc, exitus vel, ut vobis, luctus obtigit. Repetendum est ante *ὑμεῖς δὲ ὥσπερ*, et *εὐπρεπεστάτης* refertur et ad *τελευτῆς* et ad *λύπης*. Cf. *τῆς ἀνθρωπείας τῶν μὲν . . . νομίσεως, τῶν δὲ . . . βουλήσεως* V 105 et alia apud Krueg. ad Dion. p. 181.

www.libtool.com.cn



δὲ λύπης, καὶ οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ⟨ἡ εὐδαιμονία⟩ ξυνεμετρήθη.

— καὶ οἷς . . . ξυνεμετρήθη. In duabus maxime rebus hic, si retineatur codd. scriptura, haereas. Primum in mutatione orationis οἳ ἂν λάχωσι . . . καὶ οἷς ξυνεμετρήθη. Sed eandem vicissitudinem habes IV 92, 1, ubi cf. adn., contrariam IV 18, 4, ubi cf. adn., et Hesiod. Opp. 224. Atque eius causa in aperto est. Postquam enim orator generalem sententiam οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν τελευτῆς (ἢ) λύπης interpositis ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν — ὑμεῖς δὲ ad bello caesos eorumque parentes speciatim pertinere indicavit, non iam retinet generalem enuntiationem, sed ea relicta ipsam rem factam singillatim eloquitur eoque indicat se hic quoque de defunctis potissimum cogitare. Itaque brevius dicit οἷς . . . ξυνεμετρήθη pro οἷς ἂν ὥσπερ τοῖσδε . . . ξυμμετρηθῇ. Quare hinc quidem causa repeti nequit cur Class. auctore ὡς pro οἷς scribamus, ut insequentia ab ἐπίστανται pendeant. Deinde cum ex legibus linguae Graecae ἐνευδαιμονῆσαι ὁ βίος ξυνεμετρήθη nihil aliud significet quam ὁ βίος ξυνεμετρήθη εὐδαιμονῆσαι ἐν αὐτῷ (cf. adn. 20, 4 et Eur. Phoen. 725 ἐνδυστυχῆσαι δεινὸν εὐφρόνης κνέφας ibique Weckl.), eodem modo ἐντελευτῆσαι est intellegendum. At vitam non morte, sed in vita finiri absurdum est. Quare Krueg. ἐναριστεῦσαι conicit. Sed non solum iusto maior est haec mutatio et ἀριστεύειν poëtarum atque dialectorum esse verbum ipse Krueg. fatetur, verum etiam non eam hoc vim habet quae, ut τὲ ὁμοίως καί postulat, τῷ ἐνευδαιμονῆσαι ex adverso respondeat. Classeno insuper tota sententia verborum superioribus πολυτρόποις ξυμφοραῖς, quae doceant vicissitudinem tristium et felicium rerum ξυμμέτρησιν vitae humanae esse, videtur repugnare. Parum probabiliter igitur pro ἐντελευτῆσαι suspicatur verbum quale sit ἐναλγῆσαι vel ἐλλυπηθῆναι reponendum esse. Immo orator parentes, quoniam sciant se in variis casibus vitam transegisse, laetari posse dicit quod filii, cum adolevissent, honesta morte perierint, antequam calamitates experti essent, sive quod concentus quidam felicis vitae et mortis iis contigerit. Cf. Annal. phil. 1866 p. 211. Et ne ipsa quidem quam Class. efficere vult sententia satis apta est. Quo enim iure ii felices esse dicuntur qui in secundis rebus pariter atque in miseris fuerint, quasi vero hoc omnino fieri nequeat ut quis magis secunda quam adversa fortuna utatur? Et quomodo hoc in iis potissimum valet qui, cum eorum parentes adhuc vivant, iuvenili aetate mortem obierunt? Itaque nihilo probabilius ἐνταλαιπωρῆσαι est, quod in eandem fere sententiam Herw. ausus est substituere. Accedit quod ab oratore quaesita videtur esse hoc loco vitae et mortis oppositio, ad quam verbum τελευτῆσαι necessarium est. Antehac igitur nobis scribendum esse videbatur εὖ τελευτῆσαι. Sed ne hoc quidem nunc sufficere putamus. Quanquam enim non satis valet quod Class. opponit, dici non posse vitam nobis ad felicem finem datam esse, cum ξυμμετρηθῆναι non sit datum esse, tamen qui felicem vitam feliciter finiunt, eorum non dicendum est vitam felici exitui, sed felicem exitum vitae congruum esse factum. Accedit quod ἐντελευτῆσαι et ἐνευδαιμονῆσαι sibi invicem patrocinari videntur. Cum igitur retinendum sit ἐντελευτῆ-

www.libtool.com.cn

2 χαλεπὸν μὲν οὖν οἶδα πείθειν ὄν, ὧν καὶ πολλάκις ἕξετε ὑπομνήματα ἐν ἄλλων εὐτυχίαις, αἷς ποτε καὶ αὐτοὶ ἠγάλλεσθε· καὶ λύπη οὐχ ὧν ἄν τις μὴ πειρασάμενος ἀγαθῶν στερίσκηται, ἀλλ' οὗ ἂν

Cap. 44. § 2. πειρασόμενος omnes praeter sec. m. et paucos deteriores. Cf. adn.

σαι neque ad vitam referri possit, necesse est exciderit illud in quo vitam finire dicantur. Hoc autem nihil aliud esse potest quam ipsa felicitas. Etenim respicitur vetus illud dictum (λόγος ἀρχαῖος Soph. Trach. 1) Herodoti historia maxime celebratum, ante mortem neminem esse beatum praedicandum, similiter atque § 4 Simonidis quaedam sententia spectatur. Cf. φθόνος θεῶν VII 77, 4 commemoratus. Quae cum ita sint, certissima est Reifferscheidii emendatio, qui l. l. p. 7 sq. ἡ εὐδαιμονία addendum esse vidit, quo haec efficitur sententia subtili contrariorum ratione vere Thucydidea: quibus ad felicitatem in ea fruendam vita pariter atque ad vitam in ea finiendam felicitas congrua facta sive accommodata est. De vanis reliquorum suspicionibus tacere praestat.

§ 2. χαλεπὸν ... πείθειν ὄν. Madv. in Adv. crit. I p. 310 in hoc loco offendit, quod, cum πείθειν ad iudicium proxime ante de εὐτυχίᾳ propositum referatur, τοῦτο πείθειν dicendum fuerit et in iis quae deinde sequuntur requiratur aliquid quod ad oblivionem et doloris lenitatem pertineat; quare ἀπαθεῖν conicit, verbum recentioribus demum usitatum. Sed ὧν καὶ ... ἠγάλλεσθε causam continet cur difficile sit illis persuaderi ea quibus se consolentur; quod vero priorem offensionem attinet, et Th. (cf. ex hoc ipso libro 63, 3. 73, 1. 81, 2) et alii scriptores (cf. Xen. Anab. III 1, 26. Lys. VII 21. Aristoph. Plut. 600) saepissime πείθειν sine obiecto rei ponunt, modo id facile intellegatur. Alia de causa πείθειν suspectat Reifferscb. l. l. p. 9; cum τὸ δ' εὐτυχές ex ἐπίστανται aptum sit, iis qui sciant qualis sit felicitas hominibus concessa id ipsum persuadere non opus esse; quare πενθεῖν proponit in eam sententiam ut grave esse lugere dicatur. Sed causa qua hic commovetur ut πείθειν corruptum esse iudicet nobis potius argumento est τὸ δ' εὐτυχές non posse ab ἐπίστανται pendere, quod idem etiam alia de causa supra statuimus. Quod autem Class., qui cum Reifferscb. de τὸ δ' εὐτυχές ex ἐπίστανται apto consentit, contra eum dicit πείθειν apud Th. nonnunquam nihil aliud significare quam omnino ad sententiam suam aliquem perducere, velut I 65, 1. III 54, 1. IV 87, 2. 118, 2, alibi, ideoque eo hic superius παραμυθήσομαι (§ 1) repeti, ad suam sententiam aliquem perducere non idem est atque consolari, et cum orator quae de humana felicitate parentes scire dicit, eadem et ipse sine dubio pro certis habeat, de his quidem, quae et ipsa ad consolationem pertinent, et parentes et orator eadem sentiunt neque illis persuaderi opus est. Itaque maneret Reifferscb. offensio, nisi τὸ δ' εὐτυχές ab ἐπίστανται disiungeremus. — ὧν = ἐπεὶ τῶνδε. Cf. adn. I 140, 5. — ἐν ἄλλων εὐτυχίαις, scil. eorum quorum filii adhuc superstites sunt. — πειρασάμενος, non πειρασόμενος recipiendum est, quoniam de bonis sermo est quibus quis

www.libtool.com.cn


ἐθὰς γενόμενος ἀφαιρεθῇ. καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ 3
ἄλλων παίδων ἐλπίδι οἷς ἔτι ἡλικία τέκνωσιν ποιεῖσθαι· ἰδίᾳ τε γὰρ τῶν οὐκ ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοί τισιν ἔσονται, καὶ τῇ πόλει διχόθεν, ἔκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι καὶ ἀσφαλείᾳ, ξυνοίσει· οὐ γὰρ οἷόν τε ἴσον τι ἢ δίκαιον βουλεύεσθαι οἳ ἂν μὴ καὶ παῖδας ἐκ τοῦ ὁμοίου παραβαλλόμενοι κινδυνεύωσιν. ὅσοι δ' αὖ παρηβήκατε, τόν 4
τε πλείονα κέρδος ὃν ηὐτυχεῖτε βίον ἡγεῖσθε καὶ τόνδε βραχὺν ἔσεσθαι, καὶ τῇ τῶνδε εὐκλείᾳ κουφίζεσθε. τὸ γὰρ φιλότιμον ἀγήρων μόνον, καὶ

ἀφαιρεθῇ Laur. Aug. m. Vind. Ar. Chr., reliqui ἀφαιρεθείη. Cf. adn.

§ 3. ἰδίᾳ γάρ τε codd. Legitimam verborum collocationem restituerunt Krueg. Boehm. Class.

non fructus est, sed frui potuisset, nisi iis privatus esset. Oppositum est ἐθὰς γενόμενος. Cf. V 69, 1 et de μή Krueg. Gr. § 67, 9 adn. 3. — οὐ ἂν ... ἀφαιρεθῇ. Genet. ex ἐθάς pendet (cf. Soph. El. 372) et ad ἀφαιρεθῇ cogitandum est αὐτό (cf. 41, 5). Male optimorum librorum scripturam ἀφαιρεθείη defendit Class. Nam enuntiatio generalis quae praesentis sit temporis coniunctivum postulat et dicendum est quo quis privatus fuerit, non quo quis possit privari. Et quod Class. speciatim respici putat ipsam parentum condicionem, huic rationi aptus est aoristus, non coniunctivus.

§ 3. τέκνωσιν ποιεῖσθαι = παιδοποιεῖσθαι. Cf. adn. I 68, 2. — τῶν οὐκ ὄντων] τῶν τεθνηκότων. Schol. Cf. 45, 1. — λήθη, materia vel causa obliviscendi. Cf. adn. I 52, 2. — διχόθεν ... ἀσφαλείᾳ, bifariam, et quod urbs non desolabitur et securitatis causa (i. e. quod tutior erit aut ut tutior sit). Cf. adn. I 32, 5 et de dativo aut causae aut consilii Krueg. Gr. § 48, 15 adn. 5. — ξυνοίσει. Nominativus est τὸ ἐπιγίγνεσθαι, etsi Krueg. ξυμφέρει impersonaliter vult esse positum; sed talium impersonalium quae dicuntur nomina solent esse infinitivi. — παῖδας ... παραβαλλόμενοι κινδυνεύωσιν, (qui non) perinde atque alii liberis suis in discrimen datis (discrimini obiectis) periculum adeant, scil. ne iis priventur. De παραβάλλεσθαι cf. III 14, 1. 65, 3, de vv. ἐκ τοῦ ὁμοίου adn. I 51, 2. Hinc eam legem Atticam explicandam esse quae oratoribus et ducibus liberos esse iubeat docet Bloomf. Cf. Dinarch. I 71.

§ 4. παρηβήκατε, aetatis vigorem transistis. Hi contrario verbo opponuntur iis οἷς ἔτι ἡλικία τέκνωσιν ποιεῖσθαι § 3. — τόν τε κ. τ. λ. Hinc incipit apodosis. Ex imperativo ἡγεῖσθε pendet primum duplex accusativus τὸν βίον κέρδος, tum accusativus et infinitivus. — κουφίζεσθε, levamini, i. e. erigimini, dolorem levate. — τὸ φιλότιμον, i. e. ἡ φιλοτιμία. Cum honoris cupiditas etiam in senectute maneat, filiorum gloria, quippe qua haec

www.libtool.com.cn

οὐκ ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν, ὥσπερ τινές φασι, μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι.
1 45. παισὶ δ' αὖ ὅσοι τῶνδε πάρεστε ἢ ἀδελφοῖς ὁρῶ μέγαν τὸν ἀγῶνα (τὸν γὰρ οὐκ ὄντα ἅπας εἴωθεν ἐπαινεῖν), καὶ μόλις ἂν καθ' ὑπερβολὴν ἀρετῆς οὐχ ὁμοῖοι, ἀλλ' ὀλίγῳ χείρους κριθεῖτε· φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον, τὸ δὲ

expleatur, se consolari possunt; delectat enim eos quod propter filios honorantur. Cf. Tiber. περὶ σχημ. VIII p. 574 et adn. I 6, 3. — ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας, in aetate (militiae) inhabili. Cf. adn. I 93, 6. — ὥσπερ τινές φασι, velut Simonides, ut tradit Plut. in Mor. p. 785 b, dixit πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας αὐτῷ φιλαργυρίαν ὅτι τῶν ἄλλων ἀπεστηρημένος διὰ τὸ γῆρας ἡδονῶν ὑπὸ μιᾶς ἔτι γηροβοσκεῖται, τῆς ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν. — ἀλλά. De hoc cf. adn. I 83, 2 et II 43, 2.

Cap. 45. § 1. παισὶ ... ὅσοι τῶνδε πάρεστε. Genetivus, id quod ex similibus verbis 44, 1 apparet, in enuntiationem relativam transpositus est. Cf. 48, 3. 67, 4. IV 109, 1. V 36, 1. VI 100, 1. VII 43, 3. Matth. Gr. § 443, 2. Krueg. Gr. § 47, 9 adn. 5. Pflugk. ad Eur. Hel. 1027. De articulo apud nom. παῖδες et ἀδελφοί omisso vid. Krueg. Gr. § 50, 3 adn. 8. — ὁρῶ μέγαν τὸν ἀγῶνα, scil. ut eorum virtutis laudem assequamini, id quod ex causa deinde interposita cognoscitur. Ad μέγαν cogita ὄντα. — τὸν γὰρ οὐκ ὄντα (cf. adn. 44, 3) ... ἐπαινεῖν del. Steup. in Mus. Rhen. XXVIII p. 183, eo offensus quod haec inter ὁρῶ μέγαν τὸν ἀγῶνα et ea verba quibus haec generalis sententia accuratius circumscriberetur (καὶ μόλις ... κριθεῖτε) alieno loco intercederent, praesertim cum etiam deinde sequatur causa verbis φθόνος γὰρ ... τετίμηται indicata. Sed non perspicimus cur sententia generalis suam causam non item habere possit atque eius circumscriptio, modo utraque apta sit et haec non ad priorem causam, sed ea interposita ad sententiam generalem adiungatur. Etenim similem sententiarum ordinem habes I 8, 2—4. Neque prior causa plane eadem est atque altera, sed utraque ad sententiam quae ea demonstratur pariter accommodata. Tum vero etiam quale sit illud certamen interposita causa accuratius indicatur. — καθ' ὑπερβολὴν ἀρετῆς, virtutis exsuperantia, propter eximiam (vestram) virtutem, eximia virtute conspicui. — φθόνος ... πρὸς τὸ ἀντίπαλον, invidetur enim viventibus propter aemulationem. Nam τοὺς ζῶντας non invidere, sed iis invideri et ex contraria sententia τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν ... τετίμηται elucet et ex simili dicto Demosth. XVIII 315 τοῖς μὲν ζῶσι πᾶσιν ὕπεστί τις ἢ πλείων ἢ ἐλάττων φθόνος, τοὺς τεθνεῶτας δ' οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς ἔτι μισεῖ. Ad τὸ ἀντίπαλον cf. τὸ πολέμιον III 56, 3. V 11, 1 et τὸ φοβερόν VI 55, 3. VII 68, 3 et de πρός praep. adn. III 40, 7. IV 80, 2. V 14, 3. VIII 2, 1. 39, 2. 50, 1. Minus apte Reiffersch. l. l. p. 10 πρὸς τὸ ἀντίπαλον adverbialiter accipere vult comparans πρὸς τὸ καρτερόν, πρὸς τἀνδρεῖον, πρὸς τἀναιδές, similia. Male τοῖς ζῶσι del. Steup. l. l. p. 182, quod, cum τὸ ἀντίπαλον et τὸ μὴ ἐμποδών inter

www.libtool.com.cn


μὴ ἐμποδὼν ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται. εἰ δέ 2
με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς, ὅσαι νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται, μνησθῆναι, βραχείᾳ παραινέσει ἅπαν σημανῶ. τῆς τε γὰρ ὑπαρχούσης φύσεως μὴ χείροσι γενέσθαι ὑμῖν μεγάλη ἡ δόξα καὶ ἧς ἂν ἐπ' ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι κλέος ᾖ.

se opposita essent et *τὸ ἀντίπαλον* id cui invideretur, necesse esset *τοὺς ζῶντας* contra sententiarum cohaerentiam eos esse qui inviderent. Sed fallitur. Nam cum *τὸ ἀντίπαλον* idem sit atque *τὸ ἀνταγώνιστον*, contraria sunt *πρὸς τὸ ἀντίπαλον* et *ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ*, *τοῖς ζῶσι* et *τὸ μὴ ἐμποδών*, *φθόνος* et *τετίμηται*. Exempto igitur *τοῖς ζῶσι* mutilata est oppositio. Ad *τὸ μὴ ἐμποδών* = *οἱ μὴ ἐμποδών* cf. haec: *πᾶν τὸ ἐξ ἐναντίας* VII 44, 4, *τὸ Πελοποννήσιον* V 3, 4, *τὸ φαῦλον* et alia VI 18, 6, *τὸ ἄλλο* IV 96, 2. V 3, 4. VIII 55, 3, *τὸ ἔλασσον* IV 86, 4, *τὸ πλέον* III 71, 1. IV 86, 4, *ὅπερ ἦν πλεῖστον* IV 33, 1, *τὸ πλεῖστον καὶ ὅσον ἦν ξυνεστραμμένον* II 4, 5, *τὶ πλέον τὸ κωλῦσον* IV 78, 5, *τὶ βουλόμενον* VII 48, 2. 49, 1, *τὸ θεραπεῦον* et *τὸ μὴ ὑπεῖκον* III 39, 5, *τὸ μαχόμενον* IV 96, 4, *πᾶν τὸ μήπω μεμαχημένον* VII 43, 7, *τὸ διάφορον* VII 55, 2. Cf. V 9, 8. VI 35, 1. 69, 3. — *τετίμηται*, in honore est.

§ 2. *γυναικείας τι ἀρετῆς ... μνησθῆναι*, propr. de virtute muliebri aliquam mentionem facere, i. e. commemorare qualis virtus muliebris esse debeat. Tum *ὅσαι* refertur ad genet. *τῶν γυναικῶν*, qui inest in adiect. *γυναικείας*. Cf. VIII 6, 3. Soph. Trach. 260. Krueg. Gr. § 43, 3 adn. 12. — *τῆς ὑπαρχούσης ... χείροσι γενέσθαι*, indole quam habetis (seu propria vestra natura) non deteriores esse. „Vult ut ne sint abiecto prorsus animo; nam lamentari huic sexui imbecilliori conceditur.“ Haack. „At quomodo tali moderationi *μεγάλη δόξα* tribui potest? De universa virtute mulierum agitur ratione habita iudicii *ὅτι ἡ θήλεια ἡμῖν φύσις ἐστὶ πρὸς ἀρετὴν χείρων τῆς τῶν ἀρρένων* Plat. Legg. p. 781 b.“ Krueger. Respici Lacaenas, quae naturam muliebrem superare studuerint, animadvertit Reiffersch. l. l. p. 10; simul tamen alludere oratorem ad dictum illud Elpinicae a Plut. Pericl. 28 commemoratum, muliebris insolentiae documentum. *Ὑπάρχουσα* = *οἰκεία*, ut II 61, 4 et alibi. — *καὶ ἧς ... κλέος ᾖ*, et (magna est gloria) eius feminae de qua quam minimus sive in bonam sive in malam partem (propr. quod attinet ad virtutem vel secundum adn. I 33, 2 ad virtutis laudem aut ad reprehensionem) inter mares rumor sit, aut de cuius virtute aut probro quam minima inter mares fama sit. Altera ratio simplicior quidem est, sed praepositionis *περί* collocatio cum ea conciliari vix potest. De vv. *κλέος τινός* cf. adn. I 61, 1. 69, 5. Ipsum *κλέος*, quod I 10, 2. 25, 4 de gloria legimus, hic est nomen *μέσον* quod vocatur, ut non raro apud poëtas (cf. Soph. Phil. 251), pariter atque *δόξα, ἐλπίς, ἐλπίζειν*, alia similia, quae in utramque partem dicuntur.

www.libtool.com.cn

1 46. *Εἴρηται καὶ ἐμοὶ λόγῳ κατὰ τὸν νόμον ὅσα εἶχον πρόσφορα, καὶ ἔργῳ οἱ θαπτόμενοι τὰ μὲν ἤδη κεκόσμηνται, τὰ δὲ αὐτῶν τοὺς παῖδας τὸ ἀπὸ τοῦδε δημοσίᾳ ἡ πόλις μέχρι ἥβης θρέψει, ὠφέλιμον στέφανον τοῖσδέ τε καὶ τοῖς λειπομένοις τῶν τοιῶνδε ἀγώνων προτιθεῖσα· ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι*
2 *πολιτεύουσιν. νῦν δὲ ἀπολοφυράμενοι ὃν προσήκει ἕκαστος ἀποχωρεῖτε.*"

Cap. 46. § 1. *τὰ ἀπὸ τοῦδε* It. Vat. Pal. Aug. Cass. Cl. Ven., contra morem. Vid. IV 114, 5. Xen. Cyr. IV 2, 22. V 1, 5. 2, 35. § 2. *ἄπιτε* Laur. m. et deteriores aliquot, cuius interpretationem *ἀποχωρεῖτε* nonnulli putant esse. Potuit tamen illud ex loquendi more recepto, qui Plat. Menex. 249c. Pseudo-Demosth. LX 37 aliisque locis comprobatur, irrepere.

Cap. 46. § 1. **Εἴρηται καὶ ἐμοὶ λόγῳ.** Ob alterum membrum proprie *καὶ λόγῳ ἐμοὶ εἴρηται* scribendum erat, sed ut contionem ad finem properare indicaret, scriptor *εἴρηται*, quo verbo finiri orationes solent, anteposuit, deinde orationem mutavit. Nisi, ut Krueg. aliique, ad initium orationis *ἐμοὶ δ' ἀρκοῦν κ. τ. λ.* et *καὶ ἐμέ* 35, 1 et 3 respici malumus dicere. *Λόγῳ* ad *εἴρηται* non solum aequabilitatis causa additum esse (cf. adn. I 22, 1) hic statim patet. — **μέχρι ἥβης θρέψει**] *μέχρι ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν.* Schol. Proprie quidem *ἥβη* est *τὸ ἑκκαίδεκα ἐτῶν γενέσθαι* (cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 123, 3), sed *μέχρι ἥβης* Thuc. dicens peractam *ἥβην* videtur velle intellegi. Cf. l. l. § 123, 5. 8 et de ambigua v. *ἥβη* vi Steph. Thes. De re vid. Plat. Menex. 249 b. interpr. Schneid. ad Pseudo-Xen. de Vectig. 2, 2. — **στέφανον ... προτιθεῖσα.** „*Τοῖσδε*, his, i. e. mortuis, *τοῖς λειπομένοις*, superstitibus. Iunge *στέφανον* et *ἀγώνων*." Dobr. Cum *προτιθέναι*, ut proponere Latinorum, nonnunquam nihil aliud sit nisi palam vel publice constituere (cf. III 67, 6. Plat. Phaed. 90 b), non opus est ad *τοῖσδε* per zeugma *προστιθεῖσα* aut *προθεῖσα* per syntaxim *ἀπὸ κοινοῦ* cogitare. *Στέφανος* translatam vim habet, in qua ad coronas victoribus ludorum datas respicitur. Cf. IV 121, 1. — **ἆθλα ... πολιτεύουσι.** De *δέ* vid. adn. I 11, 1. 37, 5. II 65, 5. Vulgatum *τοῖσδε* quanquam defendi potest exemplis qualia sunt Soph. Phil. 87. El. 441, ubi cf. Schneidewini adn., tamen ideo hic minus aptum videtur quod proxime ante idem de mortuis dictum est.

§ 2. **ἀπολοφυράμενοι** *παυσάμενοι τοῦ ὀλοφύρεσθαι* intellegit Class., similiter atque *ἀπαλγήσαντας* explicat schol. ad 61, 4. Pro simplici *ὀλοφύρεσθαι* tamen alibi constanter legitur, neque aliter *ἀποκλαίω* et *ἀποδύρομαι* usurpantur. Quare aoristi, non ipsius verbi illam vim esse malumus. — **ὃν προσήκει ἕκαστος.** Consecutio verborum haec est: *ἀπολοφυράμενοι ἕκαστος ὃν προσήκει (αὐτῷ ἀπολοφύρεσθαι).* Cf. Krueg. Gr. § 55, 4 adn. 11 et 58, 4 adn. 5. — **ἀποχωρεῖτε.** Usitatum verbum quo tales con-

www.libtool.com.cn

47. Τοιόσδε μὲν ὁ τάφος ἐγένετο ἐν τῷ χειμῶνι 1 τούτῳ. καὶ διελθόντος αὐτοῦ πρῶτον ἔτος τῷ πολέμῳ τῷδε ἐτελεύτα.

Τοῦ δὲ θέρους εὐθὺς ἀρχομένου Πελοπον- 2 νήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τὰ δύο μέρη ὥσπερ καὶ

Cap. 47. § 1. τῷ πολέμῳ τῷδε, Dan., τῷ πολέμῳ τούτῳ m., reliqui τοῦ πολέμου τοῦδε praeter τοῦ πολέμου τούτου Laur. E. Reliquis locis omnibus (70. 5. 103, 2. III 25, 2. 88, 4. 116, 3. IV 51. 116, 3. 135, 2. V 39, 3. 51, 2. 56, 5. 81, 2. 83, 4. VI 7, 4. 93, 4. VII 19, 4. VIII 6, 5. 60, 3) Th. in hac clausula dat. habet.

tiones dimittebantur erat ἄπιτε. Comparantur Latina discedite (Liv. II 56, 12) et ilicet.

Cap. 47. Sequitur locus illustris qui est de pestilentia, quam λοιμικὴν κατάστασιν vocat Suid. in μεταποιεῖσθαι. Cum hac pestilentiae descriptione praeter ceteros conferendus est Lucretius, qui de Rerum natura VI 1136 sqq. eandem luem ita depinxit ut saepissime ipsa verba Thucydidis, quoad poëtae Latino licuit, interpretatus sit; deinde Procopius Bell. Pers. II 22. 23 p. 78 sqq. de pestilentia quae a 542 p. Chr. n. Constantinopolim depopulata est diligenter et non raro verbis Thucydideis explicans; denique Cantacuzenus IV 8 p. 49 sqq., qui de alia pestilentia a. 1347 loquens multa iisdem verbis, sed alio sententiarum ordine descripsit. Nec sine fructu comparabuntur Verg. Georg. III 478 sqq. Ovid. Met. VII 523 sqq. Multum quaesitum est utrum lues Attica pestilentia inguinaria seu febris pestilentialis quam medici vocant an morbus alius generis illo tempore vulgatus et contagiosus fuisset. Ex maximo autem medicinae peritorum de hac re dissensu hoc apparere videtur, eam nulli eorum morborum aequari posse quos hodie accuratius cognitos habemus et fortasse complures morborum species in eam coaluisse. Morbum vulgatum (ἐπιδήμιον) fuisse ex 48, 1—3 et 49, 1, contagiosum ex 51, 4. 5 et 58 certissime intellegimus. „Une fièvre éruptive, différente de la variole et éteinte aujourd'hui" appellat Littré ad Hippocr. I p. 122 apud Grot. Hist. VI p. 209 (interpr. III p. 433). Utcunque est, eam rem diiudicare non grammaticorum atque interpretum est, sed medicorum. Qui autem plura de hac re discere cupient, priorum de ea sententias compositas invenient in ed. maiore. — Thucydides narrationem suam in tres partes discripsit, quarum prima (c. 47. 48) originem et causas pestilentiae declarat, altera (c. 49. 50) naturam, indicia, clades morbi describit, tertia (c. 51 sqq.) quam vim et ad mores et ad totam vitam habuerit explanat et examinat. De strage Athenis hoc morbo effecta cf. III 87, 2. 3.

§ 1. τάφος, i. e. ταφή, ut apud alios quosdam et iam 34, 4. Contra ταφήν pro τάφῳ dixit Soph. Cf. Lob. ad Ai. 1090. — ἐτελεύτα. Ita imperfectum in singulorum annorum clausulis legitur, quia ad rei effectum, qui permanebat, respicitur.

§ 2. Πελοποννήσιοι . . . τὰ δύο μέρη. De appositionis natura vid. Krueg. Gr. § 57, 8 adn., de verbis τὰ δύο μέρη adn. I 74, 1 et II 10, 2, ad quem alterum locum respiciunt etiam

www.libtool.com.cn

τὸ πρῶτον ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν (ἡγεῖτο δὲ
Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου, Λακεδαιμονίων βασι-
3 λεύς), καὶ καθεζόμενοι ἐδῄουν τὴν γῆν. καὶ ὄντων
αὐτῶν οὐ πολλάς πω ἡμέρας ἐν τῇ Ἀττικῇ ἡ
νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις,
λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατα-
σκῆψαι καὶ περὶ Λῆμνον καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις, οὐ
μέντοι τοσοῦτός γε λοιμὸς οὐδὲ φθορὰ οὕτως
4 ἀνθρώπων οὐδαμοῦ ἐμνημονεύετο γενέσθαι. οὔτε
γὰρ ἰατροὶ ἤρκουν, τὸ πρῶτον θεραπεύοντες ἀγνοίᾳ,
ἀλλ' αὐτοὶ μάλιστα ἔθνῃσκον ὅσῳ καὶ μάλιστα
προσῇσαν, οὔτε ἄλλη ἀνθρωπεία τέχνη οὐδεμία· ὅσα

verba ὥσπερ καὶ τὸ πρῶτον. — ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττ. Cf. Diod. XII 45, 1. — ἡγεῖτο ... βασιλεύς. Eadem adfuerunt 19, 1 et redeunt 71, 1. Cf. de hist. Thuc. comment. p. 102.

§ 3. ἡ νόσος, notus ille morbus, pestilentia. Cf. VI 26, 2. — λεγόμενον. Dubitatur sitne casus absolutus (cf. adn. ad εἰρημένον I 140, 2), ita ut ad ἐγκατασκῆψαι audiatur αὐτήν, an per σχῆμα πρὸς τὸ συνώνυμον relatum sit ad nomen νόσημα. Haec ratio, etiam a Matth. Gr. § 434 extr. et Bernh. Synt. p. 430 probata, videtur anteponenda, primum quia illud αὐτήν non est additum, deinde quia etiam in toto proximo capite (cf. ibi § 3) scriptor neutro genere ita utitur ut si νόσημα antecesserit. Contra Sophocles αὕτη post νόσημα, quasi νόσος praecessisset, posuit Phil. 758. — ἐγκατασκῆψαι. Vi intransitiva, ut κατασκήπτειν 49, 8 et apud alios ἐνσκήπτειν et ἐπισκ. Pro his ἐμπίπτειν 48, 2 et paulo aliter ἐπιπίπτειν ibid. § 3. — ἐν ἄλλοις χωρίοις. Ne ἐς ἄλλα χωρία scribendum fuisse putes, cogita sententiam hanc esse, pestilentiam circa Lemnum et alibi in multa loca (πολλαχόσε) ingruisse. Clarior esset haec vis, si ἐν ἄλλαις χώραις legeretur. — οὕτως, adeo, tantopere, relatum est ad γενέσθαι, cum posset etiam voce cum nomine iuncta τοσαύτη scribi. Cf. Xen. Anab. VII 4, 3 ἦν χιὼν πολλὴ καὶ ψῦχος οὕτως ὥστε κ. τ. λ.

§ 4. οὔτε ... ἤρκουν, neque enim medici opem ac salutem ferebant. Pro his Cantac. IV 8 οὔτε ἰατρῶν ἐξήρκει τέχνη οὐδεμία, sicut ipse Thuc. in altero membro οὔτε ἄλλη ... τέχνη οὐδεμία dixit. — τὸ πρῶτον θεραπεύοντες ἀγνοίᾳ, qui primum cum inscientia morbi (i. e. morbi natura non perspecta) aegros curabant. Non licet vertere cum ... curarent; nam ne postero quidem tempore medicamentis quicquam effectum est. Cf. 51, 2. — μάλιστα ... ὅσῳ ... μάλιστα. Cf. adn. I 68, 2. — ἀνθρωπεία τέχνη] οἷον μαντική, ἐπῳδαί. Schol. Cf. Grot. Hist. VI p. 213 (interpr. III p. 436). — ὅσα. Plenius ὅσας ἱκετείας. Cf. quae de figura etymologica contracta exposita sunt ad I 6, 6. — πρὸς ἱεροῖς, ad loca sacra. Cf. πρὸς αὐτοῖς III 81, 5. Aristid. I p. 226. Plut.

www.libtool.com.cn

τε πρὸς ἱεροῖς ἱκέτευσαν ἢ μαντείοις καὶ τοῖς τοιού-
τοις ἐχρήσαντο, πάντα ἀνωφελῆ ἦν, τελευτῶντές τε
αὐτῶν ἀπέστησαν ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικώμενοι.

48. Ἤρξατο δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ὡς λέγεται, 1
ἐξ Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ Αἰγύπτου, ἔπειτα δὲ καὶ
ἐς Αἴγυπτον καὶ Λιβύην κατέβη καὶ ἐς τὴν βασι-
λέως γῆν τὴν πολλήν. ἐς δὲ τὴν Ἀθηναίων πόλιν 2
ἐξαπιναίως ἐσέπεσε, καὶ τὸ πρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ
ἥψατο τῶν ἀνθρώπων, ὥστε καὶ ἐλέχθη ὑπ' αὐτῶν
ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐσβεβλήκοιεν ἐς τὰ
φρέατα· κρῆναι γὰρ οὔπω ἦσαν αὐτόθι. ὕστερον
δὲ καὶ ἐς τὴν ἄνω πόλιν ἀφίκετο καὶ ἔθνῃσκον
πολλῷ μᾶλλον ἤδη. λεγέτω μὲν οὖν περὶ αὐτοῦ 3
ὡς ἕκαστος γιγνώσκει καὶ ἰατρὸς καὶ ἰδιώτης ἀφ'
ὅτου εἰκὸς ἦν γενέσθαι αὐτό, καὶ τὰς αἰτίας

§ 4. *μαντείαις* omnes praeter Pal. M. et corr. Aug. m., quod vocabulum alibi apud Th. non legitur.

Cap. 48. § 2. *ἐνέπεσε* codd. De verborum *ἐμπίπτειν* et *ἐσπίπτειν* apud Th. structura idem valet quod de *ἐμβάλλειν* et *ἐσβάλλειν* docuimus in sd. I 134, 4. Emend. Herw.

Num. 7 et Coriol. 30. 33 atque interpr. Soph. Trach. 371. — **πάντα ἀνωφελῆ ἦν.** Et tamen Athenienses Apollini averrunco posuerunt signum. Vid. Ullr. Symb. p. 74. — **τελευτῶντες.** Cf. Matth. Gr. § 558. Krueg. Gr. § 56, 8 adn. 5.

Cap. 48. § 1. **ἐξ Αἰθιοπίας.** Idem Galenus II p. 467, Plutarchus Mor. 558 f., Maximus Tyr. XIII p. 236, Ammianus Marc. XIX 4, 4 testantur. Apud Thuc. tamen addita *ὡς λέγεται* attende. — **κατέβη.** Verbum proprie animantibus congruens, ut deinde alia. — **τὴν βασιλέως . . . τὴν πολλήν,** maximam partem terrae regis Persarum. Coniciat aliquis *τῆς . . . γῆς*. Cf. 56, 4. VI 105, 1. Sed cf. I 24, 4.

§ 2. **τὸ πρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ.** Eo igitur luem importatam esse verisimile est. — **φάρμακα ἐσβεβλήκοιεν.** Hunc inanem rumorem fuisse Thucydides satis significat; similes autem saepe sunt sparsi. — **φρέατα,** puteos, cisternas ad aquam pluviam excipiendam. Cf. Meier de Gentil. Att. p. 53. — **οὔπω.** Postea Metonem *κρηνῶν* illic auctorem factum esse ex schol. Aristoph. Av. 997 colligit Ullr. Symb. p. 86. — **αὐτόθι,** scil. in Piraeeo; nam supra 15, 5 mentionem fecit fontis Callirrhoës, quae erat in urbe superiore. — **τὴν ἄνω πόλιν.** Cf. adn. I 93, 7.

§ 3. **αὐτοῦ,** scil. *νοσήματος*. Cf. adn. 47, 3. *Πράγματος* mavult intellegi Krueg. De collocatione proximorum cf. adn. 67, 3. Transposuit *ἕκαστος* in imitatione Procop. p. 132. — **ἰδιώτης,** medicae artis ignarus. Cf. Stallb. ad Plat. Protag. 322 c. — **ἀφ' ὅτου . . . αὐτό.** Cf. Plut. Per. 34. Diod. XII 45, 2. 58, 3—5. Diodoro repugnare quae a Thuc. 49, 1 init. de anno salubri

www.libtool.com.cn

ἅστινας νομίζει τοσαύτης μεταβολῆς ἱκανὰς εἶναι [δύναμιν ἐς τὸ μεταστῆσαι σχεῖν]· ἐγὼ δὲ οἷόν τε ἐγίγνετο λέξω καὶ ἀφ' ὧν ἄν τις σκοπῶν, εἴ ποτε καὶ αὖθις ἐπιπέσοι, μάλιστ' ἂν ἔχοι τι προειδὼς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦτα δηλώσω, αὐτός τε νοσήσας καὶ αὐτὸς ἰδὼν ἄλλους πάσχοντας.

1 49. Τὸ μὲν γὰρ ἔτος, ὡς ὡμολογεῖτο ἐκ πάν-
των, μάλιστα δὴ ἐκεῖνο ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθε-
νείας ἐτύγχανεν ὄν· εἰ δέ τις καὶ προέκαμνέ τι,
2 ἐς τοῦτο πάντα ἀπεκρίθη. τοὺς δ' ἄλλους ἀπ'

dicantur breviter adnotat Grot. Hist. VI p. 210 (vers. Germ. III p. 434). — **τὰς αἰτίας . . . σχεῖν.** Genetivi *τοσαύτης μεταβολῆς*, proprie cum nomine *αἰτίας* iungendi, translati sunt in enuntiationem relativam. Cf. adn. 45, 1. — **[δύναμιν ἐς τὸ μεταστῆσαι σχεῖν]** del. I. M. Gesner Chrest. Gr. p. 48. Ad inanem eorum affluentiam excusandam afferri non debebat VI 20, 2 *οὐδὲ δεομένας μεταβολῆς ἣ ἂν ἐκ βιαίου τις δουλείας ἅσμενος ἐς ῥᾴω μετάστασιν χωροίη*, ubi sententia aliter conformata est et *ἣ ἂν ... χωροίη* suam vim habent et *ἐς ῥᾴω μετάστασιν* propter oppositum *ἐκ βιαίου δουλείας* plane necessarium est. Mirum est quod Class. ad tuenda haec verba dicit *ἱκανὰς* definitione aliqua indigere; nam ea addito *τοσαύτης μεταβολῆς* continetur, quod etiam plus valet quam *ἐς τὸ μεταστῆσαι*, quippe quo *τοσαύτης* vocis vis non exprimatur. Et quomodo quis idoneus esse potest ad potestatem alicuius rei faciendae, cum is ipse qui faciendi idoneus sit eiusdem potestatem habeat? — **ἀφ' ὧν ἄν τις σκοπῶν**, unde quis in considerando profectus, i. e. quae sibi quis proponens. De iterato *ἂν* cf. adn. I 76, 4. — **εἴ ποτε . . . ἐπιπέσοι.** Respicit Thuc. ad primarium consilium, quod in conscribenda historia habuit. Cf. adn. I 22, 4. *Ἐπιπίπτειν* autem, ut *ἐμπίπτειν* 48, 2, etiam de malis praeter exspectationem ingruentibus dicitur. Cf. 49, 6. III 82, 2, etiam *ἐπιγίγνεσθαι* 58, 2.

Cap. 49. § 1. **ἐκ πάντων** ad *ὡμολογεῖτο* referendum esse docuit Madv. Adv. crit. I p. 310; alioqui enim praepositionem omittendam fuisse. De *ἐκ* = *ὑπό* cf. I 20, 2. V 104. VI 36, 2. adn. III 69, 1. — **ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας.** „Ἔτος *ἄνοσον* ex h. l. habet Pollux. Stephanus . . . inter vocabula et loquendi genera Thucydidi peculiaria vel cum paucis communia habendum putat." Duk. — **ἐτύγχανεν ὄν.** Quod sic legitur, non *ὂν ἐτύγχ.*, in eo *μεγαλοπρέπειαν* invenit Demetrius c. 48, quam nos non sentimus. — **προέκαμνε**, scil. antequam pestilentia correptus est. — **ἐς τοῦτο πάντα ἀπεκρίθη** (*ἐχωρίσθη* schol.; cf. I 3, 3), omnia in hunc morbum secreta concesserunt. Inest igitur emphasis. Cf. Cantac. IV 8 *πάντα εἰς ἐκεῖνο κατέληγε τὸ νόσημα* et paulo post 51, 1 *ὃ καὶ γένοιτο, ἐς τοῦτο ἐτελεύτα.* Hinc intellegitur morbum *ἐπιδήμιον* fuisse.

§ 2. **τοὺς δ' ἄλλους.** In his offendit Steup. (Mus. Rhen. XXVI p. 480), eo deceptus quod *προέκαμνε* ad id tempus rettulit

www.libtool.com.cn

*οὐδεμιᾶς προφάσεως, ἀλλ' ἐξαίφνης ὑγιεῖς ὄντας
πρῶτον μὲν τῆς κεφαλῆς θέρμαι ἰσχυραὶ καὶ τῶν
ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα καὶ φλόγωσις ἐλάμβανε,
καὶ τὰ ἐντός, ἥ τε φάρυγξ καὶ ἡ γλῶσσα, εὐθὺς
αἱματώδη ἦν καὶ πνεῦμα ἄτοπον καὶ δυσῶδες
ἠφίει· ἔπειτα ἐξ αὐτῶν πταρμὸς καὶ βράγχος* 3
*ἐπεγίγνετο, καὶ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ κατέβαινεν ἐς
τὰ στήθη ὁ πόνος μετὰ βηχὸς ἰσχυροῦ· καὶ ὁπότε
ἐς τὴν καρδίαν στηρίξειεν, ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν
καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν
ὠνομασμέναι εἰσὶν ἐπῇσαν, καὶ αὗται μετὰ ταλαι-
πωρίας μεγάλης. λύγξ τε τοῖς πλείοσιν ἐνέπεσε* 4

Cap. 49. § 3. *ἐγίγνετο* It. Vat. H. Cf. tamen adn. 4, 2. § 4. *ἐνέπιπτε* Laur. m. et deteriores aliquot. Cf. adn.

quo pestilentia in urbe exstitit, non ad id quo quisque ea correptus est. — *ἀπ' οὐδεμιᾶς προφάσεως*, ex nulla manifesta (*ἐμφανέος* addit Hippocr. I p. 588 ed. Kuehn.) causa. — *τῆς κεφαλῆς θέρμαι*, capitis fervores. De voc. *θέρμ.* cf. Lob. ad Phryn. p. 331, de plurali hoc et similibus qui sequuntur, velut *τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα*, oculorum rubores, et paulo aliis § 3 et 5 vid. Krueg. Gr. § 44, 3 adn. 4. Cf. etiam 38, 1. 49, 1. 65, 10. 75, 3. 102, 5. — *φλόγωσις* (oculorum) inflammatio. — *αἱματώδη*, cruore suffusa. — *πνεῦμα ἄτοπον*, halitum insolitum. Cf. *ἀτοπία* 51, 1.

§ 3. *ἐξ αὐτῶν*] *τῶν συμπτωμάτων ὧν εἶπεν.* Schol. — *πόνος*, morbus. *Τὴν ἐκ τοῦ νοσήματος ταλαιπωρίαν* interpretatur schol. — *βηχὸς ἰσχυροῦ.* De genere vocabuli *βήξ* vid. Lob. Paral. Gr. I p. 101. *Βηχὸς ἰσχυρῆς* Hippocr. I p. 108 et alibi. — *τὴν καρδίαν*, os ventriculi, stomachum. — *στηρίξειεν*, vi intransitiva constiterat, haeserat. Ita utitur verbo etiam Hippocr. III p. 731. — *ἐς* positum est ut apud *ἱδρυθῆναι* et similia. Cf. adn. I 103, 3. 131, 1. — *ἀνέστρεφε.* Galenus XVIII 2 p. 286 hunc Th. locum afferens interpretatur verbis *τὸ ἀναστρέφειν ἐπὶ τῆς πρὸς ἔμετον ὁρμῆς εἶπε*, unde apparet errori tribuendum esse quod apud eundem V p. 275 *ἀνέτρεπε* legitur. Oriebatur igitur nausea s. vomendi impetus. — *ἀποκαθάρσεις χολῆς*, bilis eiectiones, *χολῆς ἔμετοι.* „*Ἀποκρίσεις χολῆς*, Hippocr." Krueg., qui Thucydidem quoque hic sic videri scripsisse vix recte suspicatur; tacere enim eum complura ex arte petita apparet ex proximis. — *πᾶσαι . . . εἰσίν.* Differunt enim colore, odore, maiore vel minore liquiditate. Ceterum his artis medicorum vocabula Thucydidi familiaria fuisse significari videri adnotat Grot. Hist. VI p. 211 (vers. Germ. III p. 435). — *ταλαιπωρίας*, cruciatu. Cf. § 6.

§ 4. *λὺγξ . . . κενή*, singultus inanis, i. e. motus ventriculi irritus, nihil eiciens. Aor. *ἐνέπεσε* de re usurpatus est quae, quanquam repetitur, tamen ipsa unius momenti est. Cf. *ἀπεκρίθη*

www.libtool.com.cn

κενὴ σπασμὸν ἐνδιδοῦσα ἰσχυρόν, τοῖς μὲν μετὰ ταῦτα λωφήσαντα, τοῖς δὲ καὶ πολλῷ ὕστερον. καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπτομένῳ σῶμα οὔτ' ἄγαν θερμὸν ἦν οὔτε χλωρόν, ἀλλ' ὑπέρυθρον, πελιτνόν, φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός· τὰ δὲ ἐντὸς οὕτως ἐκάετο ὥστε μήτε τῶν πάνυ λεπτῶν ἱματίων καὶ σινδόνων τὰς ἐπιβολὰς μηδ' ἄλλο τι ἢ γυμνοὶ ἀνέχεσθαι, ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν. καὶ πολλοὶ τοῦτο τῶν ἠμε-

§ 5. *οὐκ ἄγαν* It. Vat. Aug. M. et deteriores aliquot. Veram scripturam praeter reliquos codd. habet Galen. XVII 1 p. 882.

*μήτ' ἄλλο* omnes praeter Laur. m. E. Sed maius aliquid additur, non diversum discernitur. Respondent inter se *μήτε — τε*.

*γυμνὸν* It. Vat. Pal. Aug. M. Cass. Ar. Cl. Chr. Dan. Mosqu. A. B. C. F. G. H. I. K. Cf. adn.

§ 1 et *ἔδρασαν* § 5. — *σπασμὸν ἐνδιδοῦσα*, convulsionem afferens, quem convulsiones sequebantur. De *ἐνδιδόναι* afferendi vi praedito cf. 87, 9. Plat. Legg. 672c. 887e. — *μετὰ ταῦτα λωφήσαντα*. *Λωφήσαντα* ad *ταῦτα* recte refert Dobr. Si enim ad *σπασμόν* pertineret, *λωφῶντα* scribendum fuisset. Cf. adn. VI 3, 3. Quaest. gram. p. 28. *Ταῦτα* refertur ad *ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν καὶ … μεγάλης*. Ipsum verbum *λωφ.* similiter VII 77, 3 legitur, paulo aliter VI 12, 1.

§ 5. *τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπτομένῳ … ἦν*. *Τὸ ἔξ. σῶμα* sunt nominativi, ad part. *ἁπτομένῳ* simul audiendum *αὐτοῦ* (*τοῦ σώματος*), et de dativo vid. adn. I 10, 5. II 51, 1, ut eundi verba omittamus, de quibus vid. adn. I 24, 1. Interposito participio offensus Class. *σῶμα* uncis circumscripsit. Sed interpositum est illud, ut *τὸ ἔξωθεν* gravius efferatur propter oppositum *τὰ δὲ ἔντος*. Atque Lucr. VI 1161 sqq. et Procop. p. 78 extr. *τὸ σῶμα* imitando expresserunt. Denique de *ἔξωθεν* pro *ἔξω* per attractionem posito cf. adn. I 62, 4. 65, 1. II 13, 7. — *χλωρόν*, pallidum. — *φλυκταίναις*, pustulis ulcerantibus (quae maxime affines sunt carbunculis). — *ἐξηνθηκός*. Hinc ortum est medicum vocabulum *ἐξάνθημα*, et proprie non corpus, sed ipsae pustulae dicuntur *ἐξανθεῖν*, efflorescere, pullulare, emergere. — *τὰ δὲ ἐντὸς … ἐκάετο*. Significatur aestus febrilis quo iactantur homines lue infecti. — *γυμνοὶ ἀνέχεσθαι* = *γυμνοὶ ὄντες ἀνέχεσθαι*. Cf. I 77, 5 et Soph. Ant. 467. Simillimum est Aristot. Hist. an. VIII 8 *δύναται ἡ κάμηλος ἄποτος ἀνέχεσθαι καὶ τέτταρας ἡμέρας*, pariterque nos *sie hielten es nur nackt aus*. Ne *γυμνοὺς* necessarium esse putes, cogita *τὰ ἐντός* partem esse ipsorum et cf. Krueg. Gr. § 58, 4 adn. 3. Annal. phil. 1868 p. 172. — *ἥδιστά τε ἂν … ῥίπτειν*. Cogitanda esse verba *εἰ ἠμελοῦντο* apparet ex iis quae sequuntur. Cf. adn. 35, 1. — *πολλοὶ τοῦτο … καὶ ἔδρασαν ἐς φρέατα*. Frustra dubitatum esse de horum verborum integritate apparet ex adn. VI 83, 1. De re vid. Lucret. VI 1170 sq. Ovid. Met. VII 567 sqq. Diod. XII 58, 5. — *ἠμελημένοι ἄνθρωποι*,

www.libtool.com.cn

λημένων ἀνθρώπων καὶ ἔδρασαν ἐς φρέατα τῇ δίψῃ ἀπαύστῳ ξυνεχόμενοι· καὶ ἐν τῷ ὁμοίῳ καθειστήκει τό τε πλέον καὶ ἔλασσον ποτόν. καὶ 6
ἡ ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν καὶ ἡ ἀγρυπνία ἐπέκειτο διὰ παντός. καὶ τὸ σῶμα, ὅσονπερ χρόνον καὶ ἡ νόσος ἀκμάζοι, οὐκ ἐμαραίνετο, ἀλλ' ἀντεῖχε παρὰ δόξαν τῇ ταλαιπωρίᾳ, ὥστε ἢ διεφθείροντο οἱ πλεῖστοι ἐναταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι ὑπὸ τοῦ ἐντὸς καύματος, ἔτι ἔχοντές τι δυνάμεως, ἤ εἰ διαφύγοιεν, ἐπικατιόντος τοῦ νοσήματος ἐς τὴν κοιλίαν καὶ ἑλκώσεώς τε αὐτῇ ἰσχυρᾶς ἐγγιγνομένης καὶ διαρροίας ἅμα ἀκράτου ἐπιπιπτούσης οἱ πολλοὶ ὕστερον δι' αὐτὴν ἀσθενείᾳ ἀπεφθείροντο.

propr. homines neglecti, sunt ii in quos nemo attentus erat, incustoditi. Alii malunt esse pauperes, qualibus hoc praecipue accidisse sane est credibile. Et ita legi hoc vocabulum interdum docet Bloomf. Cf. Agath. Hist. V 3. Sed apud Th. cum hoc sensu non exstat. — **τῇ δίψῃ ἀπαύστῳ**, siti quae inexplebilis esset ideoque delirium efficeret. — **ξυνεχόμενοι**, cum premerentur. Cf. III 98, 1. — **ἐν τῷ ὁμοίῳ καθειστήκει ... ποτόν** largior potus in aequo erat ac parcior, i. e. plus an minus biberent nihil intererat ad sitim restinguendam. Cf. **κρίνειν ἐν ὁμοίῳ** 53, 4. Haec ad verbum fere exscripsit Cantac. IV 8 p. 50.

§ 6. **ἡ ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν.** Eadem ratione abundat negatio atque III 75, 4 in verbis **τῇ τοῦ μὴ ξυμπλεῖν ἀπιστίᾳ**, ubi cf. adn. *Τὴν ἀπορίαν τοῦ μὴ γιγνώσκειν* similiter dixisse Hippocratem I p. 587 demonstrat Arn. Significatur inquies ex febris violentia orta. — **ἐπέκειτο**, instabat, eos urgebat. Quae de **ἀγρυπνίᾳ** dicuntur verbotenus repetit Cantac. l. l. — **ὅσονπερ ... καί.** Cf. adn. I 74, 4. — **ἐναταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι.** Octavum aut nonum diem commemorat Lucret. VI 1194. — **ἔτι ἔχοντές τι δυνάμεως.** Aestu interno peribant, priusquam vires plane amisissent. — **εἰ διαφύγοιεν.** *Διαφεύγειν* est nostrum *durchkommen*, ut § 8 et 51, 6. — **ἑλκώσεως** exulcerationem significat. — **διαρροίας ... ἀκράτου**, immoderato alvi profluvio Port. Sane **ἄκρατος** per translationem saepe est validus, vehemens et copulatur cum simili **ἰσχυρός** (vid. Steph. Thes. v. **ἄκρατος**), cui **ἰσχυρός** hic in superiore membro respondet. Attamen praestat cum Arn. artis vocabulum hic agnoscere, quod sic interpretatur Galenus XVIII 1 p. 122: *ἄκρητοι ὑποχωρήσιες, αἱ ἄμικτοι ὑγρότητος ὑδατώδους, αὐτὸν μόνον ἔχουσαι εἰλικρινῆ κάτω ὑπερχόμενον χυμόν, εἴτε τὸν τῆς ξανθῆς χολῆς εἴτε τὸν τῆς μελαίνης.* Neque aliter videtur id intellexisse Lucretius VI 1198, apud quem est nigra proluvies alvi. — **ἀπεφθείροντο** pro **διεφθ.** ex melioribus membranis repositum ex Atticis apud solos poëtas videri exstare adnotat Krueg. In his tamen praeter tragicos est etiam Aristoph. Apud

www.libtool.com.cn

7 διεξῄει γὰρ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἄνωθεν ἀρξάμενον τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν κακόν, καὶ εἴ τις ἐκ τῶν μεγίστων περιγένοιτο, τῶν γε ἀκρω-
8 τηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμαινεν. κατέσκηπτε γὰρ ἐς αἰδοῖα καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας καὶ πόδας, καὶ πολλοὶ στερισκόμενοι τούτων διέφευγον, εἰσὶ δ' οἳ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν. τοὺς δὲ καὶ λήθη ἐλάμβανε παραυτίκα ἀναστάντας τῶν πάντων ὁμοίως καὶ ἠγνόησαν σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐπιτηδείους.
1 50. Γενόμενον γὰρ κρεῖσσον λόγου τὸ εἶδος τῆς νόσου τά τε ἄλλα χαλεπωτέρως ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν προσέπιπτεν ἑκάστῳ καὶ ἐν

Hippocr. de singulari genere mortis potissimum legitur. Vid. Steph. Thes.

§ 7. **ἐν.** Cf. adn. I 103, 3. 131, 1. Verbis **ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθέν** respicitur ad § 2. — **εἴ τις . . . περιγένοιτο.** **Τὰ μέγιστα** sunt quae alibi **τὰ ἔσχατα** dicuntur, et **περιγενέσθαι** valet **σωθῆναι.** — **τῶν γε ἀκρωτηρίων . . . ἐπεσήμαινεν**, extremitatum quidem eius correptio sive affectio apparebat. Dubitatur utrum **αὐτοῦ** intellegendum sit **τοῦ κακοῦ** an ad **τις** referatur. Nobis hoc commodius videtur esse. Verbum **ἐπισημαίνειν** a medicis nonnunquam sensu intransitivo usurpatur de morborum signis manifesto exsistentibus, velut ab Hippocr. III p. 419 **τὰ πλεῖστα ἐπεσήμαινον οἱ παροξυσμοὶ ἐν κρισίμοισι.** Male **αὐτὸ** (**τὸ περιγενέσθαι**) Rauchenst. in Phil. XXXIII p. 570. Nam convalescentia non morbi, sed sanitatis signis indicatur.

§ 8. **κατέσκηπτε.** Cf. adn. 47, 3. — **ἐς αἰδοῖα.** De articulo omisso cf. Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 13. — **ἐς ἄκρας χεῖρας καὶ πόδας.** De articulo non addito cf. Krueg. Gr. l. l. et § 50, 11 adn. 6. Orta est gangraena et **σφάκελος.** — **στερισκόμενοι τούτων διέφευγον.** Lucretius perperam haec de amputatione membrorum lue correptorum intellexit atque **τούτων** rettulit ad tria illa, **αἰδοῖα, χεῖρας καὶ πόδας**, nullam rationem habens adiectivi **ἄκρος**, siquidem VI 1208 sqq. haec scribit: vivebant ferro privati parte virili, et manibus sine nonnulli pedibusque manebant in vita. — **τῶν ὀφθαλμῶν.** Caecitatem ex oculorum ruboribus et inflammatione (§ 2) facile potuisse oriri satis patet. — **τοὺς δὲ καὶ λήθη ἐλάμβανε κ.τ.λ.** Lucret. VI 1212 atque etiam quosdam cepere oblivia rerum cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsi. — **παραυτίκα ἀναστάντας** iunge, ut alibi cum participio iunctum est **εὐθύς** (cf. IV 43, 2. 123, 3) et apud Herod. I 79. II 146 **αὐτίκα.** **Ἀναστῆναι** est assurgere e morbo, convalescere. — **ἠγνόησαν.** Aor. post imperf. **λήθη ἐλάμβανε** huius effectum indicat. Cf. adn. I 6, 1. — **ἐπιτηδείους.** Cf. adn. I 60, 2.

Cap. 50. § 1. **κρεῖσσον λόγου** = **κρεῖσσον ἢ ὥστε λέγεσθαι.** Cf. 64, 1. Herod. II 35 **ἔργα λόγου μέζω**, Xen. Mem. III 11, 1. — **ἢ κατά.** Cf. adn. I

www.libtool.com.cn

τῷδε ἐδήλωσε μάλιστα ἄλλο τι ὂν ἢ τῶν ξυντρόφων τι· τὰ γὰρ ὄρνεα καὶ τετράποδα ὅσα ἀνθρώπων ἅπτεται πολλῶν ἀτάφων γιγνομένων ἢ οὐ προσῄει ἢ γευσάμενα διεφθείρετο. τεκμήριον δέ· 2
τῶν μὲν τοιούτων ὀρνίθων ἐπίλειψις σαφὴς ἐγένετο, καὶ οὐχ ἑωρῶντο οὔτε ἄλλως οὔτε περὶ τοιοῦτον οὐδέν· οἱ δὲ κύνες μᾶλλον αἴσθησιν παρεῖχον τοῦ ἀποβαίνοντος διὰ τὸ ξυνδιαιτᾶσθαι.

51. Τὸ μὲν οὖν νόσημα, πολλὰ καὶ ἄλλα 1
παραλιπόντι ἀτοπίας, ὡς ἑκάστῳ ἐτύγχανέ τι διαφερόντως ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον γιγνόμενον, τοιοῦτον ἦν ἐπὶ πᾶν τὴν ἰδέαν. καὶ ἄλλο παρελύπει

37, 3. VI 15, 3. — **ἐδήλωσε.** Noli intransitivum esse existimare, sed cf. I 21, 2. III 84, 2. — **ξυντρόφων**, propr. domesticorum, familiarium, i. e. *εἰωθότων*, ut paulo post 51, 1. — **τὰ γὰρ ὄρνεα κ.τ.λ.** Praeter Lucret. VI 1214 sqq. cf. Ovid. l. l. v. 549. Liv. XLI 21, 7. — **ἅπτεται**, ut Lat. tangunt et attingunt, significat comedunt, cadavera devorant. — **οὐ προσῄει]** ὥσπερ ἀπὸ τῆς ὀσφρήσεως γιγνώσκοντα ὅτι λοιμώδη ἐστὶ τὰ σώματα. Schol.

§ 2. **τεκμήριον δέ.** Horum ratio grammatica duobus modis potest explicari. Nam aut post *δέ* interpungendum est, ut proxima ita dicta sint quasi post vv. *τῶν μέν* particula *γάρ* addita legatur, aut *τεκμήριον* est praedicatum nominis *ἐπίλειψις*. Sed alterum minus placet, quod sic articulus ante *ἐπίλειψις* desideratur. Cf. igitur Matth. Gr. § 630f extr. et Krueg. § 57,10 adn. 13. — **ἐπίλειψις**, defectio, ut in Plut. Mor. 695 d. — **οὐχ ἑωρῶντο.** Lucretius postquam idem dixit VI 1217, causam addit his verbis: languebant pleraque morbo et moriebantur. Ceterum cf. Liv. l. l. — **ἄλλως** alibi hic interpretatur Arn., quam vim ei subici posse nos negamus. *Οὔτε ἄλλως* sonant potius neque alioqui, i. e. neque omnino. Cf. adn. III 39, 5. IV 78, 2. — **περὶ τοιοῦτον οὐδέν**, i. e. *περὶ τὰ ἄταφα σώματα*. — **αἴσθησιν παρεῖχον τοῦ ἀποβαίνοντος**, propr. praebebant eventus intellectum, i. e. dabant eventus significationem. *Τὸ ἀποβαῖνον* est *τὸ τετράποδα γευσάμενα διαφθείρεσθαι*. Stragem canum commemorat etiam Ovid.

Cap. **51.** § 1. **πολλὰ καὶ ἄλλα.** Haec ex naturis singulorum peculiaribus orta esse apparet ex proximis. — **παραλιπόντι.** De dat. cf. adn. 49, 5. — **ἐπὶ πᾶν]** *καθόλου*. Schol. Cf. adn. V 68, 3. Herod. II 68. Arrian. Anab. II 24, 3. — **τὴν ἰδέαν** non speciem, sed modum atque habitum significat, ut IV 55, 2. Herod. I 203. II 71. — **καὶ ἄλλο . . . ἐτελεύτα.** Haec ideo quod similia 49, 1 legantur delenda non esse inde apparet quod ibi de morbis pestilentia prioribus, hic de eodem tempore exsistentibus sermo est. *Τελευτᾶν ἔς τι* ita dicitur ut Lat. desinere in aliquid. Cf. III 104, 5. IV 48, 5. 109, 2. Plat. Gorg. 453 a itemque *ἀποτελευτᾶν ἔς τι* Plat. Prot. 353 e.

www.libtool.com.cn

κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον οὐδὲν τῶν εἰωθότων· ὃ
2 δὲ καὶ γένοιτο, ἐς τοῦτο ἐτελεύτα. ἔθνῃσκον δὲ
οἱ μὲν ἀμελείᾳ, οἱ δὲ καὶ πάνυ θεραπευόμενοι.
ἕν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα ὡς εἰπεῖν ὅ τι χρῆν
προσφέροντας ὠφελεῖν (τὸ γάρ τῳ ξυνενεγκὸν
3 ἄλλον τοῦτο ἔβλαπτε), σῶμά τε αὔταρκες ὂν οὐ-
δὲν διεφάνη πρὸς αὐτὸ ἰσχύος πέρι ἢ ἀσθενείας,
ἀλλὰ πάντα ξυνῄρει, καὶ τὰ πάσῃ διαίτῃ θερα-
4 πευόμενα. δεινότατον δὲ παντὸς ἦν τοῦ κακοῦ ἥ
τε ἀθυμία, ὁπότε τις αἴσθοιτο κάμνων (πρὸς γὰρ
τὸ ἀνέλπιστον εὐθὺς τραπόμενοι τῇ γνώμῃ πολλῷ
μᾶλλον προΐεντο σφᾶς αὐτοὺς καὶ οὐκ ἀντεῖχον),
καὶ ὅτι ἕτερος ἀφ᾽ ἑτέρου θεραπείας ἀναπιμπλά-

Cap. **51.** § 2. *οὐδὲν κατέστη* Laur., *οὐδὲ ἐγκατέστη* It. Vat. Dan., plerique *οὐδὲ ἓν κατέστη*. Sed *οὐδὲ εἷς, μηδὲ εἷς, οὐδὲ ἕτερος, μηδὲ ἕτερος* disiunctim dici non meminimus nisi intercedente praepositione (cf. adn. V 111, 1) aut particula *ἄν* (Plat. Prot. 328a). Quod autem Schaef. Appar. Demosth. II p. 619 interpretatur nullus ne unus quidem, *εἷς* non est nullus. Cf. adn. 354 b. — *ὃ δὲ καὶ γένοιτο*. De *καί* cf. adn. I 15, 2.

§ 2. *ἕν τε οὐδέν*. Cf. Herod. I 32 *σῶμα ἓν οὐδὲν αὔταρκές ἐστι*, Plat. Legg. 747 b *ἓν οὐδὲν οὕτω δύναμιν ἔχει παίδειον μάθημα μεγάλην*, Cass. Dio LXV 16, 3 *ἓν μὲν γὰρ οὐδὲν οὔτε ἔπραττεν οὔτε ἐφρόνει*. — *ὡς εἰπεῖν*, prope dixerim. Cf. adn. I 1, 2. — *ὅ τι χρῆν ... ὠφελεῖν* = *ὅ τι χρῆν προσφέρειν, ὅπως ὠφελοῖεν*. Cf. Krueg. Gr. § 56, 10 adn. 5. — *προσφέρειν*, adhibere (remedium), ut Hippocr. I p. 588. Plat. Charm. 157 c. Deinde *τὸ γὰρ τῷ* scribi velle Dindorfium in Thes. Steph. vol. III p. 290 miramur. — *τοῦτο*. Cf. Matth. Gr. § 472, 2. Krueg. Gr. § 51, 5 adn. 1 et de re Lucret. VI 1224 sqq.

§ 3. *πρὸς αὐτό*] *τὸ νόσημα*. Schol. — *ἰσχύος πέρι ἢ ἀσθενείας*, i. e. *εἴτε ἰσχυρὸν ὂν εἴτε ἀσθενές*. *Περί* enim valet respectu, ratione habita. Cf. 62, 1. Matth. Gr. § 589 a, β. — *ξυνῄρει*, simul vel pariter absumebat, conficiebat. *Ὁμοίως καθῄρει* substituit Cantac. p. 50. Cf. adn. 29, 4. — *διαίτῃ*, victus ratione Port.; sed curam medicam interpretatur Bloomf., cuius tamen significationis exempla non novimus.

§ 4. *ἡ ἀθυμία*. Cf. Lucret. VI 1228. — *τὸ ἀνέλπιστον*, i. e. *τὴν ἀνελπιστίαν*. Cf. adn. I 6, 3. — *τῇ γνώμῃ*. Cf. adn. 38, 1. — *προΐεντο σφᾶς αὐτούς*, se ipsos proiciebant, i. e. destituebant, curam sui abiciebant. — *ἕτερος ... ἀναπιμπλάμενοι*, alter ab alterius curatione infecti, i. e. alter ex alterius curatione contagionem mali haurientes. De *ἀπό* praep. cf. adn. I 12, 2. *Ἀναπίμπλασθαι* est idem atque pleniora *ἀναπίμπλασθαι φθορᾶς* Plut. Pericl. 34 vel *νόσου* Dion. Hal. Ant. X 53, sicut Latini im-

www.libtool.com.cn

μενοι ὥσπερ τὰ πρόβατα ἔθνῃσκον· καὶ τὸν πλεῖστον φθόρον τοῦτο ἐνεποίει. εἴτε γὰρ μὴ θέλοιεν δεδιότες ἀλλήλοις προσιέναι, ἀπώλλυντο ἐρῆμοι, καὶ οἰκίαι πολλαὶ ἐκενώθησαν ἀπορίᾳ τοῦ θεραπεύσοντος· εἴτε προσίοιεν, διεφθείροντο, καὶ μάλιστα οἱ ἀρετῆς τι μεταποιούμενοι· αἰσχύνῃ γὰρ ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν ἐσιόντες παρὰ τοὺς φίλους, ἐπεὶ καὶ τὰς ὀλοφύρσεις τῶν ἀπογιγνομένων τε-

pleri (Liv. IV 30, 8) et infici, Germani *angesteckt werden* dicunt. Cf. Liv. l. l. vulgatique contactu in homines morbi et XXV 26, 8 curatio ipsa et contactus aegrorum vulgabat morbos. — **ὥσπερ τὰ πρόβατα.** Simul audi ἀναπίμπλαται ἕτερον ἀφ' ἑτέρου, non ἀφ' ἑτέρου θεραπείας. Neque vero ideo suspectandum superius θεραπείας, quod praeter libros mss. tuentur Liv. l. l. et Cantac. p. 51. Utique non necessaria est Madv. (Adv. crit. I p. 67) mutatio θεραπείᾳ. Sententia et illo loco Plut. atque verbis Lucret. VI 1234 et his Livianis illustratur: V 48, 3 cum ... vulgatis velut in pecua morbis morerentur. — **φθόρον.** Usitatius φθοράν. Sed vid. 52, 2. Plat. Euthyd. 285b. Frequentius est apud posteriores. — **τοῦτο**, i. e. τὸ ἕτερον ἀφ' ἑτέρου θεραπείας ἀναπίμπλασθαι.

§ 5. **θέλοιεν.** Post μή bene scriptum est. Vid. scr. discr. VII 18, 2. — **ἀπώλλυντο ἐρῆμοι.** Cum toto loco cf. Liv. XXV 26, 8. — **ἐκενώθησαν.** Τῶν οἰκητόρων explicationis causa addidit Cantac. l. l. — **ἀπορίᾳ τοῦ θεραπεύσοντος.** Ut futuri participium iustum esse intellegas, mente substitue hanc enuntiationem aequalem: ὅτι ἠπόρουν ὅστις θεραπεύσει. Cf. III 109, 1 et de articulo Krueg. Gr. § 50, 4 adn. 3. Procop. quidem p. 79 scripsit ἀπορίᾳ τοῦ θεραπεύοντος, sed Dion. Hal. Ant. X 53 ὥστε πολλὰς οἰκίας ἐξερημωθῆναι δι' ἀπορίαν τῶν ἐπιμελησομένων. — **οἱ ἀρετῆς ... μεταποιούμενοι.** De genet. et de pron. τι cf. adn. I 28, 2. Ἀρετήν, cuius nominis genetivus non raro cum ἀντιποιεῖσθαι vel μεταποιεῖσθαι iungitur (cf. Xen. Anab. IV 7, 12. Dion. Hal. Ant. VI 91), alii humanitatem (cf. 40, 4 adn.), alii fortitudinem interpretantur; sed recte potest latius accipi; nam omnino qui καλοὶ κἀγαθοί videri volebant intelleguntur. — **αἰσχύνῃ**, pudore (*aus Ehrgefühl*). Cf. adn. I 84, 3. — **τὰς ὀλοφύρσεις ... ἐξέκαμνον.** Usitatius quidem diceretur ἐξέκαμνον ὀλοφυρόμενοι, sed Thucydidea significant lamentationes defatigati omittebant. Cum eadem emphasi πόνον μηδένα ἀποκάμνειν scripsit Xen. Hist. Gr. VII 5, 19 et πάντ' ἀποκάμνειν Soph. OC. 1776, nec multum differunt ἀποκνεῖν κίνδυνον Thuc. III 30, 4 et similia. Quod autem Class. significari putat, domesticos ipsorum morientium lamentationes diutius sustinere non potuisse, hoc exemplis non confirmavit. De vi verbi ἀπογίγνεσθαι vid. adn. 34, 2, de partic. τελευτῶντες 47, 4. Cum universa sententia cf. Liv. XXV 26, 10. Haec enuntiatio cum superiore ita cohaeret ut amici ad curam aegrotantibus adhibendam eo impulsi esse dicantur quod postremo etiam domestici

www.libtool.com.cn

*λευτῶντες καὶ οἱ οἰκεῖοι ἐξέκαμνον, ὑπὸ τοῦ πολ-*
6 *λοῦ κακοῦ νικώμενοι. ἐπὶ πλέον δὲ ὅμως οἱ δια-*
*πεφευγότες τόν τε θνῄσκοντα καὶ τὸν πονούμενον ᾠκτίζοντο διὰ τὸ προειδέναι τε καὶ αὐτοὶ ἤδη ἐν τῷ θαρσαλέῳ εἶναι· δὶς γὰρ τὸν αὐτὸν ὥστε καὶ κτείνειν οὐκ ἐπελάμβανεν. καὶ ἐμακαρίζοντό τε ὑπὸ τῶν ἄλλων καὶ αὐτοὶ τῷ παραχρῆμα περιχαρεῖ καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐλπίδος τι εἶχον κούφης μηδ' ἂν ὑπ' ἄλλου νοσήματός ποτε ἔτι διαφθαρῆναι.*

ita defatigati fuerint ut ne lamentari quidem morientes sustinerent, nedum opem aegrotantibus ferre possent. Hanc sententiarum cohaerentiam non perspicientes Torstrik in Phil. XXXI p. 89 sqq. et Steup. in Mus. Rhen. XXVII p. 473 sqq. ad incredibiles coniecturas confugerunt. Nec melius amicos pro propinquis, qui morientium lamentationem omitterent, lamentandi officium subisse putat Th. Fritzscheus in Phil. XXXII p. 147 sqq. Nimis artificiosa interpretatione sententiarum conexum explicare studet Class. — ὑπὸ ... νικώμενοι. Incremento aucta redeunt verba quae legimus 47, 4.

§ 6. ὅμως, i.e. quamvis misericordes οἱ ἀρετῆς τι μεταποιούμενοι se praestarent ne suae quidem vitae parcentes. — τὸν πονούμενον = κάμνοντα, ut Soph. Trach. 985. Plerumque quidem in prosa oratione activa forma huius verbi utuntur, ut de iis qui in pugnis laborant I 30, 3. 49, 5; at πονεῖσθαι τῷ πολέμῳ legimus IV 59, 1 et similia apud alios scriptores. Comparari possunt ταλαιπωρεῖσθαι et ταλαιπωρεῖν, ἀπορεῖσθαι et ἀπορεῖν. — διὰ τὸ προειδέναι, scil. τὸ κακόν vel τὸ νόσημα, quod prius experti noverant hoc malum. — ἐν τῷ θαρσαλέῳ εἶναι, bono animo erant, ut Lys. XII 94. Ita dicitur εἶναι ἐν ἐλπίσιν VII 25, 1, ἐν θαύματι καὶ ἐκπλήξει VIII 14, 2, ἐν ἴσῳ II 60, 6, ἐν τῷ ὁμοίῳ VI 11, 1, ἐν ἀσφαλεῖ VIII 39, 4, Lat. esse in spe, in timore, in expedito, in angusto, in tuto, similia. — δὶς ... οὐκ ἐπελάμβανεν, bis enim eundem non corripiebat (τὸ νόσημα) ita ut eum etiam interimeret. Cf. Herod. VIII 115 ἐπιλαβὼν λοιμὸς τὸν στρατὸν ἔφθειρε. Non negat igitur prorsus Thucydides eosdem bis hac lue correptos esse, sed homines iterum ea afflictos periisse. — τῷ παραχρῆμα περιχαρεῖ, ob praesentem magnam laetitiam. Τὸ περιχαρὲς substantive positum redit VII 73, 2. Cf. Dio Cass. XLVII 11, 5 et § 4. — ἐλπίδος τι εἶχον κούφης. Levis spes (cf. Hor. Ep. I 5, 8) ea est cuius concipiendae levis sit occasio, quam leviter et inconsiderate aliquis concipiat. Cf. Herodian. II 8, 4. — μηδ' ἂν ... διαφθαρῆναι. Qui enim pestilentia correpti quidem erant, sed non perierant, cum omnium saevissimo morbo non succubuissent, ne ab alio quidem ullo se exstinctum iri (sed in summa senectute placidam mortem obituros esse) ut putarent facile in animum inducebant. Amplius tamen quiddam his verbis significari credidisse videtur Dio Cass. XLVII

www.libtool.com.cn



52. Ἐπίεσε δ' αὐτοὺς μᾶλλον πρὸς τῷ ὑπάρχοντι πόνῳ καὶ ἡ ξυγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ 1
ἄστυ, καὶ οὐχ ἧσσον τοὺς ἐπελθόντας. οἰκιῶν 2
γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν, ἀλλ' ἐν καλύβαις πνιγηραῖς ὥρᾳ ἔτους διαιτωμένων, ὁ φθόρος ἐγίγνετο οὐδενὶ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ νεκροὶ ἐπ' ἀλλήλοις ἀποθνῄσκοντες ἔκειντο καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐκαλινδοῦντο καὶ περὶ τὰς κρήνας ἁπάσας ἡμιθνῆτες

44, 4 sic imitatus: *οὐδ' ἀποθανεῖσθαί ποτε ὑπὸ τῆς αὐτίκα περιχαρείας ἤλπιζε.*

Cap. 52. § 1. *ἡ ξυγκομιδὴ . . . ἐς τὸ ἄστυ*, commigratio ex agris in urbem, *ἡ τοῦ χωριτικοῦ πλήθους εἰς τὸ ἄστυ συμφόρησις* Plut. Pericl. 34. De articulo non iterato vid. Krueg. Gr. § 50, 9 adn. 9, cum sententia cf. praeter Plut. Diod. XII 45, 2 et, qui de lue Romana loquitur, Liv. III 6, 2. Athenis certe non, ut sedecim fere annis ante Romae, iumenta et greges adfuisse comparato 14, 1 attendi iubet Grot. Hist. VI p. 209 (vers. Germ. III p. 434). — *οὐχ ἧσσον* est *μείωσις* pro *μᾶλλον* (*ἢ τοὺς ἐνοικοῦντας*). Cf. adn. I 82, 4.

§ 2. *οἰκιῶν οὐχ ὑπαρχουσῶν.* Cf. 17, 1. — *ὥρᾳ ἔτους.* Portus ob anni tempus interpretatus est. Id si probamus, haec verba, quibus VI 70, 1 haec sententia subiecta est, cum *πνιγηραῖς* iungenda sunt. At cum huc respicientes Plut. Pericl. 34, Galenus VII p. 290, Procop. Pers. II 19 et Vand. I 13 ac II 6, qui *θέρους* pro librorum Thucydideorum praeter Mosq. scriptura *ἔτους* substituerunt, de aestate intellexerint, has auctoritates et schol. (*ὥρᾳ ἔτους· τῷ θέρει λέγει*) sequi et haec ad *διαιτ.* referre malumus. Ceterum de hoc dicendi genere vid. Suid. in h. v. et Held. ad Plut. Timol. p. 440. — *οὐδενὶ κόσμῳ*, propr. nullo ordine. Hac formula saepe utuntur Herodotus, Procopius, alii rerum scriptores. Cf. III 108, 3. VII 23, 3. 40, 3. Herod. III 13. Polyb. II 11, 9. IV 71, 11. Arr. Anab. I 8, 8. IV 5, 7. Sed plerumque cum fugiendi, pugnandi, aciem instruendi verbis coniungitur, insolentius cum moriendi, ut hic et apud Procop. p. 133 et 219. Valet hic cum magna rerum confusione, ita ut nulla haberetur ratio legitimi ordinis et disciplinae publicae. — *νεκροὶ . . . ἀποθνῄσκοντες* cum contradictio in adiecto esse videretur, Herw. *ἀποθνῄσκοντες* post insequens *καί* transposuit. Sed ea re nihil proficitur, cum infra eodem modo *νεκρῶν . . . ἐναποθνησκόντων* legatur. Sed nulla est offensio, modo praesentis part. recte intellegatur. Eo enim nonnunquam significatur res non eiusdem, sed prioris temporis, si quidem ea diuturnitatem habuit aut, ut hic, identidem facta est. Cf. enim adn. V 75, 3. VI 86, 4. VIII 38, 5. Ipsius participii *θνῄσκοντες* et *ἀποθνῄσκοντες* talia exempla attulit Bergk. in Poët. lyr. ad Callini fragm. 1. — *περὶ τὰς κρήνας ἁπάσας.* Cf. Lucret. VI 1262, qui *κρήνας* vertit silanos aquarum (*Springbrunnen*). Intellegimus certe hinc Athenis praeter Callirrhoën (15, 5) complures fuisse *κρήνας*, a quibus *φρέατα* (49, 5) distinguenda esse vidimus 48, 2. —

www.libtool.com.cn

3 τοῦ ὕδατος ἐπιθυμίᾳ. τά τε ἱερὰ ἐν οἷς ἐσκήνηντο νεκρῶν πλέα ἦν αὐτοῦ ἐναποθνῃσκόντων. ὑπερβιαζομένου γὰρ τοῦ κακοῦ οἱ ἄνθρωποι, οὐκ ἔχοντες ὅ τι γένωνται, ἐς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο
4 καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων ὁμοίως. νόμοι τε πάντες ξυνεταράχθησαν οἷς ἐχρῶντο πρότερον περὶ τὰς ταφάς, ἔθαπτον δὲ ὡς ἕκαστος ἐδύνατο. καὶ πολλοὶ ἐς ἀναισχύντους θήκας ἐτράποντο σπάνει τῶν ἐπιτηδείων διὰ τὸ συχνοὺς ἤδη προτεθνάναι σφίσιν· ἐπὶ πυρὰς γὰρ ἀλλοτρίας φθάσαντες τοὺς

Cap. 52. § 3. *ἐσκήνωντο* Cass. Ven., *ἐσκήνουν* Ar. Chr. Cf. adn. I 133.

*γένοιντο* It. Vat. H. Reg. Cf. I 107, 6. V 65, 5 *οὐκ εἶχον ὅ τι εἰκάσωσιν*, ipsa *οὐκ ἔχοντες ὅ τι γένωνται* Procop. p. 212.

*τοῦ ὕδατος ἐπιθυμίᾳ.* Articuli ita positi exempla habes I 11, 1. VII 84, 2. De re vid. adn. 49, 5.

§ 3. *αὐτοῦ ἐναποθνῃσκόντων.* Aut *αὐτοῦ* aut *ἐν* potuit abesse. Sed vid. adn. I 133, 3. — *ὅ τι γένωνται*, quid de se fieret. De pronom. cf. Matth. Gr. § 488, 5. Krueg. Gr. § 61, 8. — *καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων* sunt sacra et religiosa; illa enim sunt diis consecrata, haec legibus et consuetudinibus augusta. Cf. Isocr. VII 66. Plut. Sol. 25.

§ 4. *νόμοι ... περὶ τὰς ταφάς.* Cf. Cic. Legg. II 26, 64—66. — *ἔθαπτον. Θάπτειν*, ut sepelire et adeo humare (cf. Nipperd. ad Nep. Eum. 13, 4), non solum de corporibus terra conditis, sed etiam de combustis dicitur. Cf. Baehr. ad Herod. V 8. Utrumque sepeliendi morem apud Graecos usitatum fuisse praeter alios optime docuit Becker Charicl. (ed. Goell.) III p. 132 sqq. Cf. quae hic sequuntur et supra 34, 6. — *ἐς ἀναισχύντους θήκας.* Non sepulcra hoc loco significari, sed sepulturas ex insequenti explicatione, ubi de mortuorum corporibus in alienis rogis combustis sermo est, satis intellegitur. Praeterea sepulcra non possunt impudentia esse, sed sepulturae, si quidem cum impudentia fiunt, qua eadem ratione Plat. Legg. 941 b rapinam impudentem dicit. Neque iure de hac vocis *θήκη* sententia dubitatur. Nam in Plat. de Rep. 427 b *τελευτησάντων θῆκαι* eaedem sunt, ut quae in antecedentibus iis respondent *ἱερῶν ἱδρύσεις καὶ θυσίαι καὶ ἄλλαι θεῶν . . . θεραπεῖαι* clarissime ostendunt. Itaque coniecturis hic locus non erat temptandus. — *τῶν ἐπιτηδείων.* Non esse *θηκῶν* simul audiendum, sed *ἐπιτηδείων* neutrum esse ostendunt Dion. Hal. Ant. X 53 *ὑπὸ . . . εὐπορίας τῶν πρὸς τὰς ταφὰς ἐπιτηδείων* et Herodian. VIII 5, 18 *τὰ πρὸς ταφὰς ἐπιτήδεια.* — *ἐπὶ πυρὰς . . . ἐπιθέντες.* In Steph. Thes. haec proferens Dind. *ἐπὶ πυρᾶς* tacitus scripsit (vol. III p. 1843) componens hoc exemplum cum Herodoteo *ἀσκοὺς ἐπιθεῖναι ἐπὶ τῶν ὄνων.* Quod quamvis propter singularem *νεκρόν* alicui placeat, accusativum tamen propter verba VI 71, 1 *ἐπὶ πυρὰν ἐπιτιθέναι* retinendum putamus. De re cf. Lucret. VI 1281 sqq. et Ov. Met.

www.libtool.com.cn



*νήσαντας οἱ μὲν ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρὸν
ὑφῆπτον, οἱ δὲ καομένου ἄλλου ἄνωθεν ἐπιβα-
λόντες ὃν φέροιεν ἀπῇσαν.*
53. *Πρῶτόν τε ἦρξε καὶ ἐς τἄλλα τῇ πόλει* 1
*ἐπὶ πλέον ἀνομίας τὸ νόσημα. ῥᾷον γὰρ ἐτόλμα
τις ἃ πρότερον ἀπεκρύπτετο μὴ καθ' ἡδονὴν
ποιεῖν, ἀγχίστροφον τὴν μεταβολὴν ὁρῶντες τῶν
τ' εὐδαιμόνων καὶ αἰφνιδίως θνῃσκόντων καὶ τῶν
οὐδὲν πρότερον κεκτημένων, εὐθὺς δὲ τἀκείνων
ἐχόντων. ὥστε ταχείας τὰς ἐπαυρέσεις καὶ πρὸς* 2
*τὸ τερπνὸν ἠξίουν ποιεῖσθαι, ἐφήμερα τά τε σώ-
ματα καὶ τὰ χρήματα ὁμοίως ἡγούμενοι. καὶ τὸ* 3
*μὲν προταλαιπωρεῖν τῷ δόξαντι καλῷ οὐδεὶς πρό-*

Cap. **53.** § 1. *ἀπέκρυπτέ τῳ* Aug. Cass. Mosqu.
§ 3. *προταλαιπωρεῖν* Laur. Gr. Par. I., reliqui *προσταλαιπωρεῖν*. Cf. adn.

VII 609 sq. — *τοὺς νήσαντας*. „Atticorum esse docet Thom. Mag. *νῆσαι πυρὰν λέγουσιν, οὐ συναγαγεῖν οὐδὲ συνθεῖναι.*" Duk. Cf. VII 87, 2. — *φθάσαντες τοὺς νήσαντας* proprie ad sola *οἱ μὲν* ... *ὑφῆπτον* pertinent. — *τὸν ἑαυτῶν νεκρόν*. Singularis distributive positus est. Cf. adn. 70, 3 et III 22, 3. — *ἄλλου*. Inutiliter *ἄλλον* Meinek. in Herm. III p. 349.

Cap. **53.** § 1. *ἦρξε ... τῇ πόλει ... ἀνομίας*. Cf. 12, 3, unde apparet genetivum hic non pendere ex formula *ἐπὶ πλέον* nec, quod Stephanus in Thes. s. v. *νόσημα* statuit, ex *νοσήματος* nomine. — *ἀπεκρύπτετο μὴ ... ποιεῖν*. De negatione cf. Matth. Gr. § 534 adn. 4. Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 3. VIII 92, 11. Lys. VII 18 *περὶ ὧν ἀποκρυπτόμεθα μηδένα εἰδέναι*. Loco Lysiano refellitur etiam Dobraei coniectura *ἀπέκρυπτέ τῳ* insuper dativi causa improbanda, ut altera *ἀπεκρύπτετό τῳ* propter Aug. scripturam excogitata. De vv. *καθ' ἡδονὴν ποιεῖν* vid. 37, 2, et si sententia cum illo loco pugnare tibi videatur, libidinem hic ad res turpiores spectare cogita. Cum sententia cf. Ovid. Met. VII 564. — *ἀγχίστροφον*] *ταχεῖαν, ὀξεῖαν*. Schol. Cf. Herod. VII 13. Ael. Var. hist. V 13. — *ὁρῶντες*. De plurali post collectivum *τις* posito vid. Alexand. *περὶ σχημ.* VIII p. 472. Pflugk. ad Eur. Herc. f. 79. — *καὶ αἰφνιδίως*. Krueger *καί* aut abesse debere, ut praetermissum sit a Valla, aut intendendi vim habere existimat. Neutrum placet, cum huic inciso postea respondeat illud *εὐθὺς δὲ ... ἐχόντων*. Genetivi igitur non sunt absoluti, sed suspensi ex *μεταβολήν*.

§ 2. *τὰς ἐπαυρέσεις*] *τὰς ἀπολαύσεις*. Schol. Cf. Lob. ad Phryn. p. 447. Ortum est ex aoristo *ἐπαυρέσθαι*. — *πρὸς τὸ τερπνόν*, i. e. *τερπνῶς, τερπνάς*. Cf. Matth. Gr. § 591 c ε p. 1391.

§ 3. *τὸ μὲν προταλαιπωρεῖν ... πρόθυμος ἦν*. De artic. vid. Soph. Ant. 78 sq. Krueg. Synt. poët. et dial. § 50,

www.libtool.com.cn

θυμος ἦν, ἄδηλον νομίζων εἰ πρὶν ἐπ' αὐτὸ ἐλθεῖν διαφθαρήσεται· ὅ τι δὲ ἤδη τε ἡδὺ καὶ πανταχόθεν τό ⟨τ'⟩ ἐς αὐτὸ κερδαλέον, τοῦτο καὶ καλὸν
4 καὶ χρήσιμον κατέστη. θεῶν δὲ φόβος ἢ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε, τὸ μὲν κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν καὶ μὴ ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾶν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους, τῶν δὲ ἁμαρτημάτων οὐδεὶς

ἔλθῃ Aug. Cass. Cl. Ven. Mosqu., cui non obstat omissum ἂν (cf. Quaest. gram. p. 26), sed quod vv. εἰ διαφθαρήσεται vis negandi non continetur. Cf. Matth. Gr. § 522, 2 c. Krueg. Gr. § 54, 17 adn. 6.

καὶ πανταχόθεν τε Cl. Gr. E., καὶ omisso πανταχόθεν τε τὸ Laur. et πανταχόθεν τε m. Ar. Chr. Dan. Cf. adn.

6 adn. 7. „Simile est πρόθυμός τι III 67, 6." Krueg. Codd. plurimorum scripturam προσταλαιπωρεῖν τῷ δόξαντι ἀγαθῷ Haack. et Bloomf. interpretantur propter (propr. apud) id quod honestum videretur labores tolerare, qualem vim in compositis πρός habere posse exemplis non demonstrarunt. Neque de incremento aliquo laboris, ut recte animadvertit Class., sermo esse potest aut labores praeter τὸ δόξαν καλόν suscipiuntur, cum hoc, ut πρὶν ἐπ' αὐτὸ ἐλθεῖν ostendit, nondum habeant. Aptissimum autem est προταλαιπωρεῖν, ad assequendum id quod honestum visum est antea labores suscipere. — νομίζων refer ad ἕκαστος potius quam ad superius οὐδείς. Cf. adn. IV 10, 1. — εἰ, ut Lat. an in locutionibus nescio an, dubito an, similibus, est nostrum *ob nicht*. Cf. adn. I 32, 5. Krueg. ad Dion. p. 135 et Gr. § 65, 1 adn. 8. — ὅ τι δὲ ... κερδαλέον. Codd. plurimorum scripturam sic interpretatur Class.: quod in praesentia iucundum erat et omni modo ad id comparandum utile. Quanquam ita commodius abest articulus, tamen ferri potest secundum ea quae de talibus traiectionibus adnotata sunt 7, 2. VI 77, 2. At sententia parum apta est. Nam qui voluptatem sectantur, iis, cum quovis modo ea frui contendant, non ea tantum placent quae omni modo, sed quae ullo modo eo conducunt. Atque hoc idem senserunt interpretes qui πανταχόθεν a vero eius sensu discedentes alicunde vel ullo modo verterunt. Cum igitur πανταχόθεν cum κερδαλέον iungi nequeat, necesse est pariter atque ἤδη ad ἡδύ illud pertineat, id quod inserto τ' effecimus. Ita etiam aptissimam nanciscimur oppositionem. Opponitur enim futuro honesto, ad quod assequendum antea labor suscipiendus est, praesens et undique perfecta (i. e. quae omni labore careat) voluptas. Cf. Mus. Rhen. XXVI p. 344. De verbi ἦν omissione cf. adn. I 16.

§ 4. τὸ μέν recte Class. vertit *einerseits*. Cf. Krueg. Gr. § 50, 1 adn. 15. — κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ. Ne quis scribat κρίνοντας, obstant proxima οὐδεὶς ἐλπίζων. De nominat. partic. vid. Herm. ad Vig. p. 348. Matth. Gr. § 562, 1. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 4. Tota formula comparanda est cum verbis ἐν τῷ ὁμοίῳ καθειστήκει 49, 5. — ἐν ἴσῳ, aeque, ut 62, 4. — τῶν δὲ ἁμαρτημάτων. Genetivus et cum nomine δίκην et

www.libtool.com.cn

*ἐλπίζων μέχρι τοῦ δίκην γενέσθαι βιοὺς ἂν τὴν
τιμωρίαν ἀντιδοῦναι, πολὺ δὲ μείζω τὴν ἤδη κατ-
εψηφισμένην σφῶν ἐπικρεμασθῆναι, ἣν πρὶν ἐμ-
πεσεῖν εἰκὸς εἶναι τοῦ βίου τι ἀπολαῦσαι.*
54. *Τοιούτῳ μὲν πάθει οἱ Ἀθηναῖοι περιπε-* 1
*σόντες ἐπιέζοντο, ἀνθρώπων τε ἔνδον θνῃσκόντων
καὶ γῆς ἔξω δῃουμένης. ἐν δὲ τῷ κακῷ, οἷα εἰκός,* 2
*ἀνεμνήσθησαν καὶ τοῦδε τοῦ ἔπους, φάσκοντες
οἱ πρεσβύτεροι πάλαι ᾄδεσθαι*

*ἥξει Δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.*

*ἐγένετο μὲν οὖν ἔρις τοῖς ἀνθρώποις μὴ λοιμὸν* 3
*ὠνομάσθαι ἐν τῷ ἔπει ὑπὸ τῶν παλαιῶν, ἀλλὰ
λιμόν, ἐνίκησε δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰκότως λοι-
μὸν εἰρῆσθαι· οἱ γὰρ ἄνθρωποι πρὸς ἃ ἔπασχον
τὴν μνήμην ἐποιοῦντο. ἦν δέ γε οἶμαι ποτὲ ἄλλος*

cum nomine *τιμωρίαν* cohaeret. — *οὐδεὶς ἐλπίζων*. Cf. Krueg. Gr. § 58, 4 adn. 5. — *ἂν* cum *ἀντιδοῦναι* et *ἐπικρεμασθῆναι* iunge. — *τὴν ἤδη κατεψηφισμένην*] *ἀπὸ κοινοῦ τὸ δίκην. λέγει δὲ τὴν νόσον. ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ καὶ ἐλπίζων*. Schol. *Κατεψηφισμένην* passive dictum est, et de tota forma orationis vid. adn. I 95, 3. *Δίκην* nonnulli subaudiunt *καταψηφ.* interpretantes latam adversus se sententiam. Sed malumus *τιμωρίαν* cogitari, quod et propius et, cum *δίκη* antea iudicium sonet, aptius est. — *ἣν πρὶν ἐμπεσεῖν*, quae priusquam incideret. Relativum cum propiore enuntiatione, etiamsi alteri est subiecta, coniunctum est, ut saepe apud Latinos. Vid. Krueg. Gr. § 51, 9 adn. 3. Cf. VI 11, 1. Demosth. IX 68 *ἃ τότ' εἰ προείδοντο, οὐκ ἂν ἀπώλοντο*.

Cap. 54. § 2. *οἷα εἰκός*. *Ἀναμνησθῆναι αὐτούς* simul audiri iubet Krueg. Similiter 21, 2. VIII 2, 3 *ὡς εἰκός* sine verbo *εἶναι*. — *τοῦ ἔπους*, versus epici, hexametri. Cf. 41, 4. — *φάσκοντες οἱ πρεσβύτεροι*. De nominat. vid. Matth. Gr. § 562 adn. 1. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 1. Soph. Ant. 410.

§ 3. *ἐγένετο μὲν οὖν ἔρις*. Verbis *ἐγένετο ἔρις* continetur notio verbi contendendi, ex quo pendet infin., ut ex simili formula *ὡς* VI 35, 1. — *μὴ λοιμὸν . . . ἀλλὰ λιμόν*. Memorabilia sunt haec verba in ea contentione quae est de pronuntiatione vocalium Graecarum. Hinc cognosci *λοιμόν* et *λιμόν* Th. tempore potius dissimiliter quam similiter pronuntiata esse pluribus exponit Woehler in Ann. phil. a. 1887 p. 462 sqq. — *ἐνίκησε*. Subiectum huius verbi est (*τὸ*) *εἰρῆσθαι*. Cf. *παρεστάνει* IV 61, 2. Potuit etiam dici *ἐνίκησε δὲ ἡ γνώμη*. — *ἐπὶ τοῦ παρόντος*. *Ἐπὶ τῷ παρόντι* 36, 4 et *πρὸς τὸ παρόν* 22, 1 comparat Class. Ad praesens Tac. Hist I 85. — *πρὸς ἃ . . . ἐποιοῦντο*. Cum sententia cf. I 140, 1.

www.libtool.com.cn

[illegible] 25. [illegible] Cf. M [illegible]

[illegible] πανταχόθεν τε Cf. Gr [illegible] πανταχόθεν τε m. A

[illegible] est προθυμό [illegible] Codd. pluri [illegible] προσταλαιπω [illegible] τῶν ἀνδρῶν ἀγαθῷ Haach [illegible] interpretantur prop [illegible] id quod ho [illegible] labore [illegible] qualem vim in com [illegible] habere posse exem [illegible] Nequ [illegible] laboris, [illegible] Class., serm [illegible] labores praet [illegible] ἀνδρῶν καλόν suscipiuntu [illegible] πρὶν ἐκ αὐτ [illegible] nondum habear [illegible] autem est προταλα [illegible] ad assequendum id quo [illegible] visum est antea la [illegible] suscipere. — νομι [illegible] refer ad ἕκαστος potiu quam ad superius οὐδείς. C adn. IV 10, 1. — εἰ, ut La an in locutionibus nescio an dubito an, similibus, est no [illegible]

www.libtool.com.cn



παίζων μέχρι τοῦ δίκην γενέσθαι ...
ωρίαν ἀντιδοῦναι, πολὺ δὲ ...
γισμένην σφῶν ἐπιχειρασθῆναι ...
ἂν εἰκὸς εἶναι τοῦ βίου ...
64. Τοιούτῳ μὲν πάθει ...
ἐπιέζοντο. ἀνθρώπων ...
ἔξω φρουμένης ...

ob.
rw.
λα.
econ.
De
iit VI
en. de
t apud
at. Cf.

Ut primo
— τοὺς
ra damnat
— ὥσπερ
3. 2. 22, 1.
αὐτός etiam
, sicut alibi
vocabula re-
Gr. § 69, 64

παραλίαν
e feminina cf.
adn. 1. Totum
. . . ἐλθεῖν
e expungit. Etsi
necessaria, tamen
cant rem factam
superiore cap.
τὸν νεῶν

www.libtool.com.cn

πόλεμος καταλάβῃ Δωρικὸς τοῦδε ὕστερος καὶ ξυμβῇ γενέσθαι λιμόν, κατὰ τὸ εἰκὸς οὕτως ᾄσονται.
4 μνήμη δὲ ἐγένετο καὶ τοῦ Λακεδαιμονίων χρηστηρίου τοῖς εἰδόσιν, ὅτε ἐπερωτῶσιν αὐτοῖς τὸν θεὸν εἰ χρὴ πολεμεῖν ἀνεῖλε κατὰ κράτος πολεμοῦσι νίκην ἔσεσθαι, καὶ αὐτὸς [ἔφη] ξυλλήψεσθαι.
5 περὶ μὲν οὖν τοῦ χρηστηρίου τὰ γιγνόμενα ᾔκαζον ὁμοῖα εἶναι. ἐσβεβληκότων δὲ τῶν Πελοποννησίων ἡ νόσος ἤρξατο εὐθύς· καὶ ἐς μὲν Πελοπόννησον οὐκ ἐσῆλθεν ὅ τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν, ἐπενείματο δὲ Ἀθήνας μὲν μάλιστα, ἔπειτα δὲ καὶ

Cap. 54. § 5. ὅ τι ἄξιον καὶ εἰπεῖν omnes praeter m. et aliquot deteriores.

*Μνήμη* est *ἀνάμνησις*. — **καταλάβῃ**. Cf. adn. 18, 1. — **καὶ ξυμβῇ γενέσθαι λιμόν**. Ullr. Symb. ad explic. Thuc. p. 71 hinc cognosci putat hunc locum ante Athenarum obsidionem et famem ea effectam scriptum esse. Sed ipsum dicendi genus *ἢν ξυμβῇ γενέσθαι*, si contigerit ut exsistat, ostendit de fame naturalibus causis exorta, non ab hominibus comparata sermonem esse. Idem confirmat pestilentiae similitudo. — **οὕτως**, i. e. *λιμός*.

§ 4. **τοῦ ... χρηστηρίου**. Vid. I 118, 3. — **ὅτε**. Cf. adn. 21, 1. — [**ἔφη**] del. Cob. Cf. ad. I 118, 3.

§ 5. **ὁμοῖα**, convenientia, consentanea, scil. oraculo. Cf. 72, 1. Nam similiter atque in Iliade Apollo fame Atheniensibus immissa Peloponnesiis subvenisse credebatur. — **ἐσβεβληκότων δέ**. Fuerunt qui *δέ* hoc loco idem quod *γάρ* valere (cf. adn. I 77, 3) existimarent, quod nobis, quoniam *μὲν οὖν* et *δέ* inter se referuntur, fieri posse non videtur. Et *δέ* recte dictum esse, dummodo non solum ad enuntiatum *ἐσβεβληκ... εἶναι*, sed etiam ad *καὶ ἐς μὲν* κ. τ. λ. respiciamus, docet Class. Quare hunc et Kruegerum secuti nunc minus plene post *εὐθύς* interpunximus. — **καὶ ἐς μὲν... εἰπεῖν**, et in Peloponnesum quidem non invasit quicquam morbi quod etiam relatu dignum esset, vel non invasit morbus ita quidem ut sit relatu dignum. „Tantum negatur haec pestilentia in Peloponneso mirabilem edidisse cladem; namque eandem in Peloponnesum penetrasse loco clarissimo eoque maxime huc pertinente testatur Paus. VIII 41, 5.“ Siebel. ad Paus. II 32, 5. Cf. ibid. X 11, 4. Cum verbis *ὅ τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν* cf. IV 48, 6 *ὅ τι καὶ ἀξιόλογον*, quae plane idem valent, et adn. I 15, 2. II 51, 1. Vera est deteriorum codd. scriptura. Nam *καὶ* ad *ἄξιον* pertinet. Cf. Hippocr. II p. 160 *ὅ τι καὶ ἄξιον λέγειν*, Aristot. Poët. 19 (p. 1456 b) *ὅ τι καὶ ἄξιον σπουδῆς*, Rhet. I 5 (p. 1361 a) *μηδὲν ὅ τι καὶ ἄξιον*, Polit. II 8 (p. 1272 b) *ὅ τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν*, item Dio Cass. fragm. 78, 1, Agath. Hist. V 19 *ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον*. — **ἐπενείματο**, depastus est. Proprie de belluis, deinde de incendiis et aliis calamitatibus omnia depopulantibus dicitur. Cf. Herod. V 101. Plut.

www.libtool.com.cn



*τῶν ἄλλων χωρίων τὰ πολυανθρωπότατα.* *ταῦτα* 6
*μὲν τὰ κατὰ τὴν νόσον γενόμενα.*

55. *Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἐπειδὴ ἔτεμον τὸ* 1
*πεδίον, παρῆλθον ἐς τὴν Πάραλον γῆν καλουμένην μέχρι Λαυρείου, οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλά ἐστιν Ἀθηναίοις. καὶ πρῶτον μὲν ἔτεμον ταύτην ᾗ πρὸς Πελοπόννησον ὁρᾷ, ἔπειτα δὲ τὴν πρὸς Εὔβοιάν τε καὶ Ἄνδρον τετραμμένην. Περικλῆς* 2
*δὲ στρατηγὸς ὢν καὶ τότε περὶ μὲν τοῦ μὴ ἐπεξιέναι τοὺς Ἀθηναίους τὴν αὐτὴν γνώμην εἶχεν ὥσπερ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐσβολῇ.*

56. *Ἔτι δ' αὐτῶν ἐν τῷ πεδίῳ ὄντων, πρὶν* 1
*ἐς τὴν παραλίαν γῆν ἐλθεῖν, ἑκατὸν νεῶν ἐπίπλουν*

Cap. **55.** § 1. ἢ Pal. Aug. et deteriores aliquot, quod defendit Boehm., quia *ταύτην ἣ ... ὁρᾷ* significent *τὴν ὁρῶσαν.* At hoc quoniam videtur valere hanc terram quae ad Pelop. spectat, non, quod Kruegeri coniectura *ταύτης* exprimitur, eam partem huius terrae quae pars —, nos praetulimus ᾗ, quatenus.

Mor. 776 f. Caes. 19. — *τῶν ἄλλων χωρίων τὰ πολ.* Vid. Grot. Hist. V I p. 219 (interpr. III p. 439), qui cur de insulis solis cogitet non percipimus.

§ 6. *ταῦτα μὲν τὰ ... γενόμενα.* Similiter non addito verbo *εἶναι* VII 87, 6 *ταῦτα μὲν τὰ περὶ Σικελίαν γενόμενα.* Cf. IV 41, 4. Luci. Ver. Hist. I 104. Herodot. IX 88. Est haec omissio effecta *ἐπιφωνήματι.* Etiam Liv. haec eo anno in Hispania acta XXVII 20, 8. Cf. id. XXXV 7, 6.

Cap. **55.** § 1. *Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι κ.τ.λ.* Cf. Diod. XII 45 et de regionibus non devastatis praeter hunc Thirlw. Hist. Gr. c. 20. — *τὸ πεδίον.* Cf. adn. 20, 1. — *τὴν Πάραλον γῆν.* De Paralo totam meridionalem Atticam inde a Braurone et Hymetti fine meridionali continente cf. Burs. Geogr. I p. 264 et G. Gilbert. in Suppl. Annal. phil. IV p. 194. Infra 56, 1 *ἡ παραλία γῆ* et ibidem § 3 *ἡ παραλία.* Auctore Cob. *γῆν* sine necessitate del. Herw. — *τὰ ἀργύρεια μέταλλα.* De his vid. Boeckh. in Oecon. civ. Athen. I p. 420 sqq. De dicendi genere, quod redit VI 91, 7, cf. Saupp. ad Xen. de Vect. 4, 5. — *ὁρᾷ,* ut apud alios *βλέπει,* est spectat. Cf. 93, 4. VI 75, 1. 97, 5.

§ 2. *καὶ τότε.* Ut primo belli anno. Cf. 21, 3. — *τοὺς Ἀθηναίους* frustra damnat Cob. ad Hyper. p. 71. — *ὥσπερ ... ἐσβολῇ.* Vid. 13, 2. 22, 1. *Ὥσπερ* ad verba *ὁ αὐτός* etiam Xen. Anab. I 10, 10, sicut alibi ad alia similitudinis vocabula refertur. Cf. Krueg. Gr. § 69, 64 adn. 1.

Cap. **56.** § 1. *παραλίαν γῆν.* De flexione feminina cf. Matth. Gr. § 116 adn. 1. Totum enuntiatum *πρὶν ... ἐλθεῖν* Cob. l. l. non recte expungit. Etsi enim non sunt necessaria, tamen distinctius indicant rem factam esse ante ea quae superiore cap. narrata sunt. — *ἑκατὸν νεῶν.*

www.libtool.com.cn

τῇ Πελοποννήσῳ παρεσκευάζετο, καὶ ἐπειδὴ ἑτοῖμα
2 ἦν, ἀνήγετο. ἦγε δὲ ἐπὶ τῶν νεῶν ὁπλίτας Ἀθη-
ναίων τετρακισχιλίους καὶ ἱππέας τριακοσίους ἐν
ναυσὶν ἱππαγωγοῖς πρῶτον τότε ἐκ τῶν παλαιῶν
νεῶν ποιηθείσαις· ξυνεστρατεύοντο δὲ καὶ Χῖοι
3 καὶ Λέσβιοι πεντήκοντα ναυσίν. ὅτε δὲ ἀνήγετο
ἡ στρατιὰ αὕτη Ἀθηναίων, Πελοποννησίους κατ-
4 έλιπον τῆς Ἀττικῆς ὄντας ἐν τῇ παραλίᾳ. ἀφικό-
μενοι δὲ ἐς Ἐπίδαυρον τῆς Πελοποννήσου ἔτεμον
τῆς γῆς τὴν πολλήν, καὶ πρὸς τὴν πόλιν προσβα-
λόντες ἐς ἐλπίδα μὲν ἦλθον τοῦ ἑλεῖν, οὐ μέντοι
5 προεχώρησέ γε. ἀναγαγόμενοι δὲ ἐκ τῆς Ἐπιδαύ-
ρου ἔτεμον τήν τε Τροιζηνίδα γῆν καὶ τὴν Ἁλιάδα
καὶ τὴν Ἑρμιονίδα· ἔστι δὲ πάντα ταῦτα ἐπιθα-
6 λάσσια τῆς Πελοποννήσου. ἄραντες δὲ ἀπ' αὐτῶν
ἀφίκοντο ἐς Πρασιάς, τῆς Λακωνικῆς πόλισμα

Cap. 56. § 5. πάντα in Ar. Chr. Dan. omissum frustra in suspicionem vocat Dobr.

Cf. Diod. XII 45, 3 et Plut. Pericl. 35, qui ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα commemorans adnumeravit Chias et Lesbias. Idem Plutarchus tunc solem narrat defecisse; sed nulla hoc anno fuit defectio solis. Cf. Sinten. ad Plut. l. l. — ἐπειδὴ ἑτοῖμα ἦν. Cf. adn. 3, 4.

§ 2. ναυσὶν ἱππαγωγοῖς ... ποιηθείσαις. Utrum tales naves tum primum omnino aedificatae an tum primum ex veteribus factae sint non satis significatur. Illud probat Boeckh. Oec. civ. I p. 398. Eadem ambiguitas etiam III 19. Saltem de Graecia illud πρῶτον intellegendum; nam e. c. Persae prius habuerunt. Vid. Herodot. VI 48 et ibi Valck. Cf. Plin. Hist. Nat. VI 57. Mentio earum fit etiam Thuc. IV 42, 1 et VI 43, ubi triremes fuisse adnotavimus. A Polyb. et Diod. ἱππηγοί nominantur, Latine quoque et hippagogi et hippagi a Liv. et Plin. Ludit in his navibus Aristoph. Equ. 596 sqq. — Χῖοι καὶ Λέσβιοι.

Alii praeter hos socii commemorantur VI 31, 2.

§ 4. Ἐπίδαυρον τῆς Πελοπ. Cf. adn. I 138, 5. De Argolica Epidauro, non de Laconica dici et ex iis quae § 5 sequuntur et ex Plutarchi verbis τὴν ἱερὰν Ἐπίδαυρον apparet — τῆς γῆς τὴν πολλήν Cf. adn. I 2, 3. — οὐ μέντοι προεχώρησέ γε. Διὰ τὴν νόσον secundum Plut. Subiectum quod dicunt verbi προεχώρησε sit quidem τὸ ἑλεῖν (cf. 58, 2), sed cf. etiam adn. I 109, 3.

§ 5. τὴν Ἁλιάδα. Cf. adn. I 105, 1. — πάντα ... ἐπιθαλάσσια. Et simul tunc αὐτόνομα καὶ τῶν Λακεδαιμονίων ξύμμαχα. Cf. I 27, 2 et ibi adn. — τῆς Πελοποννήσου. Non dixit τῆς Ἀργολίδος hic aut § 4, ne quis has civitates partem terrae Argivae (τῆς Ἀργείας) fuisse opinaretur. Et Argolidis nomen omnino nusquam apud Thuc. invenitur, nec Ἀκτή haec eius pars ab eo vocatur.

§ 6. Πρασιάς. Cf. VI 105, 2

www.libtool.com.cn



ἐπιθαλάσσιον, καὶ τῆς τε γῆς ἔτεμον καὶ αὐτὸ τὸ πόλισμα εἷλον καὶ ἐπόρθησαν. ταῦτα δὲ ποιή- 7
σαντες ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησαν. τοὺς δὲ Πελοποννησίους οὐκέτι κατέλαβον ἐν τῇ Ἀττικῇ ὄντας, ἀλλ' ἀνακεχωρηκότας.

57. Ὅσον δὲ χρόνον οἵ τε Πελοποννήσιοι ἦσαν 1
ἐν τῇ γῇ τῇ Ἀθηναίων καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐστράτευον ἐπὶ τῶν νεῶν, ἡ νόσος ἔν τε τῇ στρατιᾷ τοὺς Ἀθηναίους ἔφθειρε καὶ ἐν τῇ πόλει, ὥστε καὶ ἐλέχθη τοὺς Πελοποννησίους δείσαντας τὸ νόσημα, ὡς ἐπυνθάνοντο τῶν αὐτομόλων ὅτι ἐν τῇ πόλει εἴη καὶ θάπτοντας ἅμα ᾐσθάνοντο, θᾶσσον ἐκ τῆς γῆς ἐξελθεῖν. τῇ δὲ ἐσβολῇ ταύτῃ πλεῖστόν 2
τε χρόνον ἐνέμειναν καὶ τὴν γῆν πᾶσαν ἔτεμον· ἡμέρας γὰρ τεσσαράκοντα μάλιστα ἐν τῇ γῇ τῇ Ἀττικῇ ἐγένοντο.

Cap. 57. § 1. Prius τε post δέ habent It. Vat. Aug. Cass. Ven. Reg. H. Lugd., om. Pal. Gr. C. D. F. I. Quod Class. τε post δέ collocatum ita defendit ut ad καὶ οἱ Ἀθ. simul audiendum esse ὅσον χρόνον dicat, multo melius sine inutili τε coniunctionis traiectione ὅσον χρόνον ad utrumque membrum pertinet.

§ 2. ἔμειναν It. Vat. Reg. At vid. adn.

et VII 18, 3. Distinguenda haec urbs ab Attica eiusdem nominis VIII 95, 1. De Laconica vid. Paus. III 24, 8 (ubi Βρασιαί), Strab. p. 368 (ubi Argolidi attribuitur) et p. 498. Leak. Pelop. II p. 484 et contra hunc Ross. Pelop. p. 165 sqq. Non esse certe ubi nunc Prasto inde apparet quod Prasias ad mare sitas fuisse docent Thuc. et Paus., contra Prasto est urbs mediterranea. Cum Boblayo et Rossio in situ definiendo consentit Curt. Pelop. II p. 306 et 332. Paulo aliter Burs. l. l. II p. 134. — τῆς γῆς ἔτεμον. Cf. adn. I 30, 2.

§ 7. ἀνακεχωρηκότας. Κατέλαβον sic repetendum ut hic sit ἔγνωσαν, ᾔσθοντο.

Cap. 57. § 1. δείσαντας τὸ νόσημα. Aliam causam affert Diod. XII 45, 1. — θάπτοντας . . . ᾐσθάνοντο, scil. rogorum fumum videntes. Cf. 52, 4.

§ 2. τῇ δὲ ἐσβολῇ . . . ἐνέμειναν. Non est praepositio verbi cum dativis τῇ ἐσβολῇ ταύτῃ iungenda, sed hi sunt dativi temporis (cf. adn. 20, 1) et ad ἐνέμειναν cogitanda verba ἐν τῇ γῇ, ut III 1, 2. Cf. 23, 2 ἐμμείναντες ἐν τῇ Ἀττικῇ et solum ἐμμένειν 19, 2. IV 109, 5. VIII 31, 4. De re, quae, si ad totum bellum Pelop. respiciatur, propter res Decelea munita gestas parum vera videatur, cf. Ullr. Symb. ad explic. Thuc. p. 81. Sed praeter invasionem in Atticam tum factam (VII 16, 1. 19, 1) ipsa Deceleae munitio atque continua occupatio (cf. VII 27, 4) non pro ἐσβολῇ habetur, sed ἐπιτείχισις (VI 91, 7. 93, 2) vel ἐπιτειχισμός (VII 18, 4. 20, 3) vocatur.

www.libtool.com.cn

1 58. *Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους Ἅγνων ὁ Νικίου
καὶ Κλεόπομπος ὁ Κλεινίου, ξυστράτηγοι ὄντες
Περικλέους, λαβόντες τὴν στρατιὰν ἧπερ ἐκεῖνος
ἐχρήσατο ἐστράτευσαν εὐθὺς ἐπὶ Χαλκιδέας τοὺς
ἐπὶ Θρᾴκης καὶ Ποτείδαιαν ἔτι πολιορκουμένην,
ἀφικόμενοι δὲ μηχανάς τε τῇ Ποτειδαίᾳ προσέ-*
2 *φερον καὶ παντὶ τρόπῳ ἐπειρῶντο ἑλεῖν. πρου-
χώρει δὲ αὐτοῖς οὔτε ἡ αἵρεσις τῆς πόλεως οὔτε
τἆλλα τῆς παρασκευῆς ἀξίως· ἐπιγενομένη γὰρ ἡ
νόσος ἐνταῦθα δὴ πάνυ ἐπίεσε τοὺς Ἀθηναίους,
φθείρουσα τὴν στρατιάν, ὥστε καὶ τοὺς προτέ-
ρους στρατιώτας νοσῆσαι τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τῆς
ξὺν Ἅγνωνι στρατιᾶς ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ ὑγιαί-
νοντας. Φορμίων δὲ καὶ οἱ ἑξακόσιοι καὶ χίλιοι*
3 *οὐκέτι ἦσαν περὶ Χαλκιδέας. ὁ μὲν οὖν Ἅγνων
ταῖς ναυσὶν ἀνεχώρησεν ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀπὸ τε-
τρακισχιλίων ὁπλιτῶν χιλίους καὶ πεντήκοντα τῇ
νόσῳ ἀπολέσας ἐν τεσσαράκοντα μάλιστα ἡμέραις·
οἱ δὲ πρότεροι στρατιῶται κατὰ χώραν μένοντες
ἐπολιόρκουν τὴν Ποτείδαιαν.*

1 59. *Μετὰ δὲ τὴν δευτέραν ἐσβολὴν τῶν Πε-
λοποννησίων οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς ἥ τε γῆ αὐτῶν
ἐτέτμητο τὸ δεύτερον καὶ ἡ νόσος ἐπέκειτο ἅμα*
2 *καὶ ὁ πόλεμος, ἠλλοίωντο τὰς γνώμας, καὶ τὸν*

Cap. 58. § 1. *Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους.* In annum tertium Ol. LXXXVII haec refert Diod. narrans XII 46, 2. — *ἧπερ ἐκεῖνος ἐχρήσατο.* Est exercitus c. 56 memoratus, quod apparet etiam ex numero militum § 3. — *τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης.* Cf. adn. I 56, 1. — *ἔτι πολιορκουμένην.* Vid. I 64. — *προσέφερον.* Usitatius *προσῆγον*, ut II 76, 4. IV 100, 1. Illud de scalis dixit Ioseph. B. I. VI 4, 1, sed de machinis idem A. I. XII 8, 3. Translatum est ab Eur. Iph. T. 112 *πάσας προσφέροντε μηχανάς.*

§ 2. *ἐπιγενομένη.* Cf. adn. 4, 3. — *ἐνταῦθα δή.* Cf. adn. I 91, 4. Class. tamen hic *ἐνταῦθα δὴ πάνυ* iungens interpretatur hic demum maxime. — *τοὺς προτέρους στρατιώτας*, Tria milia militum. Cf. I 61, 1—3. II 31, 2 et ibi adn. — *Φορμίων . . . καὶ χίλιοι.* Cf. I 64, 2.

§ 3. *τετρακισχιλίων ὁπλιτῶν.* Cf. 56, 2. — *κατὰ χώραν*, in loco, suo loco. Cf. adn. I 28, 5.

Cap. 59. § 1. (Initium capitis affert Doxop. II p. 445, ubi neglegenter *ἐν ὀργῇ εἶχον.*) *ὡς ἥ τε γῆ κ. τ. λ.* Cf. Diod. XII 45, 4 et Aristid. II p. 138 sq. — *καὶ ὁ πόλεμος* suspectum est

www.libtool.com.cn

μὲν Περικλέα ἐν αἰτίᾳ εἶχον ὡς πείσαντα σφᾶς
πολεμεῖν καὶ δι' ἐκεῖνον ταῖς ξυμφοραῖς περιπε-
πτωκότες, πρὸς δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ὥρμηντο
ξυγχωρεῖν· καὶ πρεσβείας τινὰς πέμψαντες ὡς
αὐτοὺς ἄπρακτοι ἐγένοντο. πανταχόθεν τε τῇ
γνώμῃ ἄποροι καθεστῶτες ἐνέκειντο τῷ Περικλεῖ.
ὁ δὲ ὁρῶν αὐτοὺς πρὸς τὰ παρόντα χαλεπαίνον- 3
τας καὶ πάντα ποιοῦντας ἅπερ αὐτὸς ἤλπιζε,
ξύλλογον ποιήσας (ἔτι δ' ἐστρατήγει) ἐβούλετο

Cap. 59. § 2. πρεσβείας M., quod confirmat Diod. XII 45, 5 πρεσβείας ἀποστείλαντες; reliqui et Dionys. Hal. p. 843 (ubi πρέσβεις et quod sequitur πρεσβείας inter se videntur mutata esse) πρέσβεις.

Steupio in Mus. Rhen. XXVIII p. 341, quod bellum iam devastatione terrae indicatum sit. Sed bellum praeter hanc etiam alia mala afferebat, velut habitationum inopiam, de qua cf. c. 17. — ἠλλοίωντο τὰς γνώμας. (Dativo pro accusativo utitur Nicol. Dam. p. 453.) Pro his IV 106, 1 ἀλλοιότεροι ἐγένοντο τὰς γνώμας. Μετεβλήθησαν interpretatur schol. Sed plusquamperfectum significat mutatas fuisse et aliquamdiu mansisse eorum sententias.

§ 2. ἐν αἰτίᾳ εἶχον, i. e. ᾐτιῶντο. Cf. I 35, 4. V 60, 2. Idem exprimitur verbis δι' αἰτίας ἔχειν proxim. cap. § 4, ut dicitur δι' ὀργῆς et ἐν ὀργῇ ἔχειν. Cf. adn. 8, 5. Tum ὡς etiam cum partic. περιπεπτωκ. iunge. Nec necessaria videtur Kruegeri coniectura καὶ ὡς δι'. — πρὸς δὲ ... ὥρμηντο ξυγχωρεῖν. Quaeritur utrum πρός cohaereat cum ὥρμηντο et infinitivus per epexegesin additus (cf. Krueg. Gr. § 61, 6 adn. 9) ad eumque audiendum sit αὐτοῖς, id quod probat Haas. Lucubr. Thuc. p. 110, an praepositio cum ξυγχωρεῖν coniungenda sit et infinitivus ex ὥρμηντο pendeat. Hoc nos probamus, quod non magis hic quam V 29, 4 ὥρμηντο πρὸς τοὺς Ἀργείους καὶ αὐτοὶ ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι intellegimus cur simpliciorem explanationem spernamus, cum et ξυγχωρεῖν (i. e. ξυμβαίνειν, σπένδεσθαι) πρός τινα III 27, 3 legatur et ὁρμῆσθαι, properare, cupere, cum. inf. non raro iungatur (III 92, 4. IV 27, 4. 29, 2. V 29, 4. VI 6, 1. VIII 73, 3). — πρεσβείας ... ἄπρακτοι ἐγένοντο. Brevitatem huius narrationis frustra reprehendit Dion. Hal. de Thuc. iudic. p. 843.

§ 3. πρὸς τὰ παρόντα. Cf. 22, 1 adn. — ἤλπιζε, i. e. προσεδόκα. Cf. adn. I 1, 1. De re vid. I 140, 1. — ξύλλογον. Cf. adn. 22, 1. — ἔτι δ' ἐστρατήγει. Qua de causa extra ordinem populum in contionem convocare ei licebat. Vid. Schoem. de Comit. Athen. p. 58 et Herm. Antiqu. Gr. I § 128, 6. „Quod autem dicit ἔτι δ' ἐστρατ., non significat nondum exierat eius imperium, sed nondum exutus erat imperio." Seidler in praef. Soph. Ant. ed. Herm. p. LXXVIII. Cf. 13, 1 adn. 55, 2. — ἐβούλετο θαρσῦναι. Cf. Plut. Pericl.

www.libtool.com.cn

*θαρσῦναί τε καὶ ἀπαγαγὼν τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης πρὸς τὸ ἠπιώτερον καὶ ἀδεέστερον καταστῆσαι. παρελθὼν δὲ ἔλεξε τοιάδε.*

1 60. „*Καὶ προσδεχομένῳ μοι τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν ἐς ἐμὲ γεγένηται (αἰσθάνομαι γὰρ τὰς αἰτίας) καὶ ἐκκλησίαν τούτου ἕνεκα ξυνήγαγον, ὅπως ὑπο-*

35. — *ἀπαγαγὼν* (schol. *ἀποστήσας*) *τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης*. *Τὸ ὀργ. τ. γν.* est ira animorum. Cf. *τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον* VII 68, 1 et adn. I 90, 2. *Ἀπάγειν* est nostrum *ablenken*. Plenius 65, 1 *ἀπὸ τῶν παρόντων δεινῶν ἀπάγειν τὴν γνώμην*. — *πρὸς τὸ ἠπιώτερον . . . καταστῆσαι*, ad maiorem lenitatem et minorem formidinem traducere. Cf. adn. I 6, 3. Accusativus verbi *καταστῆσαι* utrum, ut antea apud *ἐθάρσυνε*, sit *τοὺς Ἀθηναίους* an *τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης* vel potius *τὴν γνώμην* examinans Class. hoc propterea praefert quod *ἐς* legatur, non *πρός*, conferens I 82, 4. IV 75, 1. V 29, 3. VI 34, 4. 36, 2. VIII 81, 2. 105, 8. Utique hoc magis in promptu est. Comparativum *ἠπιώτερος*, qui apud Thuc. bis redit, etiam Plat. Phaedr. 279 b. Tim. 85 a habet. Totum vocabulum poëticum male nonnulli appellant, nec rectius *ἰατροῖς καὶ τοῖς κατ' αὐτοὺς πρέπειν* affirmat Eustath.

Cap. **60.** „Hanc orationem tanquam Periclis persona indignam vituperat Dionys. Hal. [p. 923 sq.]. Hoc in tempore putat habendam fuisse a Pericle deprecationem, non orationem vehementem et irae plenam. Sed haec oratio, opinor, non iusto maiorem iracundiam spirat, sed Periclis personae convenit; deinde in tali tempore vir magnus et fortis non deprecatur, sed conscius recti consilia sua fortiter defendit, non sine indignatione et plebis reprehensione.“ Gottl. *Ὄγκον* atque *μέγεθος* huic orationi merito tribuit Plutarch. Mor. p. 803 b. Cf. schol. Hermog. IV p. 635 et de Pericle contra voluntatem Atheniensium loquente infra 65, 9 atque Cic. de Orat. III 34, 138. Plurima ex hac contione deprompsit Cantacuzenus I 38. Ex tribus autem partibus constat. Prima enim (c. 60. 61) orator se ipsum defendit simul vituperans civium inconstantiam; altera (c. 62. 63) eorum animos erigere studet, commemorans maris imperium eos nullo impediente tenere, quo quae iam amiserint bona adeo minoris esse aestimanda ut eorum iactura, quam fortitudine facile reparare possint, deterreri non debeant quin patrum exemplum secuti cum confidentia et contemptione cum hostibus contendant, simulque demonstrans pro tuendo imperio labores esse subeundos nec solum de imperio, sed etiam de libertate et salute civitatis agi; tertia parte (c. 64), quae pro epilogo est, eos adhortatur ne sibi immerito irascantur neve calamitatibus et obtrectantium invidiae cedentes de pace agant eoque praesentes labores se aegre ferre hostibus significent.

§ 1. *προσδεχομένῳ μοι . . . γεγένηται*. Cf. adn. II 3, 2. Perfectum iram etiam permanere indicat. — *τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν*, *die Äuſserungen (Ausbrüche) eures Zornes*. Cf. IV 55, 3. VIII 43, 1. 77. — *ξυνήγαγον*. Aoristus pro perfecto in re momentaria. Cf. adn. I 73, 1. 120, 1 et II 89, 1.

www.libtool.com.cn

μνήσω καὶ μέμψωμαι, εἴ τι μὴ ὀρθῶς ἢ ἐμοὶ χαλε-
παίνετε ἢ ταῖς ξυμφοραῖς εἴκετε. ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι 2
πόλιν πλείω ξύμπασαν ὀρθουμένην ὠφελεῖν τοὺς
ἰδιώτας ἢ καθ' ἕκαστον τῶν πολιτῶν εὐπραγοῦσαν,
ἁθρόαν δὲ σφαλλομένην. καλῶς μὲν γὰρ φερό- 3
μενος ἀνὴρ τὸ καθ' ἑαυτὸν διαφθειρομένης τῆς
πατρίδος οὐδὲν ἧσσον ξυναπόλλυται, κακοτυχῶν
δὲ ἐν εὐτυχούσῃ πολλῷ μᾶλλον διασῴζεται. ὁπότε 4
οὖν πόλις μὲν τὰς ἰδίας ξυμφορὰς οἵα τε φέρειν,
εἷς δὲ ἕκαστος τὰς ἐκείνης ἀδύνατος, πῶς οὐ χρὴ
πάντας ἀμύνειν αὐτῇ, καὶ μὴ ὃ νῦν ὑμεῖς δρᾶτε·
ταῖς κατ' οἶκον κακοπραγίαις ἐκπεπληγμένοι τοῦ
κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀφίεσθε, καὶ ἐμέ τε τὸν παρ-
αινέσαντα πολεμεῖν καὶ ὑμᾶς αὐτούς, οἳ ξυνέγνωτε,
δι' αἰτίας ἔχετε. καίτοι ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργί- 5
ζεσθε ὃς οὐδενὸς οἴομαι ἥσσων εἶναι γνῶναί τε

Cap. 60. § 1. *μέμψομαι* Aug., ut videtur, et Gr. At vid. Quaest. gram. p. 28.

§ 2. *ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι κ. τ. λ.* Cum sententia cf. Liv. XXVI 36, 9. Dio Cass. XXXVIII 36, 8. — *πόλιν πλείω . . . σφαλλομένην*, i. e. singulis civibus reipublicae salutem plus prodesse quam afflicta republica ipsorum felicitatem. *Πλείω* igitur iunge cum *ὠφελεῖν*, et *οἱ ἰδιῶται* sunt singuli cives. De adi. *ἁθρόαν* vid. adn. I 141, 7.

§ 3. *καλῶς . . . φερόμενος ἀνήρ*, i. e. vir cui res prospere succedunt. Cf. V 15, 2. 16, 1. — *τὸ καθ' ἑαυτόν*. Cf. adn. 11, 3. — *ξυναπόλλυται*. Cum sententia cf. Xen. Ven. 12, 11. — *κακοτυχῶν*. Ex Thuc. hoc verbum affert Pollux III 99.

§ 4. *ὁπότε*, quandoquidem. Cf. Krueg. Gr. § 54, 16 adn. 3. — *τὰς ἰδίας* (Bloomf. et Krueg. nulla idonea causa *ἰδίᾳ* coniecerunt) *ξυμφοράς*] *ἰδίας νῦν οὐχὶ ἑαυτῆς, ἀλλὰ τὰς τῶν καθ' ἕκαστον ἀνθρώπων καὶ μερικὰς δυστυχίας*. Schol. — *καὶ μή*. Simul audi *δρᾶν*. — *ταῖς κατ' οἶκον . . . ἀφίεσθε*. Haec ad enuntiatum *ὃ δρᾶτε* illustrandum adiecta sunt, ut solent res talibus verbis universe designatae non addita particula pluribus explanari. Cf. VI 11, 5. 91, 4. Xen. Cyr. I 6, 19. Herm. ad Vig. p. 759. Pflugk. ad Eur. Heracl. 178. Latine Sen. de Ir. III 22 faciebant quod homines et periculosissime et libentissime faciunt, de rege suo male existimant. Errat Matth. § 632, 4 p. 1528. — *ξυνέγνωτε*. Similiter hoc verbum VII 73, 2 legitur, ubi *τὰ αὐτὰ γιγνώσκειν, ὁμογνώμονας εἶναι* explicat schol. *Ξυνδιέγνωτε* 64, 1. — *δι' αἰτίας ἔχετε*. Cf. adn. 59, 2.

§ 5. *οὐδενὸς . . . ἥσσων*. Cf. adn. 94, 1. — *γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα*. Hae duae virtutes in rerum publicarum administratione

www.libtool.com.cn

*τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα, φιλόπολίς τε καὶ*
6 *χρημάτων κρείσσων. ὅ τε γὰρ γνοὺς καὶ μὴ σαφῶς διδάξας ἐν ἴσῳ καὶ εἰ μὴ ἐνεθυμήθη· ὅ τ' ἔχων ἀμφότερα, τῇ δὲ πόλει δύσνους, οὐκ ἂν ὁμοίως τι οἰκείως φράζοι· προσόντος δὲ καὶ τοῦδε, χρήμασι δὲ νικωμένου, τὰ ξύμπαντα τούτου ἑνὸς ἂν*
7 *πωλοῖτο. ὥστ' εἴ μοι καὶ μέσως ἡγούμενοι μᾶλλον ἑτέρων προσεῖναι αὐτὰ πολεμεῖν ἐπείσθητε, οὐκ ἂν εἰκότως νῦν τοῦ γε ἀδικεῖν αἰτίαν φεροί-*
1 *μην.* 61. *καὶ γὰρ οἷς μὲν αἵρεσις γεγένηται τἆλλα*

maximi aestimabantur. Cf. VIII 68, 1. 4. Xen. Mem. I 2, 52. Plat. Lach. 178 b. Polyb. IV 8, 1. Dion. Hal. Ant. X 36. Cass. Dio L 17, 4. Philostrat. Vit. soph. I 19, 1. Choric. p. 852 *δεινὸς τὰ δέοντα γνῶναι καὶ λαμπρὸς ἑρμηνεῦσαι*, Suid. in v. *Δημοσθένης· ἀνὴρ ἦν γνῶναί τε καὶ εἰπεῖν ὅσα ἐνθυμηθείη δυνατώτατος γενόμενος*, Niceph. Greg. p. 153. Tertia virtus additur a personato Lysia II 42. — *φιλόπολις.* Hoc vocabulum male a nonnullis grammaticis parum Atticum existimatum esse Plat. Apol. 24 b. de Rep. 470 d. 502 e. Legg. 694 c. Isocr. II 15 satis demonstrant. — *χρημάτων κρείσσων.* Eandem virtutem laudat Plut. Pericl. 15. Cf. 65, 8 et Aristid. II p. 119. 126. 140 sq.

§ 6. *ἐν ἴσῳ* (*ἐστί*, cf. adn. 51, 6. VI 11, 1) *καὶ εἰ.* Vid. Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 5. — *οὐκ ἂν ὁμοίως.* *Ὥσπερ ἂν λέγοι, εἰ φιλόπολις εἴη* subaudi. Orator enim quattuor quas dixit *τοῦ προστάτου τοῦ δήμου* virtutes separari non posse, sed unamquamque ceteris indigere demonstrat. Perperam *οὐκ ἂν ὁμόσας* Reiffersch. l. l. p. 11 *λιτότητα* (= multo minus) parum intellegens. — *οἰκείως*, apte, convenienter, e re civitatis. Cf. Plat. de Rep. 397 c. — *τοῦδε*, „*τοῦ εὔνου τῇ πόλει*, quod ex praegresso *τῇ πόλει δύσνου* eliciendum, nisi, quod eodem redit, *φιλόπολις* [*τοῦ φιλόπολιν εἶναι*] cogitatione repetere vis.“ Krueg. ad Dion. p. 192. — *νικωμένου.* „Simul audi *αὐτοῦ*, quod videtur masculinum putandum esse.“ Krueg. Neutrum esse vult Class., idque nos quoque verisimilius iudicamus, cum optime patriae amor dicatur pecunia superari. Cf. 87, 3. — *τούτου . . . πωλοῖτο.* *Τούτου* (i. e. *χρημάτων*) est genetivus pretii, *πωλοῖτο* passivum, ut VII 39, 2. 95, 4. Ex nostra interpretatione optime caremus Cobeti coniectura *νικώμενος . . . ἂν ἀπόδοιτο* (Nov. lect. p. 701), praesertim cum *πωλεῖν* hoc loco cum contemptu dictum tanquam mercem vendere valeat.

§ 7. *εἰ . . . ἐπείσθητε, οὐκ ἂν . . . φεροίμην.* Cf. III 40, 4. Xen. Mem. III 5, 8. Isocr. IV 102. Matth. Gr. § 524 adn. 2. Krueg. Gr. § 54, 12 adn. 7. — *μέσως* (*μετρίως* schol.), mediocriter, cum *μᾶλλον ἑτέρων* iunge. Cf. adn. I 138, 3. — *μᾶλλον ἑτέρων.* Cf. adn. I 85, 1. — *φεροίμην*, i. e. *λαμβάνοιμι, ἔχοιμι.* Cf. 11, 9.

Cap. 61 § 1. *αἵρεσις*, optio (velintne bellum gerere necne). — *γεγένηται*, ut supra 60, 1. — *τἆλλα*, „praeter id ad quod

www.libtool.com.cn



εὐτυχοῦσι, πολλὴ ἄνοια πολεμῆσαι· εἰ δ' ἀναγ-
καῖον ἦν ἢ εἴξαντας εὐθὺς τοῖς πέλας ὑπακοῦσαι
ἢ κινδυνεύσαντας περιγενέσθαι, ὁ φυγὼν τὸν κίν-
δυνον τοῦ ὑποστάντος μεμπτότερος. καὶ ἐγὼ μὲν 2
ὁ αὐτός εἰμι καὶ οὐκ ἐξίσταμαι· ὑμεῖς δὲ μεταβάλ-
λετε, ἐπειδὴ ξυνέβη ὑμῖν πεισθῆναι μὲν ἀκεραίοις,
μεταμέλειν δὲ κακουμένοις, καὶ τὸν ἐμὸν λόγον ἐν
τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης μὴ ὀρθὸν φαί-
νεσθαι, διότι τὸ μὲν λυποῦν ἔχει ἤδη τὴν αἴσθησιν
ἑκάστῳ, τῆς δὲ ὠφελίας ἄπεστιν ἔτι ἡ δήλωσις
ἅπασι, καὶ μεταβολῆς μεγάλης, καὶ ταύτης ἐξ ὀλίγου,
ἐμπεσούσης, ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια ἐγκαρτερεῖν

consequendum bellum suscipiendum est." Bloomf. „Fortasse tamen haec τἆλλα εὐτ. cum iis quae sequuntur iungenda sunt." Krueg. Sed hoc parum apte. Causa enim affertur optionis: tam prospera utuntur rerum condicione ut nulla necessitate bellum gerere cogantur. — *εἰ δ' ἀναγκαῖον ἦν*, si autem necesse erat, scil. nobis. Spectat autem Pericles ad id tempus quo Lacedaemonii postremos legatos Athenas miserant I 139, 1 et ad ea quae de horum postulatis ipse dixerat I 141, 1. De verbis *τοῖς πέλας* vid. adn. I 32, 1, — *μεμπτότερος*, scil. *ἐστίν*.

§ 2. *ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι*, scil. atque antea. Plenius III 38, 1 *ἐγὼ ὁ αὐτός εἰμι τῇ γνώμῃ*. Item ad *ἐξίσταμαι* propric *τῆς γνώμης* vel pleniora *τῆς ἀρχαίας γνώμης*, quibus huc respiciens usus est Aristid. II p. 138 sq., addenda erant. Omnibus autem verbis *ὁ αὐτός εἰμι καὶ οὐκ ἐξίσταμαι* idem exprimitur quod supra I 140, 1 his: *τῆς γνώμης τῆς αὐτῆς ἔχομαι* — *μεταβάλλετε*. Medium in imitatione horum verborum substituit Dio Cass. XXXVIII 44, 4. At vid. Krueg. Gr. § 52, 2 adn. Bensel. ad Isocr. Areop. p. 354. — *ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης*, in vestra debilitate animi, i. e. cum tam debilis sit animus vester. De *ἐν* praepos. cf. adn. IV 106, 1, de *γνώμῃ* intellegentiam et voluntatem comprehendente adn. I 70, 6. 71, 1. II 20, 4, de pronomine possess. ad *ἀσθενεῖ* relato Lob. ad Soph. Ai. 7 p. 74 et Matth. Gr. § 446, 10, adn. 1, qui hoc dicendi genus non recte solis poëtis lyricis et tragicis tribuit. Vid. adn. IV 87, 3. Krueg. Gr. § 51, 4 adn. 7. — *μὴ ὀρθὸν φαίνεσθαι* = *μὴ φαίνεσθαι ὀρθὸν ὄντα* (cf. IV 27, 4. V 68, 1), non apparere rectum (cf. III 66, 4), qualis revera est. Parum accurate haec reddit Class. — *ἔχει ... αἴσθησιν ἑκάστῳ*, sensum affert unicuique, i. e. ab unoquoque sentitur. Cf. adn. 41, 3. Aliter dici *αἴσθησιν παρέχειν*, quo verbo *ἔχειν* a schol. explanatur, ex 50, 2 liquet. — *ἡ δήλωσις ἅπασι* iunge secundum Krueg. Gr. § 48, 12 adn. 4. Male Class. *ἅπασι* cum *ἄπεστιν* iungens vertit non omnibus adest; nam sic verba significant omnibus abest. De toto loco cf. Annal. phil. a. 1866 p. 218. — *ἐξ ὀλίγου*. Cf. adn. 11, 4. — *ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια*, humilis, i. e. praesenti calami-

www.libtool.com.cn

3 ἃ ἔγνωτε. δουλοῖ γὰρ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ
ἀπροσδόκητον καὶ τὸ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖ-
νον· ὃ ὑμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις οὐχ ἥκιστα καὶ
4 κατὰ τὴν νόσον γεγένηται. ὅμως δὲ πόλιν μεγάλην
οἰκοῦντας καὶ ἐν ἤθεσιν ἀντιπάλοις αὐτῇ τεθραμ-
μένους χρεὼν καὶ ξυμφορὰς τὰς μεγίστας ἐθέλειν
ὑφίστασθαι καὶ τὴν ἀξίωσιν μὴ ἀφανίζειν (ἐν ἴσῳ
γὰρ οἱ ἄνθρωποι δικαιοῦσι τῆς τε ὑπαρχούσης
δόξης αἰτιᾶσθαι ὅστις μαλακίᾳ ἐλλείπει καὶ τῆς
μὴ προσηκούσης μισεῖν τὸν θρασύτητι ὀρεγόμε-
νον), ἀπαλγήσαντας δὲ τὰ ἴδια τοῦ κοινοῦ τῆς
σωτηρίας ἀντιλαμβάνεσθαι.

Cap. 61. § 3. ἡμῖν plurimi libri mss. Sed ὑμῖν ideo videtur praeferendum quia orator quae ipse sentiret § 2 diligenter ab Atheniensium iudiciis distinxit. Cf. Annal. phil. a. 1866 p. 212.

§ 4. ξυμφορὰς τὰς μεγίστας Gr. F., τὰς ξυμφορὰς omisso τὰς μεγίστας Dion. Hal. p. 931, reliqui codd. ξυμφοραῖς ταῖς μεγίσταις. Cf. adn.

ὅστις ἂν μαλακίᾳ ἐλλείπῃ Dion. Hal. l. l., quod verum esse potest.

tate depressus ac debilitatus, est animus vester. Nam διάνοια hic eadem est atque supra γνώμη (cf. adn. I 138, 1), cuius debilitas (τὸ ἀσθενές) hoc loco ταπεινότης est. De infinitivo ex ταπεινῇ pendente cf. adn. I 50, 5. — ἐγκαρτερεῖν ἃ ἔγνωτε. „Xenophon. Hipp. 8, 22 δυνήσονται ἃ ἂν γνῶσιν ἐγκαρτερεῖν.“ Bloomf. Potest neglecta videri attractio (cf. adn. I 50, 1 et Krueg. Gr. § 51, 13 adn. 3); dici tamen etiam ἐγκαρτερεῖν τι docet Pflugk. ad Eur. Herc. 1351. Non opus igitur est Herw. mutatione οἷς.

§ 3. δουλοῖ φρόνημα. Ita alibi ἡ γνώμη dicitur δουλοῦσθαι, et verba τῇ γνώμῃ δεδουλωμένοι leguntur IV 34, 1. Cf. adn. II 87, 3. — τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον. Iunxit etiam Agath. Hist. I 14. Similiter subitum inopinatumque venisse Plin. Ep. I 13, subitos repentinosque casus Suet. Aug. 73. Cf. Caes. B. G. III 8, 3. — παραλόγῳ. Cf. adn. I 78, 1. Τὰ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαίνοντα Procop. p. 326.

§ 4. ἀντιπάλοις] ἀντὶ τοῦ ἴσοις καὶ παραπλησίοις. Schol. Cf. III 9, 2. 11, 1. — ὑφίστασθαι, sustinere, ubique accus. secum habet; cum dat. (Aesch. Pers. 87. Xen. Anab. III 2, 11. Hist. Gr. VII 5, 12) resistere significat, quod hic minus aptum est. — τὴν ἀξίωσιν] τὸ ἀξίωμα. Schol. Cf. adn. 34, 6. — ἐν ἴσῳ] ὁμοίως. Schol. — τῆς ὑπαρχούσης. Cf. adn. 45, 2. Genetivus τῆς ὑπαρχούσης δόξης pendet ex ἐλλείπει. Cf. adn. I 80, 4. Similiter τῆς μὴ προσηκ. suspensum est ex ὀρεγ. Traiecti sunt genetivi, ut oppositionis causa gravius efferantur. Μαλακίᾳ ἐλλείπ. verbis διὰ μαλακίαν ὑφίεσθαι explicat Cantac., qui haec exscripsit I 38. — ἀπαλγήσαντας τὰ ἴδια,

www.libtool.com.cn

62. Τὸν δὲ πόνον τὸν κατὰ τὸν πόλεμον, μὴ 1
γένηταί τε πολὺς καὶ οὐδὲν μᾶλλον περιγενώμεθα,
ἀρκείτω μὲν ὑμῖν καὶ ἐκεῖνα ἐν οἷς ἄλλοτε πολλάκις
γε δὴ ἀπέδειξα οὐκ ὀρθῶς αὐτὸν ὑποπτευόμενον,
δηλώσω δὲ καὶ τόδε, ὅ μοι δοκεῖτε οὔτ' αὐτοὶ
πώποτε ἐνθυμηθῆναι ὑπάρχον ὑμῖν μεγέθους πέρι
ἐς τὴν ἀρχὴν οὔτ' ἐγὼ ἐν τοῖς πρὶν λόγοις· οὐδ'
ἂν νῦν ἐχρησάμην κομπωδεστέραν ἔχοντι τὴν
προσποίησιν, εἰ μὴ καταπεπληγμένους ὑμᾶς παρὰ
τὸ εἰκὸς ἑώρων. οἴεσθε μὲν γὰρ τῶν ξυμμάχων 2
μόνον ἄρχειν. ἐγὼ δὲ ἀποφαίνω δύο μερῶν τῶν

deposito rerum privatarum dolore. Cf. Schoem. ad Plut. Cleom. 22, 3. *Ἀπολοφυράμενοι* 46, 2 comparat schol., ubi tamen vid. adn. Alia exempla huius significationis praepositionis *ἀπό* coniunctae cum verbis praebet Valck. ad Herodot. IX 31. — *ἀντιλαμβάνεσθαι.* Cf. adn. 8, 1. Hic est tuendum capessere, curare. Infinitivus pendet ex superiore *χρεών.*

Cap. 62. § 1. *Τὸν δὲ πόνον κ. τ. λ.* Frustra hic de accusativo absoluto cum alii cogitarunt tum interpretes Vigeri p. 58. Dicendi genus *ὁ πόνος ὑποπτεύεται μὴ* (de quo *μή* cf. adn. 13, 1) *γένηται πολύς* positum est pro usitatiore *ὑποπτεύεται μὴ ὁ πόνος γένηται πολύς* eadem subiecti quod vocant attractione vel traiectione cuius simillimum exemplum repperimus in verbis I 93, 2 *δήλη ἡ οἰκοδομία ... ὅτι κατὰ σπουδὴν ἐγένετο,* ubi vid. adn. Praeterea de *ὑποπτεύομαι* cf. adn. VI 61, 3. Nomen *πόνον* autem, quia maximam vim et omne momentum disputationis habet, iure est primo loco collocatum, et *αὐτόν* postea ad renovandum sermonem interpositionibus interruptum additum est. Cf. Matth. Gr. § 472, 1. Krueg. Gr. § 61, 6 adn. 6. Temere post *πόλεμον* excidisse *φοβουμένοις* suspicatur Herw. — *ὅ μοι ... ἐνθυμηθῆναι.* Portus: quod neque vos ipsi unquam antehac cogitasse mihi videmini, licet vobis adsit, de magnitudine inquam imperii. Is igitur *ὑπάρχον*, ut I 124, 1. III 63, 2, casum absolutum et verba *μεγέθους ... ἀρχήν* explanationem pronominis *ὅ* esse arbitratus est. Simplicius tamen est participium *ὑπάρχον* ex *ἐνθυμηθῆναι* pendere. Cf. I 120, 4 *ἐντεθύμηται ... ἐπαιρόμενος.* Extrema autem accuratius certe exprimenda erant verbis de magnitudine ad imperium obtinendum (i. e. et tuendum et augendum, id quod ex § 2 apparet). De praep. *περί* cf. adn. 51, 3, de praep. *ἐς* 65, 12. III 11, 2. VIII 3, 1. — *οὔτ' ἐγώ.* Simul audi *ἐνεθυμήθην*, perpendi (i. e. hic exposui). Cf. Krueg. Gr. § 62, 4 adn. 1. — *οὐδ' ἂν νῦν ἐχρησάμην.* Simul audi *αὐτῷ* et cf. adn. 4, 5 *καὶ αἱ ... αὐτοῦ.* — *τὴν προσποίησιν*, speciem aut potius vindicationem. Cf. VI 16, 5 et de *προσποιεῖσθαι* adn. I 137, 4.

§ 2. *οἴεσθε.* De pronomine personali non addito cf. adn. VI 34, 4. — *δύο μερῶν τῶν ἐς χρῆσιν φανερῶν*, duarum partium ad usum paten-

www.libtool.com.cn

ἐς χρῆσιν φανερῶν, γῆς καὶ θαλάσσης, τοῦ ἑτέρου ὑμᾶς παντὸς κυριωτάτους ὄντας, ἐφ' ὅσον τε νῦν νέμεσθε καὶ ἢν ἐπὶ πλέον βουληθῆτε· καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις τῇ ὑπαρχούσῃ παρασκευῇ τοῦ ναυτικοῦ πλέοντας ὑμᾶς οὔτε βασιλεὺς κωλύσει
3 οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔθνος τῶν ἐν τῷ παρόντι. ὥστε οὐ κατὰ τὴν τῶν οἰκιῶν καὶ τῆς γῆς χρείαν, ὧν μεγάλων νομίζετε ἐστερῆσθαι, αὕτη ἡ δύναμις φαίνεται· οὐδ' εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν αὐτῶν μᾶλλον

tium, *von den beiden zur Benutzung sich darbietenden Teilen.* Non putamus his verbis duo elementa duobus reliquis contraria poni (quis enim veram existimaverit scholiastae adnotationem **τὸ γὰρ πῦρ καὶ ὁ ἀὴρ οὐ τοσοῦτόν εἰσιν ἐς χρῆσιν φανερά· κοινὰ γὰρ πᾶσι?**), sed orbem terrarum in continentem et aquam (**τὸ τῆς θαλάσσης μέρος** VIII 46, 3) discerni, quarum utraque hominibus usui sit. Nam quominus verba interpretere duarum rerum ex numero earum quae ad usum patent obstat quod scriptum est **μερῶν**, non **πραγμάτων**, ut taceamus nimis infringi vim sententiae. Neque adversari nostrae explicationi articulum ante **δύο** omissum cognoscas ex multis exemplis Thucydideis, velut III 54, 4 **μάχῃ τῇ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γῇ γενομένῃ**, III 58, 4 **πατέρων τῶν ὑμετέρων, θεῶν τῶν ξυμμαχικῶν ποτὲ γενομένων, θυσίας τὰς πατρίους**, III 65, 2 **ἄνδρες ὑμῶν οἱ πρῶτοι**. Eo rectius autem priorem articulum Thuc. hic omisit quod verbis **τὰ δύο μέρη** aliam solet vim subicere. Cf. adn. I 74, 1. — **νέμεσθε**, tenetis. Cf. adn. 15, 2. — **καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις**. Vulgaris verborum consecutio haec esset: **οὐκ ἔστιν οὔτε βασιλεὺς οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔθνος τῶν ἐν τῷ παρόντι ὅστις (ὅ τι) ὑμᾶς τῇ ὑπαρχ. παρ. τοῦ ναυτ. πλέοντας κωλύσει.** Sunt autem haec, ut similia quaedam 88, 2, traiecta, quia verba **οὐκ ἔστιν ὅστις** plerumque ut unam notionem efficientia deinceps ponuntur. — **πλέοντας**. Cf. adn. I 26, 2. — **ἄλλο**. Vid. adn. 14, 1.

§ 3. **οὐ κατὰ … φαίνεται**, apparet hanc potentiam non esse conferendam cum usu cet. Port. Ad **φαίνεται** audi **οὖσα** (cf. adn. 61, 2. Krueg. Gr. § 56, 4 adn. 6), et **ἐστί τι κατά τι** valent *es steht etwas im Vergleich mit etwas.* — **μεγάλων**. Cf. adn. ad **ἀκρεπῆ** 36, 4. — **αὐτῶν** frustra suspectavit Dobr., etsi aliae **συντάξεις** sunt frequentiores. Cf. Breitenb. ad Xen. Hist. Gr. III 4, 9. Matth. Gr. § 368a. Krueg. Gr. § 47, 21. Abesse enim aut mutari vel ideo facile non potest quod simul ad **ὀλιγωρῆσαι** pertinet, et si ad **τῶν οἰκιῶν καὶ τῆς γῆς** refertur, facile patet cur accus. aut dat. scribere Th. non licuerit. Nam non domos et terram aegre ferebant, neque iis, sed earum causa aegritudine afficiebantur. Cf. 65, 4 **ὧν … ἤλγει** et Xen. Anab. VII 6, 32 **ὧν ἐμοὶ χαλεπαίνετε** et adn. IV 11, 4. Quare missam facimus Madv. (Adv. crit. I p. 310) coniecturam **αὐτῷ = τῷ ἐστερῆσθαι τῆς τῶν οἰκιῶν καὶ τῆς γῆς χρείας** obscuritate non carentem nec probamus Reifersch. l. l. p. 12 opinionem **ἀφαιρεθῆναι** inter **φέρειν** et **αὐτῶν**

www.libtool.com.cn



ἢ οὐ κηπίον καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου πρὸς ταύτην νομίσαντας ὀλιγωρῆσαι καὶ γνῶναι ἐλευθερίαν μέν, ἣν ἀντιλαμβανόμενοι αὐτῆς διασώσωμεν, ῥᾳδίως ταῦτα ἀναληψομένην, ἄλλων δ' ὑπακούσασι καὶ τὰ προκεκτημένα φιλεῖν ἐλασσοῦσθαι, τῶν τε πατέρων μὴ χείρους κατ' ἀμφότερα φανῆναι, οἳ μετὰ πόνων καὶ οὐ παρ' ἄλλων δεξάμενοι κατέσχον τε καὶ προσέτι διασώσαντες παρέδοσαν ἡμῖν αὐτά (αἴσχιον δὲ ἔχοντας ἀφαιρεθῆναι ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι), ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε μὴ φρο-

Cap. **62.** § 3. *προσεκτημένα* It. Vat. Laur. Pal. Aug. Cass. Reg., *προεκτημένα* Gr. et Zon., *προσκεκτημένα* M., sed *σ* rasura propemodum deleto. Cf. adn.

*ὁμόσε ἰέναι καὶ ἀμύνεσθαι* Dion. Hal. p. 928. Cum quid ipse excidisse suspicantis, quod saltem *ἀφαιρεθέντες* esse deberet. — *μᾶλλον ἢ οὐ*. Cf. III 36, 4. Herm. ad Vig. p. 799. Matth. Gr. § 455 adn. 3d. Krueg. Gr. § 49, 2 adn. 4. — *κηπίον*, hortulum. Illae autem domus rusticae et ager Atheniensibus pro hortulo atque ornamento esse ideo dicuntur quod cum imperio maritimo comparata minimam et minime necessariam partem opum eorum efficiunt. Noti Athenis recentioribus temporibus amoeni Epicuri hortuli et alii. — *ἐγκαλλώπισμα*, ornamentum ostentandi causa comparatum. Apud posteriores demum haec vox recurrit; a Th. *πλούτου ἐγκαλλωπίσματα* mutuatus est Dexipp. fragm. 18 (Dind. Hist. min. I p. 183). — *ἀντιλαμβανόμενοι αὐτῆς διασώσ.* Cf. VI 11, 1. Matth. Gr. § 428, 2. Krueg. Gr. § 60, 5 adn. 2 et adn. 1 1, 2. — *προκεκτημένα*. De vi passiva vid. adn. I 123, 1. Solum *προκεκτημένα* bene respondere superiori *ἀναλαμβάνειν* recte adnotat Class.: ut libertas amissa reparabit, ita servitute prius acquisita deminuuntur. Qui vero *προσκ.* praeferunt, ii inter se dissident quo *προσ-* referendum sit. — *φιλεῖν*. Attende transitum a participio ad infinitivum; *γνῶναι* enim huc relatum iudicandi et existimandi vim habet. Cf. adn. VI 78, 1. — *κατ' ἀμφότερα*, *κατὰ τὸ κατέχειν καὶ διασώσαντες παραδιδόναι*. — *φανῆναι*, nos praestare (cf. adn. 39, 4 et I 122, 1). Totum membrum *τῶν τε . . . φανῆναι* adiungitur praecedenti *καὶ γνῶναι κ. τ. λ.* — *κατέσχον*, occupaverunt, acquisiverunt. Cf. Isocr. XII 242 *καὶ λαμβάνειν ὧν ἂν ἐπιθυμῶσι καὶ σῴζειν ἅπερ ἂν ἅπαξ κατάσχωσιν*. Aliam vim habet VI 11, 1. Cum tota sententia cf. 36, 2. — *αὐτά* sunt ea quae § 2 commemorata sunt sive *αὕτη ἡ δύναμις* § 3. Cf. adn. 36, 4. I 144, 4. Universa igitur sententiarum inde a § 1 cohaerentia haec est ut Athenienses, quoniam certissima spes victoriae in imperio maritimo sit, admoneantur ut contempta praesenti calamitate maiorum exemplum secuti hoc imperium augeant (nam quod ipsi acquirunt, eo augetur imperium a maioribus traditum) et conservent. — *αἴσχιον . . . ἀτυχῆσαι*. Cf. Sal. Iug. 31, 17. Part. *κτωμένους* de conatu dictum est. Cf. adn. I 33, 3. — *μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ*

[redacted]



www.libtool.com.cn

4 νήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι. αὔχημα μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ ἀμαθίας εὐτυχοῦς καὶ δειλῷ τινι ἐγγίγνεται, καταφρόνησις δὲ ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιστεύῃ τῶν ἐναντίων προέχειν, ὃ ἡμῖν ὑπάρχει.
5 καὶ τὴν τόλμαν ἀπὸ τῆς ὁμοίας τύχης ἡ ξύνεσις ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος ἐχυρωτέραν παρέχεται, ἐλπίδι τε ἧσσον πιστεύει, ἧς ἐν τῷ ἀπόρῳ ἡ ἰσχύς, γνώμῃ

Dion. legerit ex ipsius verbis cognosci nequeat, καὶ ἀμύνεσθαι ex interpretamento eius librariorum ortum esse potest.

§ 4. φρόνημα pro αὔχημα ibidem, quo aptius respondet distinctio. At αὔχημα ex interpretatione irrepsisse aut corruptela vel correctura ex φρόνημα factum esse veri non est simile, sed contrarium, et similem responsionis neglegentiam invenimus I 69, 6, ubi cf. adn.

ὑπὸ minus apte apud eundem l. l. Cf. adn. I 12, 2.

§ 5. ὀχυρωτέραν It. Vat. Pal. Aug. Cl. Ven. Reg. H. et apud Dion. l. l. Cf. ad. VII 77, 6.

καταφρονήματι. Attende παρονομασίαν, cuius hoc exemplum profert Alex. π. σχημ. VIII p. 477. Cf. adn. I 33, 4. 122, 4. Quam si neglexeris, haec verba valent non solum fiducia, sed etiam contemptione. Reprehendit ea Dion. Hal. p. 928.

§ 4. αὔχημα. „Quod schol. aliique pronuntiant, φρόνημα et αὔχημα idem esse, non omnino verum puto. Significat quidem utraque vox elatum animum, sed ita tamen ut prior in bonam partem accipiatur, posterior in malam." Krueg. Proprie enim est gloriatio, ut VII 66, 3. 75, 6. Attamen hoc quidem loco alterum pro altero ponitur. — ἀπὸ ἀμαθίας εὐτυχοῦς, per imperitiam quae fortuna secunda adiuvetur. — καταφρόνησις δὲ ὃς ἄν. Cf. adn. 44, 1 et de καταφρονήσει adn. I 122, 4. De vocabulorum distinctione cf. adn. I 69, 6.

§ 5. καὶ τὴν τόλμαν ... παρέχεται. „Atque audaciam in pari fortuna (h. e. etiamsi fortuna, cuius favor potissimum fiduciam gignere solet, nobis non magis propitia sit quam adversariis) firmiorem reddit [cf. adn. I 32, 2] prudentia, si subest elatus animus (s. illa de qua dictum est hostium contemptio)." Krueg. De praep. ἀπό vid. adn. I 91, 7. Cum illis ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος Arn. comparat ἐκ τοῦ ὁμοίου IV 10, 4. Add. de eodem usu huius ἐκ II 89, 6. VII 13, 1. Ipsum ὑπέρφρων proprie poëticum appellat Krueg.; legitur enim maxime apud tragicos. Ab Thuc. mutuatus est Dio Cass. XLV 43, 4. — ξύνεσις respondet superiori γνώμῃ. „Sententia illustratur locis II 89, 3. VI 72, 4." Bloomf. — ἐλπίδι τε ... ὑπαρχόντων. „Eaque (prudentia) minus fidit spei, quae in angustiis [cf. I 25, 1] se efficacem praebet (in quibus homines, cum aliis auxiliis destituuntur, ab illa opem exspectant; cf. V 103, 1), sed consilio ex iis quae praesto sunt [ducto]." Krueg. Ad vv. γνώμῃ δέ audi μᾶλλον πιστεύει. Τὰ ὑπάρχοντα patet esse praesentem rerum copiam, opes praesentes, ut VI 31, 6. De praep. ἀπό cf. IV 18, 2. VI 83, 3.

www.libtool.com.cn

δὲ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων, ἧς βεβαιοτέρα ἡ πρόνοια.
63. τῆς τε πόλεως ὑμᾶς εἰκὸς τῷ τιμωμένῳ ἀπὸ 1
τοῦ ἄρχειν, ᾧ ὑπὲρ ἅπαντας ἀγάλλεσθε, βοηθεῖν,
καὶ μὴ φεύγειν τοὺς πόνους ἢ μηδὲ τὰς τιμὰς
διώκειν· μηδὲ νομίσαι περὶ ἑνὸς μόνου, δουλείας
ἀντ' ἐλευθερίας, ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀρχῆς
στερήσεως καὶ κινδύνου ὧν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀπήχθεσθε.
ἧς οὐδ' ἐκστῆναι ἔτι ὑμῖν ἔστιν, εἴ τις καὶ τόδε 2
ἐν τῷ παρόντι δεδιὼς ἀπραγμοσύνῃ ἀνδραγαθί-
ζεται· ὡς τυραννίδα γὰρ ἤδη ἔχετε αὐτήν, ἣν

Cap. 63. § 1. ᾧ ὑπὲρ ἅπαντας It. F. E. Dion. Hal. p. 931, ᾧ ὑπὲρ ἅπαντες Vat. Pal. Aug., vulgatam ὥσπερ ἅπαντες sequitur Cantacuz. I 38. Praeferendum est ᾧ ὑπὲρ ἅπαντας propter maiorem vim quam sententiae addit.

Matth. Gr. § 573 p. 1330. — ἡ πρόνοια (ἡ πρόγνωσις schol.), providentia. Cf. 65, 6.

Cap. 63. § 1. τῷ τιμωμένῳ ἀπὸ τοῦ ἄρχειν, i. e. τῇ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τιμῇ. Cf. adn. I 36, 1. — ὑπὲρ ἅπαντας. Bene Class. confert Plat. de Rep. 488 a ναύκληρον μεγέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηὶ πάντας. — ἑνὸς μόνου. Cf. Matth. Gr. § 439 adn. 1 a. Krueg. Gr. § 57, 10 adn. 14. — δουλείας ἀντ' ἐλευθερίας, i. e. ne servi pro liberis civibus fiatis. — ἀλλὰ καὶ ἀρχῆς στερήσεως κ. τ. λ. Ne imperii amissionem servitute graviorem putemus, sententiam debemus hanc esse existimare, non de sola servitute, sed de duabus rebus, et de imperii amissione et de periculo postea imminenti, certari. Articuli apud ἀρχῆς στερήσεως etiam a Procop. p. 124 omissi sunt. Cf. adn. I 12, 3. — καὶ κινδύνου ὧν . . . ἀπήχθεσθε, i. e. κινδύνου ἐκείνων ἃ . . . ἀπήχθ., „et de periculo ex iis quas contraxistis offensis nascente". Krueg. Cf. adn. III 40, 6. De verbo ἀπεχθάνεσθαι cum accus. ἃ iuncto vid. Wund. ad Soph. OR. 259 et Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 9. Cobeto obsecutus ἀπήχθησθε, ut I 76, 1 (cf. I 75, 4), Herw., quod necessarium quidem non est.

§ 2. ἧς cum vi adversativa, ut III 43, 1. Ceterum ἧς . . . ἔστιν ipsum non consequens est ex insequenti condicione, sed contra dicitur, si quis timidus ἀνδραγαθίζεται. Cf. Xen. Anab. VI 6, 27. de Re equ. 8, 2. Krueg. Gr. § 65, 5 adn. 14. — εἴ τις καὶ . . . ἀνδραγαθίζεται. Τόδε cum oporteat esse τὸ ἐκστῆναι ἀρχῆς, cum verbo δεδιώς coniungere non licet, nisi sententiam absurdam elicere velimus. Quare δεδιώς per se accipiendum et ἐν τῷ παρόντι δεδιέναι comparanda cum illis πρὸς τὰ παρόντα χαλεπαίνειν 60, 2 et πρὸς τὸ παρὸν χαλ. 22, 1; τόδε autem debet cum ἀνδραγαθίζεσθαι ita necti ut sit hac in re ἀνδρὸς ἀγαθοῦ partes agere velle (cf. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 9) et dat. ἀπραγμοσύνῃ modum τοῦ ἀνδραγαθίζεσθαι indicat pariter atque θυμῷ καὶ ῥώμῃ τὸ πλέον ἢ ἐπιστήμῃ I 49, 3 τοῦ ναυμαχεῖν (cf. Krueg. Gr. § 48, 15 adn. 16). — ὡς

www.libtool.com.cn

λαβεῖν μὲν ἄδικον δοκεῖ εἶναι, ἀφεῖναι δ' ἐπικίν-
3 δυνον. τάχιστ' ἄν τε πόλιν οἱ τοιοῦτοι ἑτέρους τε πείσαντες ἀπολέσειαν καὶ εἴ που ἐπὶ σφῶν αὐτῶν αὐτόνομοι οἰκήσειαν· τὸ γὰρ ἄπραγμον οὐ σῴζεται μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον, οὐδὲ ἐν ἀρχούσῃ πόλει ξυμφέρει, ἀλλ' ἐν ὑπηκόῳ ἀσφαλῶς δουλεύειν.

1 64. Ὑμεῖς δὲ μήτε ὑπὸ τῶν τοιῶνδε πολιτῶν παράγεσθε μήτε ἐμὲ δι' ὀργῆς ἔχετε, ᾧ καὶ αὐτοὶ ξυνδιέγνωτε πολεμεῖν, εἰ καὶ ἐπελθόντες οἱ ἐναν-

§ 3. ἄν ποτε Vat. Reg., quod non displicet Classeno; sed oritur inde asyndeton.

τυραννίδα. Sine ὡς III 37, 2 et in imitationibus Dionys. Hal. Ant. VI 19. 76. Quare ὡς deleri voluit Dobr., alius γάρ impugnet; sed Periclem decet lenius loqui quam Cleonem. — ἀφεῖναι ... ἐπικίνδυνον. Similia dicta Stob. XLIII 78. XLIX 16. — ἀφεῖναι. „An ἀνεῖναι? Cf. I 75,4. 76,2." Krueg. Hoc proprie est remittere, illud omittere. Utrumque igitur dicere licet.

§ 3. τάχιστ' ἄν τε ... οἰκήσειαν, atque huiusmodi homines (qui otii sunt cupidi), et si aliis idem persuaserint et sicubi seorsum ab aliis αὐτόνομοι sedes collocaverint, civitatem protinus perdant. Scriptor illos ἀπράγμονας, si aut cives suos ad eundem tranquillitatis et otii amorem perduxerint aut ipsi separatim alicubi (velut in coloniam deducti) suis legibus urbem condiderint, civitatem pessumdaturos asseverat. De ἐπὶ σφῶν αὐτῶν = *für sich allein* cf. V 67, 1. Herod. I 143. VIII 203. Xen. Anab. II 4, 10. Plat. Prot. 326 d. de Rep. 601 b. Krueg. Gr. § 68, 40 adn. 6. — τὸ γὰρ ἄπραγμον ... τεταγμένον, otii enim studium, nisi cum agendi studio sit coniunctum, servari non potest. Τὸ ... δραστήριον ita legitur Ios. B. I. I 14, 4. II 21, 2. Plut. Cam. 36 et Demetr. 2. Τετάχθαι verbi usum a re militari petitum esse docent Krueg. et Class. — οὐδὲ ... ἀσφαλῶς δουλεύειν. Dubitatur subiectum enuntiationis sit τὸ ἄπραγμον, ut verba ἀσφαλῶς δουλεύειν (quae leguntur sic etiam apud Demosth. XVIII 203) valeant ad securam (non vexatam) servitutem agendam, an ἀσφαλῶς δουλεύειν. Durum illud recte appellat Krueg. alteram probans rationem. Sed cum servitus imperanti civitati tribui nequeat, Class. τὸ δουλεύειν proprie ἐν ὑπηκόῳ πόλει tantum fingi posse, sed, ut gravius negetur, negari etiam de ἀρχούσῃ πόλει interpretatur. Sed non opus est hac ratione artificiosa, modo δουλεύειν in priore membro de conatu accipiatur, ut ἀποφαίνειν III 12, 3 et ἐπιτίθεσθαι VI 61, 3, quod eo facilius fieri potest quod ipse infinitivus non rem revera exsistentem, sed cogitatam significat. Quod autem in altera sententiae parte τῷ ἀπράγμονι substituitur ἀσφαλῶς δουλεύειν, eo cum acerbitate quadam indicatur ἄπραγμον illud nihil aliud esse nisi ἀσφαλῶς δουλεύειν.

Cap. 64. § 1. παράγεσθε]

www.libtool.com.cn


*τίοι ἔδρασαν ἅπερ εἰκὸς ἦν μὴ ἐθελησάντων ὑμῶν*
*ὑπακούειν, ἐπιγεγένηταί τε πέρα ὧν προσεδεχόμεθα*
*ἡ νόσος ἥδε, πρᾶγμα μόνον δὴ τῶν πάντων ἐλπίδος*
*κρεῖσσον γεγενημένον. καὶ δι᾽ αὐτὴν οἶδ᾽ ὅτι μέ-*
*ρος τι μᾶλλον ἔτι μισοῦμαι, οὐ δικαίως, εἰ μὴ καὶ*
*ὅταν παρὰ λόγον τι εὖ πράξητε ἐμοὶ ἀναθήσετε·*
*φέρειν τε χρὴ τά τε δαιμόνια ἀναγκαίως τά τε ἀπὸ* 2
*τῶν πολεμίων ἀνδρείως· ταῦτα γὰρ ἐν ἔθει τῇδε*
*τῇ πόλει πρότερόν τε ἦν νῦν τε μὴ ἐν ὑμῖν κω-*
*λυθῇ. γνῶτε δὲ ὄνομα μέγιστον αὐτὴν ἔχουσαν* 3
*ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις διὰ τὸ ταῖς ξυμφοραῖς μὴ*
*εἴκειν, πλεῖστα δὲ σώματα καὶ πόνους ἀνηλωκέ-*
*ναι πολέμῳ, καὶ δύναμιν μεγίστην δὴ μέχρι τοῦδε*
*κεκτημένην, ἧς ἐς αἴδιον τοῖς ἐπιγιγνομένοις, ἣν*

**ἀπατᾶσθε.** Schol. — ***ἐπιγεγένηταί τε.*** Perf., quod adhuc morbo laborant. Hoc quoque enuntiatum cum particulis **εἰ καί**, licet, cohaeret, quod miramur Kruegerum ideo improbare quia **τε** sit positum, non **καί**. — ***ἐλπίδος κρεῖσσον.*** Cf. adn. 41, 3. — ***μέρος τι***, aliqua ex parte. Cf. adn. I 74, 3. Krueger **μέρος**, cui voci nonnulli infensi videntur esse (cf. adn. IV 18, 4), ex vulgari usu abesse debere affirmat. Cf. adn. I 29, 3 et II 22, 1 de **μᾶλλόν τι** et **τὶ μᾶλλον**, sed etiam **μέρος τι** I 23, 3. IV 31, 2. — ***μᾶλλον.*** Simul audi **ἢ διὰ τὸ ἐπελθόντας τοὺς πολεμίους δρᾶσαι ἅπερ εἰκὸς ἦν.** — ***ἀναθήσετε***, attribuetis, imputabitis. Cf. VIII 51, 3 et de sententia I 140, 1.

§ 2. ***φέρειν τε.*** Class. **φέρειν δέ.** Sed altera cur iniuste (**οὐ δικαίως**) agant causa additur. — ***δαιμόνια.*** In his igitur **θείοις** Pericles numerat pestilentiam. — ***ἀναγκαίως***, necessario, i. e. velut necessaria, quia necesse sit (ea ferri). Idem usus adverbiorum reperitur III 40, 4. IV 62, 4. VI 85, 2. De sententia cf. Soph. Phil. 1316 **ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας ἔστ᾽ ἀναγκαῖον φέρειν**, Eur. Phoen. 1763 et Naegelsb. Nachhom. Theol. p. 225 sqq. — ***ἐν ἔθει***, i. e. **ξυνήθη.** Cf. Matth. Gr. § 577 p. 1342. „Dobr. vult **ἐν ἤθει.** Sed **ἔθος** magis morem, **ἦθος** ingenium significat. Et similiter **ἐν ἔθει ἦν** Dion. Hal. Ant. X 33. 53.“ Krueg. — ***κωλυθῇ.*** „Simul audi **ἐν ἔθει εἶναι.** Cf. Gr. § 55, 4 adn. 11. Bauer coniecit **κολουθῇ** s. **κολουσθῇ**, Dobr. et Bekk. **καταλυθῇ.**“ Krueg. Class. **κωλυθῇ** vertit *auf Hindernisse stoſsen*, *in Stocken geraten*, conferens 8, 4. IV 14, 2, quibus exemplis demonstratur coniecturis non opus esse.

§ 3. ***πλεῖστα δέ.*** Krueg. mavult **πλεῖστά τε**, sed **δέ** post negationem cum vi adversativa (*sondern*) dictum est. — ***σώματα.*** Cf. I 85, 1. Plat. Legg. 908 a. Dem. XVIII 66. — ***ἀνηλωκέναι*** iunge cum **διά.** — ***μέχρι τοῦδε.*** Haec, ne opus sit Kruegeriano **τῶν μ. τ.**, cum **κεκτημ.** copula. — ***ἐς αἴδιον***, in aeternum, in perpetuum,

www.libtool.com.cn

καὶ νῦν ὑπενδῶμέν ποτε (πάντα γὰρ πέφυκε καὶ ἐλασσοῦσθαι), μνήμη καταλελείψεται, Ἑλλήνων τε ὅτι Ἕλληνες πλείστων δὴ ἤρξαμεν καὶ πολέμοις μεγίστοις ἀντέσχομεν πρός τε ξύμπαντας καὶ καθ' ἑκάστους, πόλιν τε τοῖς πᾶσιν εὐπορωτάτην καὶ
4 μεγίστην ᾠκήσαμεν. καίτοι ταῦτα ὁ μὲν ἀπράγμων μέμψαιτ' ἄν, ὁ δὲ δρᾶν τι βουλόμενος καὶ αὐτὸς
5 ζηλώσει· εἰ δέ τις μὴ κέκτηται, φθονήσει. τὸ δὲ μισεῖσθαι καὶ λυπηροὺς εἶναι ἐν τῷ παρόντι πᾶσι μὲν ὑπῆρξε δὴ ὅσοι ἕτεροι ἑτέρων ἠξίωσαν ἄρχειν· ὅστις δ' ἐπὶ μεγίστοις τὸ ἐπίφθονον λαμβάνει,

ut IV 63, 1. — **ὑπενδῶμεν.** Terga vertere male explicatur in Steph. Thes., ὑποχαλάσωμεν schol. — **καταλελείψεται,** superstes erit. Cf. Matth. Gr. § 498. Krueg. Gr. § 53, 9. — **Ἑλλήνων τε ὅτι.** Transit scriptor a participio ad ὅτι, ut ab infinitivo alibi, et saepius ab ὅτι ad infinitivum. Cf. adn. I 87, 4 et de ὅτι postposito adn. I 10, 2. Alii ex μνήμη καταλελ. haec volunt pendere, quod propter praegressum ἧς nobis minus placet. Itaque quae hic adiunguntur vim atque effectum (de aoristis cf. adn. 49, 8. I 6, 1) maximae potestatis accuratius describunt. De iis quibus imperaverint Athenienses cf. VII 57, 3. 4 ibique adn. — **καὶ καθ' ἑκάστους,** i. e. καὶ πρὸς τοὺς καθ' ἕκαστον. Cf. Buttm. Ind. ad Demosth. Mid. in v. κατά. Paulo aliter Saupp. ad Demosth. Philipp. I 20. Add. Krueg. Gr. § 60, 8 adn. 4 et adn. 39, 2. — **τοῖς πᾶσιν εὐπορωτάτην,** omnibus rebus maxime abundantem, rerum omnium copia instructissimam. Εὔπορος ita dictum modo cum genet., modo cum dat. coniungitur, ut similia nonnulla adiectiva. Cf. Matth. Gr. § 351, 3a adn. et cum sententia II 11, 6 atque ibi adn. — **μεγίστην.** Non solum ad ambitum et domorum multitudinem, sed etiam ad incolarum frequentiam respicitur. Cf. I 80, 3 et Clint. Fast. Hell. p. 394 sq.

§ 4. **καίτοι,** si vi adversativa caret, aut ubi simpliciter res affirmatur ac profecto sonat, ut III 39, 2. Soph. Trach. 719. Dem. XXI 16, aut ubi contrarii aliquid sequitur sane quidem, ut hic et Dem. XVIII 219. XXI 62, aut ubi transitus fit ad conclusionem ex superioribus faciendam iam vero, ut Dem. XVIII 180. Hunc rariorem vocis usum ignorans Reiffersch. l. l. p. 12 hic pro ea καὶ τὰ τοιαῦτα et III 39, 2 καὶ τοῦτο coniecit. — **μέμψαιτ' ἄν** cum vi futuri, ut ζηλώσει ostendit. Cf. adn. III 38, 2. — **ζηλώσει.** Dictum ut 37, 1.

§ 5. **τὸ δὲ μισεῖσθαι κ.τ.λ.** Cum sententia cf. VI 16, 5. — **ἕτεροι ἑτέρων.** Ἕτεροι quidem supervacaneum potest videri (aliter atque 52, 4); sed cf. adn. I 84, 4 et Plat. Theaet. 167 d. — **ἐπὶ μεγίστοις** (scil. τῷ ἄρχειν) **τὸ ἐπίφθονον** (scil. τὸ μισεῖσθαι) **λαμβάνει.** Plut. Mor. 535 f ὁ μὲν Θουκυδίδης, ὡς ἀναγκαίως ἑπομένου τῷ δύνασθαι τοῦ φθονεῖσθαι, καλῶς φησὶ βουλεύεσθαι τὸν ἐπὶ μεγίστοις λαμβάνοντα τὸ ἐπίφθονον. Cf. ibidem p. 72 f eiusdemque compar. Nic. et Crass. c. 2. Notissimi versus Euripidis Phoen. 524 sq. De verbo λαμβά-

www.libtool.com.cn

ὀρθῶς βουλεύεται. μῖσος γὰρ οὐκ ἐπὶ πολὺ ἀντέχει, ἡ δὲ παραυτίκα [τε] λαμπρότης καὶ ἐς τὸ ἔπειτα δόξα αἰείμνηστος καταλείπεται. ὑμεῖς δὲ ἔς 6
εχείρησαν ἡσσηθέντες παρὰ πολὺ αὖθις ναυμαχεῖν.
μὴ δὴ αὐτῶν τὴν τόλμαν δείσητε. πολὺ δὲ ὑμεῖς 5
ἐκείνοις πλείω φόβον παρέχετε καὶ πιστότερον
κατά τε τὸ προνενικηκέναι καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἡγοῦν-
ται μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον [τοῦ παρὰ πολὺ] πρά-

§ 4. *προάγουσι* Bas. Gr. C. Cf. adn.

iore utrorumque experientia eos potius pari audacia pugnam commissuros esse efficitur. Haec causa fuit Classeno cur ad *ἐσμέν* vellet *ἡμεῖς οἱ Ἀθηναῖοι* simul audiri. Sed etiamsi nominativum *ἑκάτεροι* eo quod Athenienses certe illis *ἑκατέροις* continentur infinitivo recte adiunctum esse arbitremur, quanquam hic usus ad participiorum potius nominativos spectat (cf. adn. VI 80, 1 et Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 2), ne sententia quidem placet; nam ideo quod utrique peritiores alicuius rei sunt non Athenienses soli recte dicentur esse animosiores. Et licet cogitando addi possit: cum nunc instante navali proelio nostra tantum maior experientia valeat, tamen cur Peloponnesiorum etiam peritia commemoretur, quae ad rem nihil faciat, minime perspicitur. Credimus igitur *ἑκάτεροί τι* interpretis esse qui de sola maiore Atheniensium experientia sermonem esse non intellexerit. Quo deleto, cum praecesserit *νῦν* (i. e. instante pugna navali) *περιέσται*, ex se intellegitur maior Atheniensium belli maritimi experientia et verborum conexus hic est: quanquam hostes animo natura tanquam sibi insito confidunt, tamen nulla alia causa pugnam committere audent quam propter belli terrestris experientiam, qua plurimas res bene gesserunt, et temere opinantur eam sibi etiam in pugna navali eandem vim esse habituram; sed nunc, cum mari pugnandum sit, eadem ratione efficitur nostram fore victoriam, cum animo quidem natura insito (nam *εὐψυχία*, de qua cf. VI 72, 4 ibique adn., eadem est atque *ἀνδρεία* quam illi *προσήκειν σφίσιν* opinantur) nihil antecellant, propter maiorem autem rei experientiam audaciores simus quam illi, qui sola belli terrestris experientia confidant.

§ 4. *διὰ τὴν σφετέραν δόξαν*, suae gloriae causa. *Διά* hic valet *ἕνεκα*, ut IV 40, 2. 102, 4. V 53. Iungenda enim haec sunt cum verbo *προσάγουσι*, non, quod Classen existimat, cum *ἡγούμ.* Inviti enim socii illis ducibus periculum subeunt, quod suam tantum gloriam illi sectantur. Nihil ad Class. interpretationem confirmandam I 19 *σφίσιν αὐτοῖς . . . θεραπεύοντες*. — *προσάγουσι*, ut VIII 3, 1. Frustra *προάγουσι* Krueg. — *οὐκ ἄν ποτε ἐπεχείρησαν*, scil. *οἱ ξύμμαχοι*. Protasis quae cogitatur (cf. adn. I 68, 4) est *εἰ μὴ ἄκοντας οἱ Λακεδαιμόνιοι προσῆγον*. — *παρὰ πολύ*. Cf. adn. I 29, 4.

§ 5. *οὐκ ἄν*. *Ἄν* refer ad *ἀνθίστασθαι*. — *τι ἄξιον [τοῦ παρὰ πολύ]*. *Τοῦ παρὰ πολύ* neque substantive dictum, ut *τὸ αὐτίκα* I 36, 1, *τὸ παρ' ἐλπίδα* IV 62, 3. VII 66, 3, eximiam virtutem vel agendi

www.libtool.com.cn

6 ξειν ἀνθίστασθαι ἡμᾶς. ἀντίπαλοι μὲν γὰρ οἱ πλείους, ὥσπερ οὗτοι, τῇ δυνάμει τὸ πλέον πίσυνοι ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται· οἱ δ' ἐκ πολλῷ ὑποδεεστέρων καὶ ἅμα οὐκ ἀναγκαζόμενοι, μέγα

§ 5. ὑμᾶς Vat. Laur., reliquorum longe plurimi et schol. ἡμᾶς. Illud recepit Bekk. propter superiora ὑμεῖς παρέχετε. Sed „per se aptius est non solum milites, sed etiam imperatorem h. l. cogitari.“ Haack. Sequitur certe prima persona etiam § 6. 7.

rationem significare potest neque ad id infinitivus (πράσσειν, νενικηκέναι, προνενικηκέναι) cogitando repeti, cum nulla re indicatum sit qui sit repetendus. Longe enim diversa sunt de quibus dictum est in adn. VI 56, 4 aut talia quale est τὸ εὖ πράττειν καὶ τὸ κακῶς et quod legitur in Plat. Gorg. 497a, ubi ipsa contrarii ratio quid cogitandum sit ostendit. Neque magis Class. ferri potest interpretatio. Putat enim τὸ παρὰ πολύ differentiam copiarum significare atque hoc dici, Athenienses ita se esse gesturos ut minorem navium numerum virtute compensent. Sed licet differentiam τὸ παρὰ πολύ significare possit, tamen id quod Class. vult nullo modo in ipsis verbis inest, sed ex arbitrio iis ab eo affingitur. Nam si quis dicit se res gesturum esse magna opum differentia dignas, maiores, non minores opes cogitamus. Nobis τοῦ παρὰ πολύ nunc videtur ex margine irrepsisse. Nam ad complendum ἄξιον facile ex superioribus adscribi poterat τοῦ παρὰ πολὺ (§ 4) προνενικηκέναι. Quam coniecturam confirmare videtur schol. qui haec adnotavit: ὁ νοῦς οὗτως· ἡγοῦνται οἱ ἐχθροὶ μὴ ἀνθίστασθαι ἡμᾶς ἄλλως ἢ μέλλοντάς τι γενναῖον πρᾶξαι, cum γενναῖος cum genetivo iungi nequeat eique respondeat ἄξιος absolute positum (cf. I 142, 7), non cum genet. iunctum. Hunc igitur τοῦ παρὰ πολύ non legisse putamus. Cf. Annal. phil. l. l. p. 219. Simile additamentum invenimus 16, 1. Maxime languidum est quod Herw. substituit τοῦ παράπλου conferens 86, 2.

§ 6. ἀντίπαλοι. Dubitatur utrum haec vox hic significet pares viribus an adversarios pugnam committentes, θαρροῦντας ἀντιπαλαίειν (schol.). Sed adversarios usquam apud Thuc. ἀντιπάλους dici recte negat Krueg., neque contra afferre licet 45, 1 aut I 3, 3. Cf. adn. III 49, 1. De re ex aequo respondente dictum est 61, 4, ubi cf. adn. Perperam ἢ πλείους coniecit Madv. l. l. p. 313; nam articulo aegre caremus et qui numero plures sunt certe etiam ἀντίπαλοι sunt. — ὥσπερ οὗτοι. Esse Lacedaemonios cum per se liquet tum ex vv. λογιζόμενοι οὗτοι κ.τ.λ. — πίσυνοι. „Suidas in περιωπή inter γλωττώδη Thucydidis esse dicit.“ Duk. At eo praeter alios ex poëtis Aeschylus (Suppl. 351. Pers. 112) et Euripides (Suppl. 121) et Aristophanes (Vesp. 385), ex scriptoribus Herod. I 66. 73. V 92. VII 10. 85. IX 143, Dion. Hal. Ant. VIII 86. App. B. C. II 30. 50. 87. Agath. Hist. I 8 utuntur. Ab Eustathio male Συρακοσία λέξις vocatur. — οἱ δ' ἐκ πολλῷ ὑποδεεστέρων. De collocatione verborum cf. adn. I 69, 5. Ceterum ad haec nos e superioribus ἐπερχόμενοι vel potius ἐπιόντες repetimus, ut ἐξ ἐλασσόνων ὁρμᾶσθαι et similia usurpantur. Cf. Bernh.

www.libtool.com.cn



τι τῆς διανοίας τὸ βέβαιον ἔχοντες ἀντιτολμῶσιν.
ἃ λογιζόμενοι οὗτοι τῷ οὐκ εἰκότι πλέον πεφό-
βηνται ἡμᾶς ἢ τῇ κατὰ λόγον παρασκευῇ. πολλὰ 7
δὲ καὶ στρατόπεδα ἤδη ἔπεσεν ὑπὸ ἐλασσόνων
τῇ ἀπειρίᾳ, ἔστι δὲ ἃ καὶ τῇ ἀτολμίᾳ· ὧν οὐδε-
τέρου ἡμεῖς νῦν μετέχομεν. τὸν δὲ ἀγῶνα οὐκ ἐν 8
τῷ κόλπῳ ἑκὼν εἶναι ποιήσομαι οὐδ' ἐσπλεύσομαι ἐς αὐτόν. ὁρῶ γὰρ ὅτι πρὸς πολλὰς ναῦς ἀνεπιστήμονας ὀλίγαις ναυσὶν ἐμπείροις καὶ ἄμεινον πλεούσαις ἡ στενοχωρία οὐ ξυμφέρει. οὔτε γὰρ ἂν ἐπιπλεύσειέ τις ὡς χρὴ ἐς ἐμβολὴν μὴ ἔχων τὴν πρόσοψιν τῶν πολεμίων ἐκ πολλοῦ οὔτε ἂν ἀποχωρήσειεν ἐν δέοντι πιεζόμενος· διέκπλοι τε οὐκ εἰσὶν οὐδὲ ἀναστροφαί, ἅπερ νεῶν ἄμεινον πλεουσῶν ἔργα ἐστίν, ἀλλ' ἀνάγκη ἂν εἴη τὴν

Synt. p. 229. *Πολεμοῦντες* nescio unde depromat Class. Ceterum Krueg. *οἳ* scripsit, ut ipsum *ἐπέρχονται* iterari posset, quod ad intellegendum vix facilius est. — *τῆς διανοίας τὸ βέβαιον*, animi firmitatem. — *ἀντιτολμῶσιν*. Praeter h. l. et VII 21, 3 non videri reperiri adnotat Krueg. Sed exstare etiam alicubi apud Plut. patefit ex Steph. Thes. — *τῷ οὐκ εἰκότι*, propter id quod non verisimile erat (nos tanto minoribus cum copiis ipsis obviam ituros). — *ἢ τῇ κατὰ λόγον παρασκευῇ*, quam propter apparatum rationi consentaneum, si talem haberemus, timore affecti essent. Cum sententia cf. VI 34, 8.

§ 7. *ἔπεσεν*. Pro hoc *ἔπταισεν* legi iubet Haasius Lucubr. Thuc. p. 67 sq., quia *πίπτειν* de totis exercitibus dici non meminerit, etsi de magna potentia magnove imperio (ut VII 77, 7) positum reperiatur. Sed cf. Herod. VIII 16, et apud *παίειν* offensioni fore *ὑπὸ* respondet Krueg., de qua praepositione cf. adn. I 8, 2. — *ὧν* (cum vi adversativa, ut 63, 2) . . . *μετέχομεν*. Ut iusta sit argumentatio, simul contraria sententia *Λακεδαιμόνιοι δὲ μετέχουσιν* ex posita contraria intellegenda est. Cf. Sinten. ad Plut. Themist. p. 2. Mire Class. hic affirmationem pro adhortatione esse opinatur.

§ 8. *ἑκὼν εἶναι*. Cf. Matth. Gr. § 545, 3. Krueg. Gr. § 55, 1 adn. 1. — *ἐμβολήν*. Ἐμβολή est impetus rostro (*τῷ ἐμβόλῳ*) faciendus. Cf. VII 34, 5. 36, 3. Distinguitur a *προσβολῇ* VII 70, 4, ubi vid. adn. — *πρόσοψιν*, conspectum, ut IV 29, 4. Propter *ἐκ πολλοῦ* cum eo conexum minus aptum est *πρόοψιν*, de quo cf. adn. V 8, 3, quod scripsit Bekk. Utrumque vocabulum Th. tribuit Poll. II 58. — *ἐκ πολλοῦ*, e longinquo, ut IV 32, 4 et al. — *ἐν δέοντι*, iusto tempore, si opus sit. Cf. Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 5. — *διέκπλοι*. Cf. adn. I 49, 3. — *ἀναστροφαί*] αἱ εἰς τοὐπίσω ἀναχωρήσεις, ἀνακάμψεις. Schol. Bene. Cf. Arrian. Anab. V 15, 5. Tact. 16, 7, contra

www.libtool.com.cn

ναυμαχίαν πεζομαχίαν καθίστασθαι, καὶ ἐν τούτῳ
9 αἱ πλείους νῆες κρείσσους γίγνονται. τούτων μὲν
οὖν ἐγὼ ἕξω τὴν πρόνοιαν κατὰ τὸ δυνατόν· ὑμεῖς
δὲ εὔτακτοι παρὰ ταῖς ναυσὶ μένοντες τά τε παρ-
αγγελλόμενα ὀξέως δέχεσθε, ἄλλως τε καὶ δι' ὀλίγου
τῆς ἐφορμήσεως οὔσης, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ κόσμον
καὶ σιγὴν περὶ πλείστου ἡγεῖσθε, ὃ ἔς τε τὰ πολλὰ
τῶν πολεμικῶν ξυμφέρει καὶ ναυμαχίᾳ οὐχ ἥκιστα·
ἀμύνασθε δὲ τούσδε ἀξίως τῶν προειργασμένων.
10 ὁ δὲ ἀγὼν μέγας ὑμῖν, ἢ καταλῦσαι Πελοποννη-
σίων τὴν ἐλπίδα τοῦ ναυτικοῦ ἢ ἐγγυτέρω κατα-
στῆσαι Ἀθηναίοις τὸν φόβον περὶ τῆς θαλάσσης.

§ 9. ταῖς τε ναυσὶ It. Vat. Pal. Aug. M. Cass. Cf. adn.
ὥστε pro ὃ ἔς τε codd. Quod Steph. restituit legisse videtur schol. qui sic interpretatur: ἤτοι ἐν τῷ πολέμῳ κόσμον ἔχετε καὶ σιγήν, καὶ συμφέρον ὂν τοῖς μετιοῦσιν ἐπιτοπολὺ τὰ πολεμικὰ καὶ μάλιστα τοῖς ναυμαχοῦσιν. Ita cum sana evadat sententia, non est causa cur cum Class. de ampliore corruptela cogitemus.
καὶ ξυμφέρει It. Vat. Pal. Aug. M. Cass. Cl. Ven. Bas. G. H. T.

Al. 29. Plut. Eum. 7, quos locos affert Krueg. Minus recte Class. conversiones post perruptiones factas ad naves dissipatas delendas esse vult. — ἐν τούτῳ] ἐν τῷ πεζομαχεῖν. Schol. Cf. I 37, 4. 81, 5.

§ 9. εὔτακτοι ... μένοντες. Haec, si τε retinetur (cf. ad.), sic interpretanda sunt: ordinem servantes et apud naves remanentes. Ita adiectivum εὔτακτοι, ad quod iam cogitatur μένοντες, videtur explicari verbis παρά τε ταῖς ναυσὶ μένοντες, ne πρωθύστερον oriri putandum sit. Tamen simplicius et aptius est quod τε omisso significatur: compositis ordinibus apud naves manentes. Praeterea παρά et sententiae et sermonis legibus repugnare affirmans Krueg. (cf. Gr. § 68, 35) uncis inclusit. Sed παρά, quanquam rarius, etiam ad res pertinere ostendunt 43, 2. V 26, 5. Xen. Anab. V 10, 2, et eodem prorsus modo παρὰ ταῖς ναυσί dictum est VIII 95, 4; nam Phormionis quoque milites apud naves in terra esse apparet ex ἐμβιβάσας 90, 3. Temere Class. παρά ταῖς τε ναυσί ex Homericis παρὰ νηυσὶ μένοντες, quae non tam nota sunt librariis ut sine causa idonea adscripta existimentur, nata opinatus uncis circumscripsit. — τὰ παραγγελλόμενα ... δέχεσθε. Cf. adn. 11, 9. — δι' ὀλίγου τῆς ἐφορμήσεως οὔσης, cum (hostium) statio unde nos observant non longe absit (ita ut facile nos aggredi possint). „Ἐφόρμησις est pro ἔφορμος III 6, 1.“ Bloomf. Legitur etiam III 33, 3. VI 48, 1 et bis VIII 15, 1 et 2. De verbis δι' ὀλίγου cf. adn. 29, 3. — κόσμον. Cf. adn. 11, 9. — ὃ ἔς τε τὰ πολλά. Huc iam ex iis quae sequuntur assumendum ξυμφέρει. Cf. IV 26, 5.

§ 10. τὴν ἐλπίδα τοῦ ναυτικοῦ. Cf. adn. V 14, 1. — περὶ τῆς θαλάσσης, de

www.libtool.com.cn



ἀναμιμνήσκω δ' αὖ ὑμᾶς ὅτι νενικήκατε αὐτῶν 11 τοὺς πολλούς. ἡσσημένων δὲ ἀνδρῶν οὐκ ἐθέλουσιν αἱ γνῶμαι πρὸς τοὺς αὐτοὺς κινδύνους ὁμοῖαι εἶναι."

90. Τοιαῦτα δὲ καὶ ὁ Φορμίων παρεκελεύετο. 1 οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἐπειδὴ αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ ἐπέπλεον ἐς τὸν κόλπον καὶ τὰ στενά, βουλόμενοι ἄκοντας ἔσω προαγαγεῖν αὐτούς, ἀναγόμενοι ἅμα ἕῳ ἔπλεον, ἐπὶ τεσσάρων ταξάμενοι τὰς ναῦς ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν γῆν, ἔσω [ἐπὶ] τοῦ κόλπου δεξιῷ

Cap. **90.** § 1. ἀναγαγόμενοι Laur. m. Cf. adn. παρὰ τὴν Laur. m. Vind. E., quod ex schol. ἐπὶ τὴν] ἀντὶ τοῦ παρὰ τὴν illatum esse perspicuum est. Deinde ab m. Vind. E. abest ἑαυτῶν.

re maritima. Cf. I 13, 1. 80, 3. 93, 4. 142, 6. Nefaria temeritate τοῦ ναυτικοῦ et περὶ τῆς θαλάσσης del. Herw.

§ 11. αὖ, iterum. Cf. § 2. Kruegeri αὖ *anderseits* interpretantis explicationem refellit eo Class. quod antea de gravitate, non de difficultate certaminis sermo fuerit. — ἡσσημένων ... εἶναι. Cum sententia cf. VII 61, 3. Liv. XXI 40, 6. Ἐθέλουσι hoc uno Th. loco valet solent, ut apud Herod. I 74. VII 50. 157. VIII 60 et alios.

Cap. **90.** § 1. Τοιαῦτα δέ. Cf. adn. I 44, 1. — παρεκελεύετο. Cf. adn. I 72, 3. — οἱ δὲ Πελοποννήσιοι κ. τ. λ. De statione utrorumque cf. 86, 2. 4. — ἀναγόμενοι (cf. sd.) praeferendum est. Nam non ab ora tantum discessisse naves dicuntur, sed dum intra sinum Corinthiacum se convertunt altum petivisse, quare Phormion, ὡς ἑώρα ἀναγομένους αὐτούς, i. e. cursum in altum mare tenentes (90, 3), eos in Naupactum impetum facturos esse suspicatus est. Cf. Annal. phil. l. l. p. 214. — ἐπὶ τεσσάρων, *vier Schiffe hoch, hinter einander.* Cf. adn. 84, 1 et Krueg. Gr. § 68, 40 adn. 6. — ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν γῆν. Cum ἑαυτῶν non possit, quod Grot. Hist. vol. VI p. 292 sqq. (interpr. III p. 480 sqq.) censuit, qui longam appendicem de hoc loco scripsit, ad Athenienses referri (nam in exemplis quibus id comprobare studuit ἑαυτοῦ in enuntiatis secundariis positum ad subiecta enuntiatorum primariorum refertur, hic autem in enuntiatione potiore legitur, seque in iis quae de usu huius pronominis disputasset errasse auctor nunc ipse confitetur VII p. 579 interpr. IV p. 719), et cum, si haec cum ἔπλεον nectantur, sententia debeat esse iuxta seu secundum terram suam, aut παρά legendum (cf. sd.) aut, cum hoc ab interpretibus profectum sit, dativi τῇ γῇ reponendi videntur. Arnoldus tamen accusativos ita tuetur ut praepositionis notionem ex duabus mixtam esse censeat significantis in suum agrum versus et propter eum. Prius enim ideo dici potuisse quia pleraeque naves Corinthiorum, Sicyoniorum, Pellenensium fuerint. Cf. 80, 3. Sed huius mixtae significationis nul-

www.libtool.com.cn

2 *κέρᾳ ἡγουμένῳ, ὥσπερ καὶ ὥρμουν· ἐπὶ δ᾽ αὐτῷ εἴκοσι ἔταξαν τὰς ἄριστα πλεούσας, ὅπως, εἰ ἄρα νομίσας ἐπὶ τὴν Ναύπακτον αὐτοὺς πλεῖν ὁ Φορμίων καὶ αὐτὸς ἐπιβοηθῶν ταύτῃ παραπλέοι, μὴ διαφύγοιεν πλέοντα τὸν ἐπίπλουν σφῶν οἱ Ἀθη-*

lum est exemplum, nec simile VIII 101, 1, ubi *ἐπὶ τὴν ἤπειρον* simpliciter versus continentem sonat. *Αὐτῶν* pro *ἑαυτῶν* legi voluit Bloomf., atque aut hoc aut certe Atheniensium nomen nunc desiderat Grot. Sed hoc supposito nihil proficitur, cum *ἐπὶ τὴν αὐτῶν γῆν* aliud valens atque *ἐπὶ τὴν γῆν αὐτῶν* ad ipsorum terram significet. Cf. adn. III 22, 6. *Ναυπακτίων* pro eodem legendum esse audacius, nec tamen convenientius suspicatur Krueg. Nam *εἰ ἄρα . . . ὁ Φορμίων* parum apte dicta essent, si Peloponnesii cursum palam illuc direxissent. Hoc certum est *ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν γῆν* non posse referri ad *ἔπλεον*. Nam si Peloponnesii ad (cf. Liv. XXXVI 44, 1) sive versus suam terram, i. e. Peloponnesum, vecti essent, quod vix poterant, cum ibidem prope Rhium Achaicum in statione essent (86, 4), non poterat Phormio, ut deinde narratur, suspicari eos contra Naupactum proficisci, quia diversa regione cursum direxissent. Quo cognito Class. *ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν γῆν* cum *ταξάμενοι* iunxit interpretatus suam terram versus, ita ut Peloponnesi oram a tergo haberent. Hoc igitur modo cum quattuor navium ordines alium post alium collocassent, dextrorsum conversi, ita ut iam quattuor navium ordines alius iuxta alium esset, intra sinum cursum in altum tenentes navigabant, quo factum est ut Naupactum petere viderentur. Naves, cum primum ordinatae essent, Peloponnesi oram a tergo habuisse ipsa quidem praepos. *ἐπί*, de qua praeter VIII 101, 1 cf. Plat. Tim. 92a, non exprimitur, sed inde intellegitur quod eae Atheniensium classi oppositae erant et quod deinde navigasse dicuntur *δεξιῷ κέρᾳ ἡγουμένῳ, ὥσπερ καὶ ὥρμουν*, quo significatur aciei cornua eundem retinuisse locum quo ad oram constiterant; hoc enim ita tantum fieri poterat, si oram a tergo habuerant. — [*ἐπὶ*] cum *ἔσω* iunctum cum contra dicendi usum sit, auctore Krueg. id nunc delevimus. Errore repetitum est. — *δεξιῷ κέρᾳ ἡγουμένῳ*. De dativis vid. Matth. Gr. § 405 adn. 2. Krueg. Gr. § 48, 15 adn. 18. Cf. VIII 25, 3.

§ 2. *εἴκοσι*. Has partem tantum dextri cornus effecisse videtur apparere ex 91, 1. — *ταύτῃ παραπλέοι*, hac regione (i. e. Naupactum versus) oram praeterveheretur. — *μὴ διαφύγοιεν . . . κέρως*. *Διαφεύγειν τινὰ ἔξω τοῦ κέρως* est brevitas dicendi valens effugere aliquem praetervehendo extra cornu seu praetergrediendo cornu. Cf. § 5. 91, 1. VIII 102, 1. Pronomina *σφῶν* et *ἑαυτῶν* de iisdem hic leguntur, ut VIII 76, 5 et alibi. *Πλέων ἐπίπλους* denique est Peloponnesiorum classis ad impetum faciendum accedens (cf. VIII 102, 2) dum vehitur (*auf der Fahrt begriffen ist*) sive adnavigat, i. e. priusquam Athenienses assecuta sit in eosque ipsum impetum faciat. Eodem modo § 4 *ἔπλεον* de Peloponnesiis ad impetum in Athenienses faciendum adnavigantibus dictum est similiterque

www.libtool.com.cn



ναῖοι ἔξω τοῦ ἑαυτῶν κέρως, ἀλλ᾽ αὗται αἱ νῆες
περικλῄσειαν. ὁ δέ, ὅπερ ἐκεῖνοι προσεδέχοντο, 3
φοβηθεὶς περὶ τῷ χωρίῳ ἐρήμῳ ὄντι, ὡς ἑώρα
ἀναγομένους αὐτούς, ἄκων καὶ κατὰ σπουδὴν
ἐμβιβάσας ἔπλει παρὰ τὴν γῆν· καὶ ὁ πεζὸς ἅμα
τῶν Μεσσηνίων παρεβοήθει. ἰδόντες δὲ οἱ Πελο- 4
ποννήσιοι κατὰ μίαν ἐπὶ κέρως παραπλέοντας καὶ
ἤδη ὄντας ἐντὸς τοῦ κόλπου τε καὶ πρὸς τῇ γῇ,
ὅπερ ἐβούλοντο μάλιστα, ἀπὸ σημείου ἑνὸς ἄφνω
ἐπιστρέψαντες τὰς ναῦς μετωπηδὸν ἔπλεον ὡς
εἶχε τάχους ἕκαστος ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους, καὶ

*πλέοντα* III 114, 1, ubi cf. adn. Ita defendi videtur codd. scriptura. Contra improbabiles sunt coniecturae quibus *πλέοντα* emendare studuerunt. Delere enim id propterea non licet quod cogitari vix potest qua de causa adscriptum sit aut unde irrepserit; *πλέοντες* prorsus inane atque languidum est, cum naves aliter quam vehendo effugere omnino non possint; *πλέω ὄντα* ita dictum esset quasi maiorem classem facilius Athenienses possent effugere.

§ 3. *ἐρήμῳ ὄντι*, Atheniensium praesidio orbato, cum Phormio tunc apud Rhium Molycricum versaretur. — *ἄκων καὶ κατὰ σπουδήν*, invitus et festinanter (praepropere). Locutio *κατὰ σπουδήν* etiam I 93, 2. II 94, 2. III 49, 2 legitur. De adiectivo cum adverbio et adverbiali loquendi genere, ut 91, 3, copulato cf. adn. III 4, 2. VIII 48, 6. Tum ad part. *ἐμβιβάσας* schol. recte subaudit *τοὺς στρατιώτας*. *Ἐμβιβάζειν* autem, ut Lat. imponere (cf. Liv. XXII 19, 4), est navibus imponere, quemadmodum apud alios. — *παρὰ τὴν γῆν*] *τὴν οἰκείαν δηλονότι.* Schol. Idem quod supra *ταύτῃ παραπλέοι.* — *τῶν Μεσσηνίων*, *τῶν ἐκ Ναυπάκτου.*

§ 4. *κατὰ μίαν ἐπὶ κέρως*, singulis in ordinem navibus longo agmine. Ita haec expresseris secundum Liv. XXXVII 29, 8. De formula *κατὰ μίαν* cf. adn. 84, 1. Quae cum et *στίχον* et *ζυγόν* possit designare, addita sunt verba *ἐπὶ κέρως*, longo agmine (Liv. XXXVII 23, 8), quae leguntur etiam VI 32, 2. 50, 4. VIII 104, 1. Cf. de his interpr. Herodot. VI 12. Wachsm. Ant. Gr. II p. 335. Male Herw. *κατὰ μίαν* et *ἐπὶ κέρως* idem significare opinatus prius del. — *ἀπὸ σημείου ἑνός*, uno signo dato. Cf. III 91, 4, *ἀπὸ ἑνὸς κελεύσματος* II 92, 1 et Held. ad Plut. Aem. Paul. p. 218. — *ἐπιστρέψαντες τὰς ναῦς*. Haec conversio navium *ἐπὶ τεσσάρων* collocatarum sinistrorsum facta est. De militia terrestri idem verbum legitur V 10, 4, ubi cf. adn. — *μετωπηδόν*. Recte schol. *τὸ μέτωπον τῆς νεὼς ἡ πρῴρα ἐστί. λέγει οὖν ὅτι τὰ μέτωπα, ὅ ἐστι τὰ πρόσωπα τῶν νεῶν, παρεῖχον τοῖς ἐναντίοις.* Adversis frontibus *μετωπηδόν* interpretantur plerique, iunctis frontibus Goeller. Comparanda verba Livii: in frontem directas habebant naves et in frontem dirigere XXXVII 23, 7. 9. — *ὡς εἶχε τάχους ἕκαστος*. Cf. VI 97, 3. VII 2, 1.

www.libtool.com.cn

5 ἤλπιζον πάσας τὰς ναῦς ἀπολήψεσθαι. τῶν δὲ ἕνδεκα μὲν αἵπερ ἡγοῦντο ὑπεκφεύγουσι τὸ κέρας τῶν Πελοποννησίων καὶ τὴν ἐπιστροφὴν ἐς τὴν εὐρυχωρίαν· τὰς δὲ ἄλλας ἐπικαταλαβόντες ἐξέωσάν τε πρὸς τὴν γῆν ὑποφευγούσας καὶ διέφθειραν, ἄνδρας τε τῶν Ἀθηναίων ἀπέκτειναν ὅσοι
6 μὴ ἐξένευσαν αὐτῶν. καὶ τῶν νεῶν τινας ἀναδούμενοι εἷλκον κενάς (μίαν δὲ αὐτοῖς ἀνδράσιν εἷλον ἤδη), τὰς δέ τινας οἱ Μεσσήνιοι παραβοηθήσαντες καὶ ἐπεσβαίνοντες ξὺν τοῖς ὅπλοις ἐς τὴν θάλασσαν καὶ ἐπιβάντες ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων μαχόμενοι ἀφείλοντο ἑλκομένας ἤδη.

1 91. *Ταύτῃ μὲν οὖν οἱ Πελοποννήσιοι ἐκράτουν* τε καὶ διέφθειραν τὰς Ἀττικὰς ναῦς· αἱ δὲ εἴκοσι νῆες αὐτῶν αἱ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως ἐδίωκον τὰς

§ 6. *ἤδη* post *εἷλον* om. Vat. Ar. Chr.

Cap. **91.** § 1. *διέφθειραν* Laur. m., *διέφθειρον* Ar. Chr. Dan. Ven. Reg. C. E. F., reliqui *ἔφθειρον* vel *ἔφθειραν*. Sed de navibus ubique Th. *διαφθείρειν* dicit. Imperfectum Kistemakero auctore propter *ἐκράτουν* recepit Haack. Hoc tamen actionem diuturniorem quae postremo imperfecta mansit significat, quod aliter se habet in altero verbo, cuius aoristum modo de eadem re legimus 90, 5.

Matth. Gr. § 337. Krueg. Gr. § 47, 10 adn. 5.

§ 5. *τῶν δέ = τούτων δέ*. Schol. *τῶν νεῶν τῶν Ἀθηναίων*. — *ὑπεκφεύγουσι ... εὐρυχωρίαν*, Peloponnesiorum cornu (*τὸ δεξιόν, τὰς εἴκοσι ναῦς*) et conversionem vitantes in locum amplum (partem sinus latiorem) fugerunt. Cf. 91, 1 et supra § 2 adn. Cum eadem breviloquentia Plinius Ep. IX 33 cuius illum novitatem odoremque in altum refugisse. — *τὴν εὐρυχωρίαν* circa Naupactum, ubi latior fit sinus. Cf. 91, 1. De alia igitur regione dictum est 83, 2, ubi cf. adn. — *ἐξέωσαν*. „*Ἐξωθεῖν* est propria in hac re vox, et *ἐξωθεῖν* naves hostium dicuntur qui eas ad terram urgent ac detrudunt.“ Duk. ad VII 36, 5, qui confert VII 52, 2. VIII 104, 4. 105, 1. — *διέφθειραν*. Cf. adn. 84, 3. — *ὅσοι μή*. Cf. adn. V 110, 2.

§ 6. *ἀναδούμενοι*. Cf. adn. I 50, 1. — *αὐτοῖς ἀνδράσι*. Cf. IV 14, 1. Matth. Gr. § 405 adn. 3. Krueg. Gr. § 48, 15 adn. 19. — *εἷλον ἤδη*, iam antea ceperant. — *τὰς δέ τινας*. Cf. Matth. Gr. § 288, 2 et 91, 3. — *οἱ Μεσσήνιοι*. Cf. § 3. — *ἐπεσβαίνοντες ... ἐς τὴν θάλασσαν*. Eadem verba paulo aliter collocata IV 14, 2 leguntur. Similem rem narrat Tac. Hist. II 85.

Cap. **91.** § 1. *τε καὶ ... ναῦς* del. Herw. Sed cur in *ἐπαναλήψει* haec repeti nequeant nos quidem non perspicimus. —

www.libtool.com.cn



ἕνδεκα ναῦς τῶν Ἀθηναίων αἵπερ ὑπεξέφυγον τὴν
ἐπιστροφὴν ἐς τὴν εὐρυχωρίαν. καὶ φθάνουσιν
αὐτοὺς πλὴν μιᾶς [νεὼς] προκαταφυγοῦσαι ἐς τὴν
Ναύπακτον, καὶ ἴσχουσαι ἀντίπρῳροι κατὰ τὸ
Ἀπολλώνιον παρεσκευάζοντο ἀμυνούμενοι, ἢν ἐς
τὴν γῆν ἐπὶ σφᾶς πλέωσιν. οἱ δὲ παραγενόμενοι 2
ὕστερον ἐπαιάνιζόν τε ἅμα πλέοντες ὡς νενικη-
κότες, καὶ τὴν μίαν ναῦν τῶν Ἀθηναίων τὴν ὑπό-
λοιπον ἐδίωκε Λευκαδία ναῦς μία πολὺ πρὸ τῶν
ἄλλων. ἔτυχε δὲ ὁλκὰς ὁρμοῦσα μετέωρος, περὶ 3
ἣν ἡ Ἀττικὴ ναῦς φθάσασα τῇ Λευκαδίᾳ διωκούσῃ
ἐμβάλλει μέσῃ καὶ καταδύει. τοῖς μὲν οὖν Πελο- 4
ποννησίοις γενομένου τούτου ἀπροσδοκήτου τε

ὑποστροφὴν in plurimis et optimis membranis praeter Laur. M. m. At cf. 90, 5 et ἐπιστρέψαντες 90, 4.

σχοῦσαι Cass. Mosqu. pr. Cl. corr. Aug. Cf. adn.

τὸ om. It. Vat. Pal. Aug. M. Cass. Cl. Ven. Bekk. At alibi semper talia τεμενικά articulo etiam post praepositiones sunt instructa. Cf. I 24, 7. III 75, 3. IV 110, 1. V 66, 1. VII 29, 3. VIII 93, 1.

§ 3. Post φθάσασα addunt καὶ περιπλεύσασα Laur. Pal. Aug. M. m., καὶ περιπλέουσα Lugd., καὶ διαπλεύσασα F. Cf. adn.

§ 4. τε om. It. Sed cf. ad. IV 41, 2.

ὑπεξέφυγον . . . εὐρυχωρίαν. Cf. adn. 90, 5. Haec quoque temere del. Herw. — αὐτούς. Cf. adn. I 110, 4. Similiter paulo post ἀμυνούμενοι legitur. — [νεὼς] del. Herw. — ἴσχουσαι . . . κατά. Vid. adn. I 110, 4. Praesens in ancoris esse sive stare significat. — Ἀντίπρῳροι est proris contra hostem versis. Cf. IV 8, 14 al. — κατὰ τὸ Ἀπολλώνιον] ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἐν τῷ λιμένι. Schol. Suid s. v. Ἀθήναιον: Ἀπολλώνιον βραχέως τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος· οὕτω καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἀναγνωστέον. Cf. Lob. ad Phryn. p. 367. — παρεσκ. ἀμυνούμενοι. Cf. adn. 18, 1.

§ 2. ἐπαιάνιζον. Cf. adn. I 50, 5. — ἅμα πλέοντες. Cf. I 144, 1. Krueg. Gr. § 56, 10 adn. 3. — Λευκαδία ναῦς μία. Duas commemorat Polyaen. III 4, 3 etiam in proximis conferendus.

§ 3. μετέωρος. Cf. adn. I 48, 2. — περὶ ἣν . . . φθάσασα. Simile hic est genus loquendi φθάνειν περί τι atque φθάνειν εἴς τι apud Arri. Anab. VI 7, 3 et φθάνειν ἐπί τι Appi. Syr. 36. Brevius dixit ut concursum duorum participiorum (περὶ ἣν πλέουσα φθάσασα) vitaret. Nam in parte codd. καὶ περιπλεύσασα ex interpretamento illata esse et codd. qui ea om. auctoritate et collocatione demonstratur et structura. Scribi enim debebat περὶ ἣν πλεύσασα . . . καὶ φθάσασα. — Λευκαδίᾳ deleri vult Cobet. Nov. lect. p. 786 ex falsa de fugiendis verborum iterationibus opinione.

www.libtool.com.cn

*καὶ παρὰ λόγον φόβος ἐμπίπτει, καὶ ἅμα ἀτάκτως διώκοντες διὰ τὸ κρατεῖν αἵ μέν τινες τῶν νεῶν καθεῖσαι τὰς κώπας ἐπέστησαν τοῦ πλοῦ, ἀξύμφορον δρῶντες πρὸς τὴν ἐξ ὀλίγου ἀντεξόρμησιν, βουλόμενοι τὰς πλείους περιμεῖναι, αἱ δὲ καὶ ἐς βράχεα ἀπειρίᾳ χωρίων ὤκειλαν.*

1 92. *Τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἰδόντας ταῦτα γιγνόμενα θάρσος τε ἔλαβε καὶ ἀπὸ ἑνὸς κελεύσματος ἐμβοήσαντες ἐπ' αὐτοὺς ὥρμησαν. οἱ δὲ διὰ τὰ ὑπάρχοντα ἁμαρτήματα καὶ τὴν παροῦσαν ἀταξίαν ὀλίγον μὲν χρόνον ὑπέμειναν, ἔπειτα δὲ ἐτράποντο*

*ἀντεφόρμησιν* Laur. E. pr. m. Cf. adn.

§ 4. **διώκοντες** et paulo post **δρῶντες**. Cf. adn. ad *αὐτούς* § 1. — **καθεῖσαι τὰς κώπας**, demissis remis. Cf. Liv. XXXVI 44, 8 demittere remos in aquam ab utroque latere stabiliendae navis causa iussit. — **ἐπέστησαν τοῦ πλοῦ**, propr. substiterunt in cursu, inhibuerunt cursum, uno verbo inhibuerunt. De genetivo vid. Matth. Gr. § 353, 3 et 355, 4. Krueg. Gr. § 47, 1 adn. — **ἀξύμφορον**, rem inutilem, i. e. per *μείωσιν* aut sibi perniciosam aut stultam. Hoc probat Goell., et ita sane *ἀχρεῖος* Hom. Il. II 269, ubi vid. interpr. At illo modo *ἀξύμφορος*, *ἀνωφελής*, similia saepe apud Atticos leguntur. Cf. Stallb. ad Plat. Protag. 334a et de Latino inutilis Cic. de Off. II 14, 49. De *τι* non adiecto cf. Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 10. — **πρὸς τὴν ... ἀντεξόρμησιν**, propter (propr. quod attinet ad, si respicimus ad) incursionem quam hostis ex brevi spatio in ipsas erat facturus Port. *Ἐξ ὀλίγου* similiter atque *δι' ὀλίγου* 89, 9. *Ἀντεξόρμησιν*, quod nomen in militia pedestri etiam a Plut. Pomp. 69 usurpatum verbi *ἀντεξορμᾶν* de incursione navali aliquotiens a Dione Cass. positi exemplis (XLVIII 47, 6. L 31, 4. LXIII 24, 3) tuetur Bloomf., non commutandum propter 89, 9 cum voce *ἀντεφόρμησιν*; nam ibi de classe hostili ante pugnam stationem adversus hostes sive ad hostes speculandos habenti agitur, hic in narratione pugnae illae undecim naves ad litus appulsae § 1 ob ea quae ibi de iis addita sunt vix apte dicantur *ἐφορμεῖν*. — **αἱ δέ**. Masculinum rescribi vult Cob. in Mnem. l. l. p. 120, ne ipsae naves dicantur esse *ἄπειροι τῶν χωρίων*. Sed cf. adn. I 51, 1. — **βράχεα**, vada, quae Latini quoque brevia nominant. Cf. Lob. ad Phryn. p. 536 sq. — **ὤκειλαν**. Hic intransitivum est, ut Xen. Anab. VII 5, 12, saepius, si proprie dicitur, transitivum, ut IV 12, 1 et *ἐποκέλλειν* IV 26, 7, quod ipsum intransitivum est VIII 102, 3.

Cap. 92. § 1. **θάρσος ἔλαβε**. De hoc usu apud scriptores rariore, quo affectus traduntur hominem *λαβεῖν*, Class. Herod. I 165. Xen. Cyr. V 5, 6. Plat. Legg. 699 d confert. — **ἀπὸ ἑνὸς κελεύσματος**. Cf. adn. 90, 4 et Wessel. ad Diod. I p. 211. — **ἐτράποντο**. Id non solum de dextro cornu, sed de tota classe Peloponnesiorum intellegendum

www.libtool.com.cn



ἐς τὸν Πάνορμον, ὅθενπερ ἀνηγάγοντο. ἐπιδιώκον- 2
τες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τάς τε ἐγγὺς οὔσας μάλιστα
ναῦς ἔλαβον ἓξ καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀφείλοντο ἃς ἐκεῖ-
νοι πρὸς τῇ γῇ διαφθείραντες τὸ πρῶτον ἀνεδή-
σαντο· ἄνδρας τε τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τινὰς δὲ
καὶ ἐζώγρησαν. ἐπὶ δὲ τῆς Λευκαδίας νεώς, ἣ περὶ 3
τὴν ὁλκάδα κατέδυ, Τιμοκράτης ὁ Λακεδαιμόνιος
πλέων, ὡς ἡ ναῦς διεφθείρετο, ἔσφαξεν αὑτόν,
καὶ ἐξέπεσεν ἐς τὸν Ναυπακτίων λιμένα. ἀναχωρή- 4
σαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τροπαῖον ἔστησαν ὅθεν
ἀναγαγόμενοι ἐκράτησαν, καὶ τοὺς νεκροὺς καὶ
τὰ ναυάγια ὅσα πρὸς τῇ ἑαυτῶν ἦν ἀνείλοντο,
καὶ τοῖς ἐναντίοις τὰ ἐκείνων ὑπόσπονδα ἀπέδοσαν.
ἔστησαν δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι τροπαῖον ὡς 5
νενικηκότες τῆς τροπῆς ἃς πρὸς τῇ γῇ ναῦς δι-

Cap. **92.** § 4. *ἀναγόμενοι* omnes praeter Laur. Chr.

esse apparet ex iis quae sequuntur. — *τὸν Πάνορμον.* Cf. 86, 1 et ibi adn.

§ 2. *ἕξ.* De articulo non iterato cf. ad. II 100, 2 atque, si plene *ἓξ οὔσας* legeremus, adn. I 90, 1. — *διαφθείραντες ... ἀνεδήσαντο.* Cf. 90, 5. 6 et ibi adn.

§ 3. *Τιμοκράτης.* Cf. 85, 1. — *ἔσφαξεν αὑτόν.* Haud dubie ignominiosum existimans perire in mari vel timens ne in potestatem veniret hostium. — *ἐξέπεσεν*, delatus est vel proprie (a mari) eiectus est. Ita *ἐκπίπτειν* non raro eici in terram valet apud Thuc. et Xenoph. Cf. VII 74, 2. VIII 34, 1. *Ἐκφέρεσθαι* de navium fragmentis in portum delatis legimus I 54, 1.

§ 4. *ὅθεν* (i. e. *ἐνταῦθα ὅθεν*) ... *ἐκράτησαν. Κατὰ τὸ Ἀπολλώνιον* 91, 1. — *τῇ ἑαυτῶν.* Cf. adn. I 44, 1 et II 7, 1 et cum omnibus verbis I 54, 1.

§ 5. *ἔστησαν. Ἀντέστησαν* postulat Cob. l. l., quod, licet Th. alibi de eadem re hoc verbo utatur (I 54, 1. 105, 7. IV 115, 2. 134, 1), necessarium quidem ad sententiam non est. Cf. VII 54. — *τροπαῖον ... τῆς τροπῆς.* Haec inter se iungenda. Cf. VII 54 et de genetivo obiecti ad *τροπ.* addito Mor. ad Isocr. Pan. 150. *Τροπαῖον τροπῆς* est loquendi ratio similis verbis *ὑπώρεια ὄρους* et aliis, quae collegit Lob. ad Soph. Ai. 254 et Paral. Gr. II p. 537. Cf. etiam *ναύσταθμον πλοίων* III 6, 2. — *ἃς ... διέφθειραν.* „Haec verba, *τῆς τροπῆς ἃς πρὸς τῇ γῇ ναῦς διέφθειραν*, non aliter accipienda quam si dictum esset *τῆς τροπῆς τῶν νεῶν ἃς πρὸς τῇ γῇ διέφθειραν.*“ Steph. De omisso demonstrativo cf. adn. 40, 4 et de tota syntaxi Krueg. Gr. § 51, 12 adn. 4. Certe durior syntaxis non sufficit ad comprobandam Herw. opinionem, qui *ὡς ... διέφθειραν* delet tanquam e triplici scholio consarcinata, quanquam, cum qua ratione Peloponnesii victoriam sibi vindicaverint indicent (cf. I 54, 2),

www.libtool.com.cn

ἔφθειραν· καὶ ἥνπερ ἔλαβον ναῦν ἀνέθεσαν ἐπὶ
6 τὸ Ῥίον τὸ Ἀχαϊκὸν παρὰ τὸ τροπαῖον. μετὰ δὲ ταῦτα φοβούμενοι τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων βοήθειαν ὑπὸ νύκτα ἐσέπλευσαν ἐς κόλπον τὸν Κρι-
7 σαῖον καὶ Κόρινθον πάντες πλὴν Λευκαδίων. καὶ οἱ ἐκ τῆς Κρήτης Ἀθηναῖοι ταῖς εἴκοσι ναυσὶν αἷς ἔδει πρὸ τῆς ναυμαχίας τῷ Φορμίωνι παραγενέσθαι οὐ πολλῷ ὕστερον τῆς ἀναχωρήσεως τῶν νεῶν ἀφικνοῦνται ἐς τὴν Ναύπακτον. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

1 93. Πρὶν δὲ διαλῦσαι τὸ ἐς Κόρινθόν τε καὶ τὸν Κρισαῖον κόλπον ἀναχωρῆσαν ναυτικόν, ὁ Κνῆμος καὶ ὁ Βρασίδας καὶ οἱ ἄλλοι ἄρχοντες τῶν Πελοποννησίων ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος ἐβούλοντο διδαξάντων Μεγαρέων ἀποπειρᾶσαι τοῦ Πειραιῶς τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηναίων· ἦν δὲ ἀφύλακτος καὶ ἄκληστος εἰκότως διὰ τὸ ἐπικρατεῖν πολὺ τῷ

minime inutilia sunt. — ἥνπερ ... ναῦν. Vid. 90, 6. — ἀνέθεσαν. „Neptuno, cui erat exstructum ibi templum. Vid. Strab. p. 335.“ Gottl. De re cf. adn. 84, 4.

§ 6. φοβούμενοι κ.τ.λ. De re cf. Diod. XII 48, 3, de v. Ἀθηναίων, pro quo Ἀθηνῶν Bekk. mavult, adn. 86, 6. — κόλπον τὸν Κρισαῖον. Cum alibi Thuc. constanter τὸν Κρισαῖον κόλπον dicat, Class. etiam hic ita scribere ausus est. Sed cur altera collocatio improbetur? — καὶ Κόρινθον Kruegero suspecta sunt, quia ἐσπλεῖν ἐς Κόρινθον non apte dicamus. Sed Corinthus pro Lechaeo portu Corinthiorum nominatur, ut 69, 1 legimus μήτ' ἐκπλεῖν ἐκ Κορίνθου καὶ τοῦ Κρισαίου κόλπου μήτ' ἐσπλεῖν. Cf. 93, 1, quae verba comparat Class.

§ 7. οἱ ἐκ τῆς Κρήτης Ἀθηναῖοι. Cf. 85, 5. 6 et de praepositione adn. I 8, 2. — αἷς. Cf. Matth. Gr. § 391, 2. Krueg. Gr. § 48, 7 adn. 3. Quanquam ne opus quidem est hac explicatione, cum ad ἔδει etiam subaudias αὐτούς. Nec alibi apud Thucydidem δεῖ μοι ποιεῖν τι vel similia legi meminimus. De re cf. 85, 5. 6.

Cap. 93. Cf. Diod. XII 49, 1—4, qui in tempore quo haec gesta sint indicando et rebus quibusdam levioribus parum diligens est. — § 1. ἀποπειρᾶσαι τοῦ Πειραιῶς. Similiter ἀποπειρᾶσαι cum genet. IV 124, 2. 135, 1. VI 90, 2. VII 17, 1. 36, 1. Saepius simplex sic legitur. Cf. adn. I 61, 4. — τοῦ Πειραιῶς τοῦ λιμένος. De articulo duplicato hic et 94, 3 vid. adn. 67, 2. Krueg. Gr. § 50, 7 adn. 2 et 3. Additum esse videtur τοῦ λ. τῶν Ἀθ., ut distinguatur a Πειραιῷ τῆς Κορινθίας (VIII 10, 3). Cf. Steph. Byz. s. v. — ἀφύλακτος. Cf. § 3. — ἄκληστος. Cf. adn. 94, 4. — εἰκότως. Cf. adn. I 77, 5. — ἐπικρατεῖν. Simul audi τοὺς Ἀθηναίους.

www.libtool.com.cn



ναυτικῷ. ἐδόκει δὲ λαβόντα τῶν ναυτῶν ἕκαστον 2 τὴν κώπην καὶ τὸ ὑπηρέσιον καὶ τὸν τροπωτῆρα πεζῇ ἰέναι ἐκ Κορίνθου ἐπὶ τὴν πρὸς Ἀθήνας θάλασσαν, καὶ ἀφικομένους κατὰ τάχος ἐς Μέγαρα καθελκύσαντας ἐκ Νισαίας τοῦ νεωρίου αὐτῶν τεσσαράκοντα ναῦς, αἳ ἔτυχον αὐτόθι οὖσαι, πλεῦσαι εὐθὺς ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ. οὔτε γὰρ ναυτικὸν 3 ἦν προφυλάσσον ἐν αὐτῷ οὐδὲν οὔτε προσδοκία οὐδεμία μὴ ἄν ποτε οἱ πολέμιοι ἐξαπιναίως οὕτως ἐπιπλεύσειαν, ἐπεὶ οὔτ' ἀπὸ τοῦ προφανοῦς τολμῆσαι ἂν οὔτ', εἰ καθ' ἡσυχίαν διανοοῖντο, μὴ

Cap. 93. § 3. οὐδ' ἀπὸ τοῦ προφανοῦς τολμῆσαι ἂν καθ' ἡσυχίαν οὐδ' εἰ διενοοῦντο codd.; οὔτ' ... οὔτ' restituit Bekk., neque altero loco οὐδ' retinere licet, cum οὔτε—οὐδέ apud Th. nusquam inter se referantur (cf. L. Herbst. in Philol. XVI p. 330); de reliquis cf. adn.

§ 2. **ἕκαστον τὴν** (suam) **κώπην.** Hinc remos singulos singulis remigibus attributos esse Arn. docet. — **τὸ ὑπηρέσιον**] ὑπηρέσιόν ἐστι τὸ κῶας ᾧ ἐπικάθηνται οἱ ἐρέσσοντες διὰ τὸ μὴ συντρίβεσθαι αὐτῶν τὰς πυγάς. Schol. Cf. Suid., Phot., Poll. I 88. In iisdem pulvinis remiges extra naves dormivisse suspicatur Thirlw. Hist. Gr. c. 20 adn. — **τροπωτῆρα.** „Lorum quo remus ad scalmum [s. paxillum] alligatur. Etym. [p. 769, 19 et Phot. p. 445]: τροπωτῆρες, οἱ ἱμάντες οἱ ἐν τοῖς πλοίοις ἐν οἷς αἱ κῶπαι περὶ τοὺς σκαλμοὺς περιδέονται." Gottl. Cf. Aesch. Pers 376. Grot. Hist. Gr. VI p. 283 (interpr. III p. 475). Apud Homerum τροπός, hodie τροπωτῆρι, Latinis strupus. Adhuc in scaphis Graecis loro e corio facto mediam partem remi una cum paxillo circumdari docet Leak. de Pag. Att. p. 139 sq. imaginem remi Graeci delineans.

§ 3. **οὔτε γὰρ κ. τ. λ.** Non armatae igitur erant eae triremes de quibus II 24 locutus est scriptor. Tota sententia explicatur cur prosperum conatus eventum Peloponnesii sperare potuerint. — **μή** propter timendi notionem προσδοκίᾳ additam, ut V 14, 3. Cf. adn. II 13, 1. — **μὴ ἂν ... ἐπιπλεύσειαν.** Cf. Soph. Trach. 631. Xen. Anab. VI 1, 28. de Vect. 4, 41. Opt. cum ἂν hic modus est potentialis cum vi futuri (cf. adn. 64, 4); nam quod exspectatur futuri est temporis (cf. VI 49, 2. VII 12, 4). De singulari hac structura, cuius praeter locos allatos certa quidem exempla non inveniuntur, cf. Quaest. gram. p. 25. — **ἐξαπιναίως οὕτως,** tam repente quam revera fecerunt. Cf. VIII 1, 1. — **ἐπεὶ ... ἂν προαισθέσθαι.** De infinitivis suspensis ex notione putandi repetenda ex οὐδεμία προσδοκία vid. adn. IV 3, 2, de formula ἀπὸ τοῦ προφανοῦς adn. I 35, 4; duplex negatio μὴ οὐκ ita posita est quasi additum sit putandi verbum quod subaudiendum est hunc fere in modum: ἐπεὶ οὔτ' ἀπὸ τοῦ προφανοῦς ἐνόμιζον αὐτοὺς τολμῆσαι ἂν κ. τ. λ. Cf. Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 6. Traditam verborum collocationem et

www.libtool.com.cn

4 οὐκ ἂν προαισθέσθαι. ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐχώρουν εὐθύς· καὶ ἀφικόμενοι νυκτὸς καὶ καθελ-

scripturam si sequeremur, ea sic vertenda essent: nam neque aperte eos ausuros esse classe invadere quiete (i. e. se non prohibentibus, qua de significatione cf. IV 117, 1) neque, si in animum id inducerent, se non praesensuros. Opponi ita inter se Class. Stahlium (Annal. phil. l. l. p. 220) secutus dicit apertum conatum, quem prohibituri sint Athenienses, et consilium impetus faciendi, quod praesensuri sint. Sed apud Th. alibi *διανοεῖσθαι*, cui cum inf. quidem iuncto (aliter comparatum est VII 5, 4, de quo cf. adn. I 141, 1) ubique consilii vim tribuit, non agendi conatui, sed ipsi actioni opponitur. Cf. I 1, 1. 124, 3. V 80, 2. Eadem ratio si hic quoque valet, inter se opponuntur aut *τὸ τολμῆσαι* et *τὸ τολμῆσαι διανοεῖσθαι* aut *τὸ ἐπιπλεῦσαι* et *τὸ ἐπιπλεῦσαι διανοεῖσθαι*, non *τὸ τολμῆσαι ἐπιπλεῦσαι* et *τὸ διανοεῖσθαι ἐπιπλεῦσαι*. Illorum autem posterius per ipsius sententiae conformationem non licet, prius autem ideo fieri nequit quod sic, cum qui fieri possit clandestinus impetus relinquatur, argumentatio manca est. Neque contra dicere licet omnia quae revera fiant quatenus fiant in lucem tanquam prodire et aperta fieri, cum ea quae demum facturi simus in lucem nondum prodierint; nam quae clam fiunt revera quidem fiunt, sed in lucem non prodeunt. Neque omnino quod aperte fit consilio opponi potest, cum ut clandestina, sic etiam aperta sint consilia. Itaque *ἀπὸ τοῦ προφανοῦς* in hac interpretatione opposito suo destitutum est. Quare nunc re iterum iterumque perpensa eam relinquendam esse putamus et ita locum emendandum esse ut *ἀπὸ τοῦ προφανοῦς* recipiat quod sibi contrarium sit. Hoc autem in traditis quidem verbis aliud esse non potest nisi *καθ' ἡσυχίαν*. Ut igitur oppositio exsistat, necesse est hoc similem vim habeat atque *κρύφα*, quod III 109, 2 contrarium est atque *ἐκ τοῦ προφανοῦς*. At hoc ipsum Class. negat. Sed quanquam ipsa haec locutio apud Th. eam vim non habet (frustra enim ab Herw. VI 64, 1. 66 afferuntur), tamen *ἡσυχῇ* eadem praeditum est VIII 69, 2, ubi schol. id cum *εἴρητο* iungens *κρύφα* interpretatur. Nam quod Class. hic *ἡσυχῇ περιμένειν* iungit, tantum abest ut coniurati quiete manere iussi sint ut, si quis iis quae agantur obsistat, ad hoc impediendum ex mandato arma iis sint capienda. Class. interpretatio ita tantum locum haberet, si legeretur *τοῖς δ' ... εἴρητο ... περιμένειν, ἕως ἄν τις ἐνιστῆται τοῖς ποιουμένοις· τότε δὲ λαβόντας τὰ ὅπλα μὴ ἐπιτρέπειν*. Ceterum cf. ibi adn. Revera autem eam significationem *ἡσυχῇ* et *καθ' ἡσυχίαν* habere posse etiam hac ratione comprobatur. Saepius apud Herodotum et alios scriptores *ἡσυχία* silentium et *ἥσυχος* tacitus est (Herod. V 92. 93. VIII 65. Eur. Alc. 77. Arist. Plut. 127. Isocr. VI 2. Pseudo-Demosth. LVIII 60). Silentio autem vel tacite (nos: *in der Stille*, *im Stillen*) ea fiunt de quibus rumor non perferatur; talia autem sunt quae clam fiunt. Haec taciti et clandestini affinitas maxime etiam eo confirmatur quod in eandem sententiam etiam *σῖγα* (Aesch. Ag. 449. Soph. OR. 1212. Ant. 700) et *σιγῇ* (Herod. II 140. Eur. Med. 587) et apud Latinos silentio (Caes. B. Gall. VII 18, 2) et tacite (Cic. pro Quinct. 15, 50) transeunt. Madv. igitur cum

www.libtool.com.cn



*κύσαντες ἐκ τῆς Νισαίας τὰς ναῦς ἔπλεον ἐπὶ μὲν τὸν Πειραιᾶ οὐκέτι, ὥσπερ διενοοῦντο, καταδείσαντες τὸν κίνδυνον (καί τις καὶ ἄνεμος λέγεται αὐτοὺς κωλῦσαι), ἐπὶ δὲ τῆς Σαλαμῖνος τὸ ἀκρωτήριον τὸ πρὸς Μέγαρα ὁρῶν, καί (φρούριον * * ἐπ' αὐτοῦ ἦν καὶ νεῶν τριῶν φυλακὴ τοῦ μὴ ἐσπλεῖν Μεγαρεῦσι μηδ' ἐκπλεῖν μηδέν) τῷ τε φρουρίῳ προσέβαλον καὶ τὰς τριήρεις ἀφείλκυσαν*

suo iure latentem impetum in altero membro significari putaret, in Adv. crit. I p. 313 *καθ' ἡσυχίαν δ' εἰ διενοοῦντο* coniecit, contra quod cum Herw. dixisset *οὔτε — δέ* non esse Thucydideum, ipse *καθ' ἡσυχίαν* post *οὔτ' εἰ* transposuit. Hunc secuti sumus. Ita enim aptissime inter se opponuntur *τὸ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς ἐπιπλεῦσαι* et *τὸ καθ' ἡσυχίαν ἐπιπλεῦσαι*. Sed praeterea aliquid vitii in hoc loco latet. Cum enim dictum sit nullam fuisse Atheniensium suspicionem ne unquam hostes tam repente impetum navalem facturi essent, quae eius rei causa deinde ex Atheniensium cogitatione affertur ad futurum tempus pertinere debet, non ad praesentem rerum condicionem spectare. Hoc autem fieret, si *διενοοῦντο* verum esset. Ita enim Athenienses hoc cogitarent: *εἰ καθ' ἡσυχίαν ἐπιπλεῦσαι διενοοῦντο, προῃσθόμεθ' ἄν*. Sed revera eorum sententia ipsorum verbis expressa haec est: *ἢν καθ' ἡσυχίαν ἐπιπλεῦσαι διανοῶνται, προαισθοίμεθ' ἄν* (cf. III 46, 2), quae oblique enuntiata sic sonat: *εἰ καθ' ἡσυχίαν ἐπιπλεῦσαι διανοοῖντο, ἂν προαισθέσθαι*.

§ 4. *καὶ ἐχώρουν εὐθύς*. *Καί*, etiam, ab initio apodosis est positum. Similia verba leguntur IV 8, 9. VIII 1, 4. 8, 4. Cf. Hart. de Part. I p. 130. — *φρούριον ἐπ' αὐτοῦ ἦν*. Codd. scriptura si integra esset, *καί* ad *φρούριον . . . μηδέν* pertineret et oratio in brevia incisa distracta esset, cum proprie sic deberet procedere: in quo erat castellum aut in quo cum esset castellum, adorti sunt. Sed rerum cohaerentia satis ostendit ad ea quae sequuntur explicanda interposita esse *φρούριον . . . μηδέν* et continuari narrationem verbis *τῷ τε φρουρίῳ κ. τ. λ.* Ut autem in codd. tradita sunt, non interponuntur illa, sed superioribus adiunguntur. Accedit quod 94, 3 *τοῦ Βουδόρου τοῦ φρουρίου* ita addito articulo mentio fit ut id antea nominatum esse appareat. Recte igitur Herw. post *φρούριον* lacunam statuit. Facile propter litterarum similitudinem quae est in vocabulis *φρούριον* et *Βούδορον* excidere poterat *γάρ, ᾧ καὶ αὐτῷ ὄνομα Βούδορον*, vel similia. Ipsum castellum ut promunturium vocabatur Budorum. Cf. III 51, 2. Krus. Hell. II 1 p. 305. Leak. de Pag. Att. p. 157. Promunturium nunc *Πέραμα*. Vid. Burs. Geogr. I p. 365. — *ἐσπλεῖν . . . ἐκπλεῖν*. Valent importari et exportari, qua vi *ἐσπλεῖν* non raro legitur. Vid. III 51, 2. IV 27, 1. VIII 90, 5. Cf. *πλεῖν* III 114, 1. Similiter merces ad urbem adnare dixit Cic. de Rep. II 4. Ceterum cf. adn. I 4. — *τὰς τριήρεις . . . κενάς*, i. e. *ὥστε εἶναι κενάς*. Cf. adn. I 49, 5. —

www.libtool.com.cn

κενάς, τήν τε ἄλλην Σαλαμῖνα ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσόντες ἐπόρθουν.

1 94. Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας φρυκτοί τε ἤροντο πολέμιοι, καὶ ἔκπληξις ἐγένετο οὐδεμιᾶς τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἐλάσσων. οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἄστει ἐς τὸν Πειραιᾶ ᾤοντο τοὺς πολεμίους ἐσπεπλευκέναι ἤδη, οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ τήν τε Σαλαμῖνα ᾑρῆσθαι ἐνόμιζον καὶ παρὰ σφᾶς ὅσον οὐκ ἐσπλεῖν αὐτούς· ὅπερ ἄν, εἰ ἐβουλήθησαν μὴ κατοκνῆσαι, ῥᾳδίως ἂν ἐγένετο, καὶ οὐκ ἂν ἄνεμος ἐκώλυσεν.
2 βοηθήσαντες δὲ ἅμ' ἡμέρᾳ πανδημεὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τον Πειραιᾶ ναῦς τε καθεῖλκον καὶ ἐσβάντες κατὰ σπουδὴν καὶ πολλῷ θορύβῳ ταῖς μὲν ναυσὶν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα ἔπλεον, τῷ πεζῷ δὲ φυλακὰς
3 τοῦ Πειραιῶς καθίσταντο. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ὡς ᾔσθοντο τὴν βοήθειαν, καταδραμόντες τῆς Σαλαμῖνος τὰ πολλὰ καὶ ἀνθρώπους καὶ λείαν λαβόντες καὶ τὰς τρεῖς ναῦς ἐκ τοῦ Βουδόρου τοῦ φρουρίου κατὰ τάχος ἐπὶ τῆς Νισαίας ἔπλεον· ἔστι γὰρ ὅ τι καὶ αἱ νῆες αὐτοὺς διὰ χρόνου

Cap. **94**. § 3. *ἔστι γὰρ ὅτε* codd. Emend. Abresch.

*ἀπροσδοκήτοις*. Simul audi *τοῖς Σαλαμινίοις*.

Cap. **94**. § 1. *φρυκτοὶ ... πολέμιοι*] *λαμπάδες πολεμίους δηλοῦσαι. φρυκτοί εἰσι λαμπάδες τινὲς ἀπὸ ξύλων γινόμεναι ἅστινας βαστάζοντες ἄνωθεν τῶν τειχῶν ἐσήμαινον τοῖς πλησιοχώροις ἢ τοῖς συμμάχοις, ὅταν τινὰς ἑώρων πολεμίους ἐπιόντας, ὡς ὅτι δεῖ προφυλάξασθαι· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ φίλων, ὅταν ἑώρων βοήθειαν ἐρχομένην, ἐσήμαινον πάλιν διὰ τῶν φρυκτῶν. καὶ ὅταν μὲν φίλους ἐδήλουν, ἐβάσταζον τους φρυκτοὺς ἠρεμοῦντες· ὅταν δὲ πολεμίους, ἐκίνουν τοὺς φρυκτούς*. Schol. „*Αἴρειν φρυκτὸν* idem est ac *πυρσεύειν* (ita Diod. XII 49, 4); item *φρυκτωρεῖν*." Gottl. Cf. III 22, 7. 80, 2 et ibi adn. — *οὐδεμιᾶς ... ἐλάσσων*, i. e. *οὐκ ἐλάσσων μιᾶς* (*οὐδεμιᾶς*). Cf. I 91, 5. VII 29, 5. 30, 4. 71, 7. 85, 4 et Krueg. Gr. § 47, 27 adn. 3. — *τὸν πόλεμον*. Cf. adn. 31, 3. Ceterum *καὶ ἔκπληξις ἐγένετο οὐδεμιᾶς ... ἐλάσσων* et quae similia leguntur VII 71, 7 parum concinunt cum iis quae scriptor VIII 96, 1 dicit. Videntur igitur illa primum scripta esse antequam terror VIII 96, 1 commemoratus exstitit nec postea ad huius notitiam correcta esse. — *ὅσον οὐκ*. Cf. adn. I 36. — *ἂν ... ἄν*. Cf. adn. I 76, 4,

§ 3. *τοῦ Βουδόρου τοῦ φρ*. Cf. adn. 93, 1 et 4. — *διὰ χρόνου*, aliquo temporis

www.libtool.com.cn



καθελκυσθεῖσαι καὶ οὐδὲν στέγουσαι ἐφόβουν.
ἀφικόμενοι δὲ ἐς τὰ Μέγαρα πάλιν ἐπὶ τῆς Κορίν-
θου ἀπεχώρησαν πεζῇ. οἱ δ' Ἀθηναῖοι οὐκέτι 4
καταλαβόντες πρὸς τῇ Σαλαμῖνι ἀπέπλευσαν καὶ
αὐτοί· καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν ἤδη τοῦ Πειραιῶς
μᾶλλον τὸ λοιπὸν ἐποιοῦντο λιμένων τε κλήσει
καὶ τῇ ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ.

95. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ χειμῶνος 1
τούτου ἀρχομένου Σιτάλκης ὁ Τήρεω Ὀδρύσης,
Θρᾳκῶν βασιλεύς, ἐστράτευσεν ἐπὶ Περδίκκαν τὸν
Ἀλεξάνδρου, Μακεδονίας βασιλέα, καὶ ἐπὶ Χαλκι-
δέας τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης, δύο ὑποσχέσεις τὴν μὲν
βουλόμενος ἀναπρᾶξαι, τὴν δὲ αὐτὸς ἀποδοῦναι.

*πεζοί* omnes praeter Laur. m. Ar. Chr. Dan. Vind. E. contra reliquum Th. usum. Cf. I 26, 2. 109, 4. 137, 1. 143, 4. II 93, 2. III 3, 5. 25, 1. 91, 3. IV 75, 2. 113, 2. 132, 2. VII 60, 2. VIII 23, 4. 28, 5. 32, 2. 61, 1. 62, 1. 79, 1. 108, 4. Diversum propter addita *ἀντὶ ναυβατῶν* est exemplum ab Arn. prolatum *πεζούς τε ἀντὶ ναυβατῶν πορευομένους* VII 75, 7. *Πεζός* tamen hoc modo dixerunt Xen. Cyr. IV 3, 23 et alii.

§ 4. *ἅμα* pro *ἤδη* It. Vat. Pal. Aug. M. Cass. Gr. Cl. Ven. Reg. C. F. H. I. Cf. adn.

intervallo (interiecto), post aliquod temporis intervallum. Cf. Bernh. Synt. p. 235 et Stallb. ad Plat. Hipp. mai. init. — *οὐδὲν στέγουσαι.* Port.: quae aquarum vim ferre non poterant. Cf. Plat. de Rep. 621 a.

§ 4. *καταλαβόντες.* Intell. *αὐτούς.* — *φυλακὴν ... τοῦ Πειραιῶς.* „Diod. l. l. *τὸν δὲ Πειραιᾶ κλείθροις καὶ φυλακαῖς ἱκαναῖς διαλαβόντες* (custodiis opportunis locis collocatis) *ὠχύρωσαν.* Hesych. in *Ζέα: ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς.* Vid. Wessel. ad h. l.“ Gottl. Quales fingendi sint *κληστοὶ λιμένες* et maxime Piraeei *κληστοῦ* qualis natura fuerit accuratissime docet Leak. Athen. p. 266 sq. Cf. IV 8, 7. VII 38, 2. 59, 3. VIII 90, 4. De tribus Piraeei portibus vid. adn. I 93, 3. — *ἤδη.* Scriptura *ἅμα* reicienda est. Nam res diuturna (*ἐποιοῦντο*) simul fieri non potest cum ea quae temporis momento concludatur (*ἀπέπλευσαν*). Class. quidem rem non eodem quidem temporis puncto, sed per occasionem quae narretur factam indicari opinatur; sed hoc exempla ab eo allata I 82, 1. II 91, 4 minime probant. Neque *ἅμα* ad *λιμένων τε κλήσει καὶ τῇ ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ* pertinere licet statuere, cum talis *ἅμα* ad *τε — καί* pertinentis traiectio alibi apud Th. non inveniatur. De *ἤδη* cf. I 118, 1.

Cap. 95 sqq. Cf. Diod. XII 50. — § 1. *Σιτάλκης ὁ Τήρεω.* Cf. adn. 29, 1. — *δύο ὑποσχέσεις.* Cf. Matth. Gr. § 288 adn. 8 et § 319. Krueg. Gr. § 47, 28 adn. 3. — *ἀναπρᾶξαι*] *εἰσπρᾶξαι, ἀπαιτῆσαι.* Schol. Cf. VIII 107, 1 et ibi adn.

www.libtool.com.cn

2 ὅ τε γὰρ Περδίκκας αὐτῷ ὑποσχόμενος, εἰ Ἀθηναίοις τε διαλλάξειεν ἑαυτὸν κατ' ἀρχὰς τῷ πολέμῳ πιεζόμενον καὶ Φίλιππον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πολέμιον ὄντα μὴ καταγάγοι ἐπὶ βασιλείᾳ, ἃ ὑπεδέξατο οὐκ ἐπετέλει· τοῖς τε Ἀθηναίοις αὐτὸς ὡμολογήκει ὅτε τὴν ξυμμαχίαν ἐποιεῖτο τὸν ἐπὶ Θρᾴκης Χαλ-
3 κιδικὸν πόλεμον καταλύσειν. ἀμφοτέρων οὖν ἕνεκα τὴν ἔφοδον ἐποιεῖτο καὶ τόν τε Φιλίππου υἱὸν Ἀμύνταν ὡς ἐπὶ βασιλείᾳ τῶν Μακεδόνων ἦγε καὶ τῶν Ἀθηναίων πρέσβεις, οἳ ἔτυχον παρόντες τούτων ἕνεκα, καὶ ἡγεμόνα Ἅγνωνα· ἔδει γὰρ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ναυσί τε καὶ στρατιᾷ ὡς πλείστῃ ἐπὶ τοὺς Χαλκιδέας παραγενέσθαι.

1 96. Ἀνίστησιν οὖν ἐκ τῶν Ὀδρυσῶν ὁρμώμενος

Cap. **95.** § 3. *πρέσβεις* om. Cass. Cl. et corr. Aug., unde suspectum fit; potuit enim ab interpretibus addi ex 101, 1. Omisso tamen eo verba *οἳ . . . ἕνεκα* nimis nude posita videntur Haackio. A nobis maxime ob contrarium nomen *ἡγεμόνα* non est expunctum; nam etiam Hagnon *τούτων ἕνεκα* aderat, sed hic dux, ceteri legati.

§ 2. *αὐτῷ ὑποσχόμενος.* „Quid Perdiccas promiserit Thucydides non dixit. Itaque vertendum: certas quasdam promissiones fecerat. Sequitur *ἃ ὑπεδέξατο.*" Gottl. Cf. Krueg. Gr. § 52, 1 adn. 2. — *Ἀθηναίοις τε διαλλάξειεν ἑαυτόν.* Quod factum. Vid. 29, 6. — *Φίλιππον.* Is rexerat partem Macedoniae genti Temenidarum (cf. 99, 3) subiectae (quae pars cognoscitur ex 100, 3), sed expulsus fuerat a Perdicca, et iam ante Ol. LXXXVII 4 videtur mortuus esse, cum Sitalces non ipsum, sed filium eius Amyntam in regnum esset restituturus. Suspiciones de obscuris eius rebus vide apud Abel. Maced. ante regn. Phil. p. 166 sqq. — *ἐπὶ βασιλείᾳ.* Accusativum de eadem re posuit Diod. XII 50, 3 *κατάγειν ἐπὶ τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν.* Cf. VIII 47, 2. — *τὸν ἐπὶ . . . καταλύσειν.* Cf. 29, 5 et Diod. l. l.

§ 3. *Ἀμύνταν*] *Γένος Τημενιδῶν.* [vid. 99, 3]
*Ἀλέξανδρος* [*ὁ φιλέλλην, ὃς ἐγέννησε*]
*Περδίκκαν Φίλιππον*
*Ἀρχέλαον Ἀμύνταν*
*Φίλιππον*
*Ἀλέξανδρον τὸν μέγαν, ὃς τὴν Περσῶν δυναστείαν κατέλυσεν.* Schol.
„Sed omissi sunt quidam reges [regumque fratres et consobrini. Cf. adn. I 57, 3. Plat. Gorg. 471. Sync. p. 691 Muell.]." Gottl. At haec omissio veritati illius genealogiae non officit. Vid. tamen Iustin. VII 4, 3 et Sync., qui Amyntam fratrem Perdiccae non recte vocat, Amyntae filium Aridaeum, huius alterum Amyntam. — *Ἅγνωνα*] *οὗτος ἔκτισε τὴν Ἀμφίπολιν.* Schol. Vid. IV 102, 3.

Cap. **96.** § 1. *Ἀνίστησιν.*

www.libtool.com.cn



πρῶτον μὲν τοὺς ἐντὸς τοῦ Αἵμου τε ὄρους καὶ τῆς Ῥοδόπης Θρᾷκας ὅσων ἦρχε μέχρι θαλάσσης [ἐς τὸν Εὔξεινόν τε πόντον καὶ τὸν Ἑλλήσποντον], ἔπειτα τοὺς ὑπερβάντι Αἷμον Γέτας καὶ ὅσα ἄλλα μέρη ἐντὸς τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ πρὸς θάλασσαν μᾶλλον την τοῦ Εὐξείνου πόντου κατῴκητο· εἰσὶ δ' οἱ Γέται καὶ οἱ ταύτῃ ὅμοροί τε τοῖς Σκύθαις καὶ ὁμόσκευοι, πάντες ἱπποτοξόται. παρεκάλει δὲ 2
καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν πολλοὺς τῶν αὐτονόμων καὶ μαχαιροφόρων, οἳ Δῖοι καλοῦνται, τὴν Ῥοδό-

Cap. **96**. § 1. Seclusa non legit schol. qui ad *μέχρι θαλάσσης* adscripsit ἕως τοῦ *Εὐξείνου πόντου καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου.*

2 ἐδῄου τὴν γῆν. καθημένου δ' αὐτοῦ περὶ τοὺς χώρους τούτους οἱ πρὸς νότον οἰκοῦντες Θεσσαλοὶ καὶ Μάγνητες καὶ οἱ ἄλλοι ὑπήκοοι Θεσσαλῶν καὶ οἱ μέχρι Θερμοπυλῶν Ἕλληνες ἐφοβήθησαν μὴ καὶ ἐπὶ σφᾶς ὁ στρατὸς χωρήσῃ, καὶ

§ 5. *ἐσέβαλον* It. Pal. Aug. Cass. Lugd. Ven. Reg. B.; sed ad optativum generalem *δοκοίη* aptum est imperfectum. Cf. § 6 *ὑπέμενεν*.

Cap. **101**. § 1. *δῶρά τε* codd. Cf. adn.

**πρὸς πολλούς.** Additum velimus verbum, velut *ἀντέχοντες* (76, 3), *μαχόμενοι*, cuius notio repetenda erit ex proximis. — **ἐσέβαλλον**, irrumpebant. Etiam VI 70, 3 et 101, 5 de equitibus impressiones facientibus dictum est. *Προσβάλλειν* et *προσβολαί* similiter 79, 6 et III 1, 1.

§ 6. **τεθωρακισμένους.** Tales equites etiam *κατάφρακτοι* et *κατατεθωρακισμένοι* vocantur erantque et ipsi et equi loricati. — **αὑτοὺς . . . καθίστασαν**, se in discrimen coniciebant propter turbam (Thracum) longe numerosiorem. In collocatione verborum haerens *αὐτούς* deleto *καθέστασαν* legi mavult Krueg. Per se tamen in vulg. non est quod offendas. Cf. V 99. — **τὸ πλέον**, maiorem numerum.

Cap. **101**. § 1. **λόγους ἐποιεῖτο**, agebat, *λόγους προσέφερε* 70, 1. I 57, 5. — **ταῖς ναυσίν.** Cf. 95, 3. — **ἀπιστοῦντες . . . μὴ ἥξειν.** Cf. adn. I 10, 1. — **δῶρα δὲ** scribendum existimavimus; patet enim hanc enuntiationem superiori *οὐ παρῆσαν ταῖς ναυσίν* contrariam et sententiam hanc esse, Athenienses cum classe non advenisse, sed dona et legatos misisse. — **τειχήρεις ποιήσας.** Simul audi *αὐτούς* et cf. IV 25, 8.

§ 2. **οἱ ἄλλοι ὑπήκ. Θεσσαλοί.** Quales erant Perrhaebi IV 78, 5 et Achaei Phthiotae VIII 3, 1. — **οἱ μέχρι . . . Ἕλληνες**, i. e. οἱ ἄλλοι μέχρι . . .

www.libtool.com.cn



*ἐν παρασκευῇ ἦσαν. ἐφοβήθησαν δὲ καὶ οἱ πέραν* 3
*Στρυμόνος πρὸς βορέαν Θρᾷκες ὅσοι πεδία εἶχον,*
*Παναῖοι καὶ Ὀδόμαντοι καὶ Δρῶοι καὶ Δερσαῖοι·*
*αὐτόνομοι δ' εἰσὶ πάντες. παρέσχε δὲ λόγον καὶ* 4
*ἐπὶ τοὺς τῶν Ἀθηναίων πολεμίους Ἕλληνας μὴ*
*ὑπ' αὐτῶν ἀγόμενοι κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν καὶ ἐπὶ*
*σφᾶς χωρήσωσιν. ὁ δὲ τήν τε Χαλκιδικὴν καὶ* 5
*Βοττικὴν καὶ Μακεδονίαν ἅμα ἐπέχων ἔφθειρε·*
*καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ οὐδὲν ἐπράσσετο ὧν ἕνεκα ἐσέ-*
*βαλε, καὶ ἡ στρατιὰ σῖτόν τε οὐκ εἶχεν αὐτῷ καὶ*
*ὑπὸ χειμῶνος ἐταλαιπώρει, ἀναπείθεται ὑπὸ Σεύ-*
*θου τοῦ Σπαραδόκου, ἀδελφιδοῦ ὄντος καὶ μέ-*
*γιστον μεθ' αὐτὸν δυναμένου, ὥστ' ἐν τάχει*
*ἀπελθεῖν. τὸν δὲ Σεύθην κρύφα Περδίκκας ὑπο-*

**Ἕλληνες.** Sic Diod. XII 51, 1. Cf. adn. I 116, 3. — **ἐν παρασκευῇ ἦσαν.** Cf. adn. 80, 8.

§ 3. **ἐφοβήθησαν.** De hoc genere anaphorae vid. adn. I 28, 2. Cf. Eustath. ad Hom. Il. XI 489. — **Στρυμόνος.** Est Strymon inferior. Cf. Leak. Graec. sept. III p. 465. — **Παναῖοι.** Ἔθνος Ἠδωνικὸν οὐ πόρρω Ἀμφιπόλεως Steph. Byz. Cf. Hesych. et Gatter. l. l. p. 104. — **Ὀδόμαντοι.** Cf. Herodot. VII 112. Gatter. l. l. p. 118 sq. Leak. l. l. Kiep. l. l. § 283. — **καὶ Δρῷοι.** Haec Gatter. l. l. p. 103 sq. suspecta reddit, cum de Drois nemo quicquam memoriae prodiderit. Respondet tamen Arn. omnino perpauca nos de his Thraciae regionibus et populis scire. — **Δερσαῖοι.** Sic Herod. quoque VII 110 eos nominat, Δερσαίους Steph. Byz. Cf. Gatter. l. l. p. 66.

§ 4. **παρέσχε λόγον**, loquendi materiam praebuit, rumorem excitavit. Cf. Arist. Pac. 148. Xen. Cyrop. VI 1, 39. Itaque ἐπί (usque ad) ita scriptum est ut saepius ἐς apud verba dicendi et ostendendi. Cf. Matth. Gr. § 578c. Sequitur autem μή, quod in illa loquendi formula latet notio τοῦ φοβεῖν. — **ὑπ' αὐτῶν]** τῶν Ἀθηναίων. Schol. — **ἀγόμενοι** refertur ad τὸν (Σιτάλκου) στρατόν § 2 sive τοὺς (τοῦ Σιτάλκου) Θρᾷκας. — **τὸ ξυμμαχικόν.** Cf. adn. 22, 3.

§ 5. **Βοττικήν.** Cf. I 65, 3. — **ἐπέχων]** ἐπικείμενος. Schol. At haec vis instandi, quae apud Hom. et Herodot. invenitur, nec usquam alibi apud Thuc. huic verbo tribuitur nec hic de terra satis est apta. Malumus igitur occupatum tenere interpretari, ut Dukas. Cf. VII 62, 4. Fuerunt etiam qui subsistere, non longius progredi, explanarent. Sed hoc per ambitum regionum quae nominantur non licere et cum hac vi aor. et fut. tantum huius verbi inveniri docet Class. — **ὑπὸ Σεύθου.** „Hic Sitalcae successit (cf. IV 101, 5); itaque Sadocus (29, 5. 67, 2) interea obisse videtur.“ Herw. — **Σπαραδόκου.** Boeckhio in Inscr. II p. 109 videtur is Sitalcae frater fuisse qui in Scythas transfugerat. Vid. Herodot. IV 80. Sed id incertum est. — **ὥστε.** Cf. adn. 2, 4.

www.libtool.com.cn
σχόμενος ἀδελφὴν ἑαυτοῦ δώσειν καὶ χρήματα ἐπ᾽
6 αὐτῇ προσποιεῖται. καὶ ὁ μὲν πεισθεὶς καὶ μείνας
τριάκοντα τὰς πάσας ἡμέρας, τούτων δὲ ὀκτὼ ἐν
Χαλκιδεῦσιν, ἀνεχώρησε τῷ στρατῷ κατὰ τάχος
ἐπ᾽ οἴκου· Περδίκκας δὲ ὕστερον Στρατονίκην
τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν δίδωσι Σεύθῃ, ὥσπερ ὑπέ-
σχετο. τὰ μὲν κατὰ τὴν Σιτάλκου στρατείαν οὕ-
τως ἐγένετο.
1 102. Οἱ δὲ ἐν Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι τοῦδε τοῦ
χειμῶνος, ἐπειδὴ τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικὸν
διελύθη, Φορμίωνος ἡγουμένου ἐστράτευσαν, πα-
ραπλεύσαντες ἐπ᾽ Ἀστακοῦ καὶ ἀποβάντες, ἐς τὴν
μεσόγειαν τῆς Ἀκαρνανίας τετρακοσίοις μὲν ὁπλίταις
Ἀθηναίων τῶν ἀπὸ τῶν νεῶν, τετρακοσίοις δὲ Μεσ-
σηνίων, καὶ ἔκ τε Στράτου καὶ Κορόντων καὶ ἄλ-
λων χωρίων ἄνδρας οὐ δοκοῦντας βεβαίους εἶναι
ἐξήλασαν, καὶ Κύνητα τὸν Θεολύτου ἐς Κόροντα
2 καταγαγόντες ἀνεχώρησαν πάλιν ἐπὶ τὰς ναῦς. ἐς
γὰρ Οἰνιάδας αἰεί ποτε πολεμίους ὄντας μόνους
Ἀκαρνάνων οὐκ ἐδόκει δυνατὸν εἶναι χειμῶνος ὄν-
τος στρατεύειν· ὁ γὰρ Ἀχελῷος ποταμὸς ῥέων ἐκ

Cap. 102. § 1. καὶ ante ἔκ τε om. m. Cass. Ven. Ar. Chr. Dan.

§ 6. τὰς πάσας. Cf. adn. I 100, 1.

Cap. 102. § 1. Οἱ δὲ ἐν Ναυπ. Ἀθ. Cf. 92, 7. — τὸ ... ναυτικὸν διελύθη. Cf. 93, 1. 94, 3. — ἐπ᾽ Ἀστακοῦ, versus Astacum. Cf. adn. I 60, 3. Hoc enim oppidum a Peloponnesiorum rursus parte stabat. Cf. 30, 1. 33, 1. 2. Post Ἀστακοῦ punctum sustulimus, ut ἐς τὴν μεσόγειαν τῆς Ἀκ. cum verbo ἐστράτευσαν iungantur. — τετρακοσίοις ... ἀπὸ τῶν νεῶν. Videntur quadraginta triremium (86, 2 et 92, 7) significari classiarii. Vid. adn. III 95, 2. — Στράτου. Cf. 80, 8. — Κορόντων. De situ parum certo cf. Leak. Graec. sept. III p. 414 et Krus. Hell. II 2 p. 342. Burs. Geogr. I p. 110. Praeter h. l. apud unum Steph. Byz. nominatur. — οὐ ... βεβαίους, dubiae fidei. Cf. V 43, 3.

§ 2. Οἰνιάδας. Cf. adn. I 111, 3. — αἰεί ποτε πολεμίους. Cf. l. l. II 82. — ὁ γὰρ Ἀχελῷος κ. τ. λ. Hunc ambitum verborum affert Demetr. de Eloc. § 45, ut magnificentiam ἐκ περιαγωγῆς effici doceat. De re cf. Strab. p. 449 extr. — ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους. E tribus rivulis. Cf. Leak. Graec. sept. I p. 287 et IV p. 253. Pindi nomine Lacmonem (τὸν ζυγὸν τοῦ Μετσόβου) comprehendi putat Burs. l. l. p. 12. De articulo non addito vid. adn. 23, 2. —

www.libtool.com.cn



Πίνδου ὄρους διὰ Δολοπίας καὶ Ἀγραίων καὶ Ἀμφιλόχων καὶ διὰ τοῦ Ἀκαρνανικοῦ πεδίου, ἄνωθεν μὲν παρὰ Στράτον πόλιν, ἐς θάλασσαν δ' ἐξιεὶς παρ' Οἰνιάδας καὶ τὴν πόλιν αὐτοῖς περιλιμνάζων, ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν. κεῖνται δὲ καὶ τῶν νήσων τῶν Ἐχινάδων αἱ πολλαὶ 3

§ 2. διεξιεὶς codd. Emend. Poppo. Cf. adn.

**διὰ Δολοπίας**] Δολοπία ἡ νῦν καλουμένη Ἀνόβλαχα [Ἀνώβλαχα, Anovlachia, Megalovlachia]· ἐξ ἀνατολῶν γὰρ αὐτῆς ὁ Πηνειὸς ποταμός, ἐκ δὲ νότου ὁ Ἀχελῷος οὗτος ποταμὸς ῥεῖ. Schol. Cf. Strab. p. 434. Mannert. l. l. p. 578 sq. Burs. l. l. p. 12. 86. Dolopas Stephanus Byz. recte ἔθνος Θεσσαλῶν ἔγγιστα vocat nec Thessalis nec Aetolis adnumerans. — **Ἀγραίων**. Cf. Strab. l. l. et III 106, 3. — **διὰ τοῦ Ἀκαρνανικοῦ πεδίου**. Sic, ut alicubi certe disterminet Acarnaniam et Aetoliam. Cf. adn. III 106, 1 et de campo Acarnanico Burs. l. l. p. 108. Per Acarnaniam fluere Acheloum dicit etiam Herodot. II 10. Cf. Brandstaet. Hist. Aetol. p. 110 sq. — **ἄνωθεν**. Stratum enim ἀνάπλουν in Acheloo πλειόνων ἢ διακοσίων σταδίων habere dicit Strab. p. 450. Potuit etiam ἄνω dici, sed cf. III 21, 1. 68, 3. IV 108, 1. — **ἐξιείς**. Cf. ad. I 46, 4 et Herodot. II 10 ὃς (Ἀχελῷος) ῥέων δι' Ἀκαρνανίης καὶ ἐξιεὶς ἐς θάλασσαν κ. τ. λ. — **τὴν πόλιν ... περιλιμνάζων**. Thucydides igitur Oeniadarum paludes Acheloo effectas esse narrat, quod negat Leak. Graec. sept. III p. 569 sq., oriri eas affirmans ex fontibus subterraneis et terrestribus collium. Sed hieme, quo anni tempore Anglus haec loca non obierit, omnem planitiem Paracheloitidem flumine super ripas effuso inundatam videri respondet Becker de Aetol. fin. ac region. II p. 8. Non cogitandum igitur videtur de Strabonis paludibus. Nam Strabo p. 459 ab Acarnania ad Euenum progrediens post Oeniadas et Acheloum commemorat λίμνην τῶν Οἰνιάδων (rectius Οἰνιαδῶν) Μελίτην καλουμένην et alteram Cyniam et tertiam Uriam, ex quibus Cyniam in mare exire, duas reliquas dimidio stadio supra mare iacere dicit. Ex his Melite videtur eadem esse quae hodie Lezini sive Tricardi (Τρικάρδου et Κατωχῆς) vocatur. Strabonis duas reliquas paludes nunc esse sinum Anatolici vel Anatolici et Mesolongii aestuaria suspicantur. Examinat locum eius Leak. Graec. sept. III p. 573 sq. Cf. Beck. l. l. p. 17 sq. Burs. l. l. p. 121 sq.

§ 3. **κεῖνται δὲ καί**. Sequitur digressio fortasse inde orta quod Th. etiam a mari Oeniadas difficiles ad expugnandum esse demonstrare voluit. Eum ad accuratiorem rei descriptionem eo adductum esse quod ipse Phormionis expeditioni interfuerit suspicatur Class. — **τῶν νήσων τῶν Ἐχινάδων**. De his vid. Strab. p. 458 et alios veteres, qui paulo post nominabuntur, item Plin. H. N. IV 12, 53 et Krus. Hell. II 2 p. 457 sqq. Bekk. l. l. p. 8 sqq. Hodie vulgo Scrophae et Cursolari (Curtzolari) paeninsulae vocantur. Septentrionales ex iis Dragonáres (Δραγόνερα Burs. l. l. p. 119), australes Oxiés (Ὀξειαῖς ibid.) seu Scróphes appellari contendit Leak. Graec. sept. III p. 30. Sed idem tres classes constituit IV p. 4. —

www.libtool.com.cn

καταντικρὺ Οἰνιαδῶν τοῦ Ἀχελῴου τῶν ἐκβολῶν οὐδὲν ἀπέχουσαι, ὥστε μέγας ὢν ὁ ποταμὸς προσχοῖ αἰεὶ καὶ εἰσὶ τῶν νήσων αἳ ἠπείρωνται, ἐλπὶς δὲ καὶ πάσας οὐκ ἐν πολλῷ τινι ἂν χρόνῳ τοῦτο
4 παθεῖν. τό τε γὰρ ῥεῦμά ἐστι μέγα καὶ πολὺ καὶ θολερόν, αἵ τε νῆσοι πυκναὶ καὶ ἀλλήλαις τῆς προσχώσεως [τῷ μὴ σκεδάννυσθαι] ξύνδεσμοι γίγνονται, παραλλὰξ καὶ οὐ κατὰ στοῖχον κείμεναι οὐδ' ἔχουσαι εὐθείας διόδους τοῦ ὕδατος ἐς τὸ
5 πέλαγος. ἐρῆμοι δ' εἰσὶ καὶ οὐ μεγάλαι. λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμέωνι τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρός, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν, ὑπειπόντα οὐκ

§ 4. Seclusa irrepsisse videntur ex schol. ad τῆς προσχώσεως adscripto τῆς προσχώσεως ἕνεκα, διὰ τῆς προσχώσεως, διὰ τὸ μὴ σκεδάννυσθαι αὐτήν. Certe inutilia sunt atque languida.

*τοῦ Ἀχελῴου τῶν ἐκβολῶν οὐδὲν ἀπέχουσαι.* Cf. Append. III. — *τῶν νήσων ... ἠπείρωνται.* „Cum Thucydide [praeter Herodot. II 10] consentit Strabo l. X [p. 458], at libro I [p. 58] dicit μία τῶν Ἐχινάδων ἤπειρος γέγονε. Plinius autem II 85 invectu Acheloi non continenti nexas, sed natas scribit.“ Huds. — *καὶ πάσας ... παθεῖν.* Hoc tamen revera non evenit. Cf. Paus. VIII 24, 5. Per duo milia annorum hanc oram parum mutatam esse defendit Leak. l. l. p. 570. Cf. Burs. l. l. p. 8 et 105 sq. Sed vid. etiam Beck. in Append. III et adn. § 4. Cur reliquae insulae continenti nondum iunctae sint, eius rei causas in diversa maris vicini natura et aliis rebus quaerendas existimat Bekk. p. 15. De οὐκ ἐν πολλῷ = ἐν οὐ πολλῷ cf. I 78, 1.

§ 4. *ῥεῦμα*] τοῦ Ἀχελῴου. Schol. — *αἵ τε νῆσοι.* Cf. Append. III. — *ἀλλήλαις ... ξύνδεσμοι γίγνονται,* inter se conexum limi aggesti efficiunt, *sie sind einander Bindungsmittel der Anschwemmung (des Angeschwemmten).* Cf. adn. 75, 5. — *παραλλὰξ ... κείμεναι,* ex transverso, non serie recta positae. — *ἐρῆμοι δ' εἰσί.* „Id de plerisque et minoribus intellegendum esse, quia Dulichium quoque inter eas ponit Strabo [cf. Krus. Hell. II 2 p. 459 sqq.], putat Cellar. Geogr. ant. II p. 14.“ Duk. Modo plures modo pauciores insulae Echinades vocatae sunt, a Thuc. autem quanquam non ita paucas in hunc numerum relatas esse ex § 3 liquet, tamen remotiores et maiores his non esse adnumeratas et ex eo quod hic dicit et ex verbis καὶ πάσας ... παθεῖν cognoscitur.

§ 5. *λέγεται δὲ καὶ κ.τ.λ.* Cf. Paus. VIII 24, 4. Strab. p. 462. Lucian. de Saltat. 50. Apollod. III 7, 5. De ipso Alcmaeone add. Heyn. Observ. ad Apollod. p. 257 sq. — *ὅτε ... ἀλᾶσθαι.* Cf. adn. I 91, 5. — *τῆς μητρός*] τῆς Ἐριφύλης. Schol. De cuius caede cf. Apollod. III 6, 2. 7, 2 et 5.

www.libtool.com.cn



εἶναι λύσιν τῶν δειμάτων πρὶν ἂν εὑρὼν ἐν ταύτῃ
τῇ χώρᾳ κατοικίσηται ἥτις ὅτε ἔκτεινε τὴν μητέρα
μήπω ὑπὸ ἡλίου ἑωρᾶτο μηδὲ γῆ ἦν, ὡς τῆς γε
ἄλλης αὐτῷ μεμιασμένης. ὁ δ' ἀπορῶν, ὥς φασι, 6
μόλις κατενόησε τὴν πρόσχωσιν ταύτην τοῦ Ἀχε-
λῴου καὶ ἐδόκει αὐτῷ ἱκανὴ ἂν κεχῶσθαι δίαιτα
τῷ σώματι ἀφ' οὗπερ κτείνας τὴν μητέρα οὐκ
ὀλίγον χρόνον ἐπλανᾶτο. καὶ κατοικισθεὶς ἐς τοὺς
περὶ Οἰνιάδας τόπους ἐδυνάστευσέ τε καὶ ἀπὸ
Ἀκαρνᾶνος παιδὸς ἑαυτοῦ τῆς χώρας τὴν ἐπωνυ-
μίαν ἐγκατέλιπεν. τὰ μὲν περὶ Ἀλκμέωνα τοιαῦτα
λεγόμενα παρελάβομεν.

103. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ὁ Φορμίων ἄραντες 1
ἐκ τῆς Ἀκαρνανίας καὶ ἀφικόμενοι ἐς τὴν Ναύ-

§ 5. **κατοικήσηται** It. Vat. cum deterioribus aliquot. Cf. adn. et ad. VI 2, 2.
§ 6. **κατέλιπε** Aug. et Cass.
**λέγομεν ἃ** It. Vat. M. Cass. Cl. Ven. Reg. H. corr. Aug., quo inepta evadit verborum collocatio. Et alteram scripturam tuetur Dionys. Hal. imitatio in Ant. II 76 extr.

— **δειμάτων**, formidinum, terrorum (quibus vexaretur). Pluralis eiusdem vocabuli legitur VII 80, 3. — **ἐν . . . τῇ χώρᾳ κατοικίσηται.** Paullo post **κατοικισθεὶς ἐς τοὺς . . . τόπους** et flexione mutata et praepositione. Quorum neutrum mirandum. Nam aeque bene **κατοικίσασθαι** atque **κατοικισθῆναι** dici demonstrat affine **ἀνοικίσασθαι** I 58, 2. Cf. Piers. ad Moer. p. 303. De praepositione autem utraque vid. adn. I 103, 3. — **μήπω . . . ἑωρᾶτο**, nondum conspiceretur. Ex hac interpretatione et cur **μήπω** legatur, non **οὔπω** et cur **ἑωρ˜το** in **ἑώρατο** mutari non necesse sit intellegitur.

§ 6. **μόλις . . . καί.** Hae particulae inter se videntur respondere et idem valere atque alibi verba **οὐκ ἔφθη . . . καί.** De quali **καί** dictum est ad I 50, 5. — **ἂν κεχῶσθαι.** Particulae **ἄν** perfecti infinitivo additae alia exempla leguntur V 46, 3. Xen. Memor. I 2, 50. Cyr. IV 1, 35. Lys. XXVII 8. 9. Cf. Herm. de **ἄν** IV 2 et Dobr. p. 108. — **δίαιτα**, sedes, domicilium. Cf. Xen. Cyr. VIII 6, 22. Ita Plinio diaetam aliquotiens conclave quoddam esse constat, velut Ep. II 17, 12 et 15, et Sophocles etiam vocabulo **τροφή** domicilii notionem dare ausus est OC. 362. — **ἀπὸ Ἀκαρνᾶνος κ. τ. λ.** Cf. quos nominat Krus. Hell. II 2 p. 280. — **τὴν ἐπωνυμίαν ἐγκατέλιπε]** **πρότερον γὰρ Κουρῆτις ἐκαλεῖτο.** Schol. Cf. Strab. p. 465. Plin. H. N. IV 2. Krus. l. l. p. 274. — **λεγόμενα παρελάβομεν**, tradita accepimus, fere idem atque **ἀκοῇ παρελάβομεν**; nam **λεγόμενα** praedicatum esse ex collocatione pronominis **τοιαῦτα** apparet.

www.libtool.com.cn

*πακτον ἅμα ἦρι κατέπλευσαν ἐς τὰς Ἀθήνας, τούς τε ἐλευθέρους τῶν αἰχμαλώτων ἐκ τῶν ναυμαχιῶν ἄγοντες, οἳ ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς ἐλύθησαν, καὶ τὰς*
2 *ναῦς ἃς εἷλον. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα οὗτος, καὶ τρίτον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν.*

Cap. **108**. § 1. *τοὺς ἐλευθέρους*. Servi, si Athenienses idem fecerunt quod Corinthii I 55, 1, venisse existimandi sunt. — *ἐκ τῶν ναυμαχιῶν*, de quibus narratum est c. 83 sq. et 90 sqq. — *ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς ἐλύθησαν*. Hoc primum exemplum captivorum a populis bellantibus permutatorum esse putat Bloomf. Alterum simillimis verbis expressum exstat V 3, 4.

www.libtool.com.cn

# Appendices.

## I.

## De temporum ratione Thucydidea.

### 1. De annorum in aestates et hiemes distributione.

Qua ratione annorum partes Thucydides discripsisset cum multum etiam novissimo tempore a viris doctis disceptatum sit, nobis quoque quid de ea re sentiamus uberius videtur explicandum esse, praesertim cum ad aliquot locorum aut interpretationem aut emendationem maxime haec sententia pertineat. Cum igitur Th. unde aestas et hiems initium haberent nusquam nominatim dixerit, aestatem quidem unde incipere voluerit temporum quibusdam indiciis satis certo explorari potest; de hieme autem ineunte aliter decernendum est, si pares, aliter, si impares anni partes aestatem et hiemem fuisse statuimus.

Ac primum quidem de aestate dicatur. Quae cum scriptori a vere plerumque incipiat (II 2, 1. IV 117, 1. V 40, 1. VI 8, 1. 94, 1. VIII 7, 1. 61, 1), ex huius initio aestatis quoque exordium definiri potest. Exeunte igitur hieme Ol. 91, 2 (414) cum navis Athenas ex Sicilia advenisset, ab imperatoribus missa ut pecunias et equites peteret, Athenienses huic desiderio obtemperare decreverunt (VI 93, 4). Atque tam celeriter subsidia illa miserunt ut exercitus Siciliensis, cum veris initio a Catina profectus duas breves excursiones in finitimas regiones fecisset (IV 94, 1—3) indeque revertisset, iam Catinae ea offenderet (VI 94, 4). Non multum temporis ab initio veris tum praeterisse Th. narratio clare ostendit, nec multum a vero aberrare nobis videmur, si eodem fere tempore quo Siciliensis exercitus primum Catina profectus est equites et pecunias Athenis navibus impositas esse sumamus, prae-

www.libtool.com.cn

sertim cum ipse scriptor illa omnia ad initium veris referat. Accedit, quo res maxime confirmatur, quod Atheniensium duces missa nave id ipsum assequi voluerant ut subsidia ineunte vere adessent (VI 74, 2). Ut autem ex Inscr. Att. I n. 183, 13 sq. (Dittenb. Syll. n. 36, 65 sqq.) comperimus, vicesimo die octavae prytaniae quaestores pecuniarum sacrarum Minervae hellenotamiis ad instruendas naves quibus illa subsidia transportarentur $4^1/_3$ tal. tradiderunt. Hoc igitur tribus fere mensibus ante initium Ol. 91, 3, i. e. 28. Iunii 414 [1]), factum est. Cum autem ad naves complendas et instruendas aliquot diebus opus esset, ante initium Aprilis vix possunt profectae esse. Eodem igitur fere tempore erat veris initium. Ad tempus non multo posterius indutiis ducimur quas aestate a. 423 *ἅμα ἦρι εὐθύς* [2]) Athenienses cum Lacedaemoniis fecerunt (IV 117, 1) incipientes a 14. Elaphebolionis (IV 118, 2), qui secundum Boeckhii rationes 20. Aprilis anni Iuliani fuit. [3]) Cum autem indutiarum condiciones quattuor diebus ante convenerint atque iuramentis firmatae sint (IV 119, 1) quam Atheniensium populiscito ratae sunt habitae (IV 118, 14) et valere coeperunt [4]), convenerunt 16. Aprilis. Neque

---

1) In rerum temporibus ad anni Iuliani dies reducendis Boeckhium (*Zur Gesch. der Mondcyklen* p. 27) sequimur. Nam A. Mommsenus in Chronologia male descivit ab ea ratione qua Ideler Chronol. I p. 325 sqq. Diod. XII 36, 1. 2, qui locus pro fundamento est totius chronologiae Atticae, interpretatus est et nullo testimonio adiutus Metonis cyclum iam archonte Alcaeo (422/21) receptum esse contendit. Ceterum in rebus a nobis in hac quaestione commemoratis tantillum Mommsenus a Boeckhio discrepat ut nihil intersit utrum sequamur. Idem fere cadit in Ungerum, qui (*Attischer Kalender — Sitzungsber. der K. b. Ak.* II 1875) eo maxime a Boeckhio recedit quod ab a. 421/20 aliam intercalandi rationem incepisse putat, contra quam opinionem suo iure disputaverunt Lipsius in Stud. Lips. III p. 212. Schmitt. Quaestt. chronol. p. 41. Momms. Chronol. p. 413 sqq.

2) Etiamsi non additum esset *εὐθύς*, tamen ipsum *ἅμα τῷ ἦρι* veris initium significaret. Hoc inde apparet quod II 103 id quod *ἅμα ἦρι* factum est cum hiemis exitu iungitur; praeterea *ἅμα ἦρι* VI 88, 6 idem tempus significat atque VI 94, 1 *ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ* (de eadem enim re sermo est), pariterque sibi respondent *ἅμα τῷ ἦρι* VII 17, 1 et VII 20, 1 *τοῦ ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου* (. . . *Δημοσθένη* . . . *ἀπέστελλον* § 2). Cf. etiam *ἅμ' ἡμέρᾳ* sive *ἅμα τῇ ἡμέρᾳ* = prima luce II 94, 2. III 107, 1. VI 96, 3. VII 29, 3.

3) *Zur Gesch. der Mondcykl.* p. 79. 90.

4) Recte hoc Momms. Chronol. p. 394 sqq. inde conclusit quod, cum V 19, 1, ubi duplici appellatione idem dies significatur, mensis Lacedaemoniorum Artemisius duobus diebus prius quam Atheniensium Elaphebolion incipiat, contra, si IV 119, 1 duodecimus dies

www.libtool.com.cn


multum distat veris initium VIII 61, 1 commemoratum. Peloponnesiorum enim classis, quae vigesimo belli anno circa brumam (26. Decemb.) a Malea promunturio profecta primum ad Melum insulam appulit ibique tres Atheniensium naves cepit et concremavit, tum Cretam navigavit et inde longiore circuitu Caunum pervenit (VIII 39). Ibi commorata, donec Astyochus nuntio arcessitus, postquam in itinere Con urbem diripuit et praedam in eius agro egit et cum Atheniensium classe apud Symam pugnavit, Cnidum venit, eodem profecta cum Astyocho se coniunxit (VIII 41. 42). Deinde Cnidi cum Tissapherne egerunt et re frustrata (VIII 43) a Rhodiorum optimatibus vocati Camirum vecti Rhodum insulam ad defectionem permoverunt ibique octoginta dies quiescebant (VIII 44), tum demum ver factum est (VIII 61, 1). Itaque etiamsi quattuordecim tantum dies praeterierunt, antequam Peloponnesiorum classis Rhodi in statione esset, 1. Aprilis ver incepit; sed veri est simillimum plures praeterisse. Cum autem tria veteribus Graecis fuerint veris initia, aequinoctium vernale (26. Martii), ortus vespertinus arcturi (25/26. Febr. secundum Eudoxum), flatus Zephyri (12/13. Febr. secundum eundem)[1]), initia autem quae invenimus veris Thucydidei proxime ad aequinoctium vernale accedant, ab hoc eum ver exordiri voluisse patet. Simul autem apparet verbis *ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ* vel *ἅμα ἦρι* non ipsum primum veris diem, sed ampliore sensu primum veris tempus significari.

At stare non posset nostra sententia, si revera, ut II 75, 3 traditum est, Peloponnesii in Plataearum obsidione per septuaginta dies aggere exstruendo occupati fuissent. Sed hunc numerum corruptum esse facile demonstratur. Peloponnesiorum enim contra Plataeenses expeditionem factam esse *ἀκμάζοντος τοῦ σίτου* ex II 79, 1 cognoscitur. Hoc autem anni tempus octoginta fere diebus post veris initium erat; nam prima Peloponnesiorum in Atticam irruptio et ipsa *τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος* facta totidem diebus post Thebanorum in Plataeensium urbem incursionem fuit (II 19, 1), quae *ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ* suscepta est (II 2, 1). Priusquam autem in illa expeditione bellari coeptum est, de pace inter Plataeenses et Archidamum agebatur (II 71. 72), interimque illi legatos Athenas mise-

Gerastii non differret a quartodecimo Elaphebolionis, Gerastius duobus diebus Elaphebolione posterior esset.

1) Cf. Boeckh. *Sonnenkreise der Alten* p. 92 sq. 119 sqq.

www.libtool.com.cn

runt, ut quid Atheniensibus de condicionibus ab Archidamo propositis placeret cognoscerent (II 73). Responso eorum relato cum Plataeenses oblatas condiciones repudiassent (II 74), primum Peloponnesii caesis arboribus urbem circumvallabant, ne quisquam exiret; deinde per septuaginta dies aggerem ei adstruebant ex eoque simul machinis urbem temptabant (II 75. 76); tum vero, cum neque hoc successisset et incendio urbe potiri frustra conati essent simulque etiam Plataeenses intus murum aggeri opponerent (II 77), illam muro cinxerunt fossam utrimque ducentes ex qua lateres faciebant (II 78, 1). Hic autem murus aggerem illum magnitudine adeo superabat ut tempus in hoc adstruendo consumptum ad illum perficiendum ne minimum quidem sufficeret. Nam non solum totam urbem cingebat, cum agger parti tantum obiectus esset (cf. adn. II 75, 1), sed etiam praeterea, cum duplex esset pinnisque ab utraque parte exornatus et altis turribus munitus atque intra se custodum tabernacula haberet, opus erat multo maius et longius. Hoc neminem fugere potest qui eius descriptionem III 21 cum aggeris structura II 75, 2 breviter adumbrata comparavit. Atque ex tota Th. narratione elucet Peloponnesios tum demum ad urbem circummuniendam accessisse cum faciliore opera eam expugnare frustra temptassent. Itinere igitur Peloponnesiorum et illa de pace actione atque legatione et circumvallatione et post aggerem perfectum oppidi incendio capiendi conatu si duntaxat viginti dies consumptos esse statuimus (multo minus vix licet), cum murum aedificare aggrederentur inde a veris initio transierant 170 fere dies, si aggeri septuaginta tribuuntur. Cum autem murus perfectus esset *περὶ ἀρκτούρου ἐπιτολάς* (II 78, 2), i. e. circa medium Sept. anni Iuliani [1]), si ver ab exeunte Martio incipiebat et tempus *τοῦ σίτου ἀκμάζοντος* octoginta diebus post, i. e. circa medium Iunium [2]), erat, nihil fere temporis restabat

1) Cf. Boeckh. *Sonnenkr.* p. 81 sqq.

2) Maturitatem esse *τὴν ἀκμήν* apparet ex IV 2, 1 *πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι* et IV 6, 1 *τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος*, quibus idem tempus significetur. Revera autem triticum (nam hoc potissimum *σῖτος* significat) in Attica antiquitatis quidem tempore inde a medio Iunio maturescebat, qua de re optime exposuit Unger in Philol. XXXXIV p. 648 sqq. Idem recte l. l. p. 646 sq. contendit ita demum idem fuisse tempus *τοῦ θέρους* et *τοῦ σίτου ἀκμάζοντος* (II 19, 1). Nam si uno mense prius *ἀκμὴν τοῦ θέρους* Th. posuisset, cum ei duos menses tribuat Xen. Cyr. VIII 6, 22, exclusisset finem Iulii et priorem Augusti partem, i. e. ipsum

www.libtool.com.cn


ad murum exstruendum. Neque tempora congruunt, si veris initium ideoque etiam frumenti maturitatem uno mense prius fuisse sumitur; nam ita vix dimidium temporis ad murum aedificandum relinquebatur quod aggere exstruendo consumptum est. Accedit alia ratio, qua ipsum septuaginta dierum numerum corruptela nimium quantum auctum esse efficitur. Tot enim dies consumpsisse aggere exstruendo totum Peloponnesiorum exercitum, quem, si quidem vera tradit Pseudo-Demosth. LIX 101, plus sexaginta milia hominum habuisse ex II 10, 2 et adn. II 11, 1 cognoscitur, continue dies noctesque per vices opus facientem prorsus incredibile est. Nam simili aggere Delium cinxit Atheniensium exercitus IV 90, 1—3, qui secundum verba IV 94, 1 *ὄντες πλήθει ἰσοπαλεῖς τοῖς ἐναντίοις* collata cum IV 93, 3 octavam ferme illius Peloponnesiorum exercitus partem aequavit, idque opus duobus diebus et dimidio perfecit. Ambitus autem Plataearum non ita magnus erat et multo minor quam recentioris urbis circuitus ex ruinis adhuc conspicuus (cf. adn. II 77, 2), qui auctore Vischero [1]) viginti fere stadiorum est, nec toti urbi agger circumductus est, sed parti adstructus. Delii autem sacri *περίβολος* non ita parvum ambitum habebat. Continebat enim non solum templum, sed etiam lucum (Liv. XXXV 51, 2. 3) et porticum et alia aedificia (IV 90, 2). Vix igitur ille minor erat quam duorum stadiorum. Etiamsi igitur antiqua Plataearum urbs eundem ambitum atque recentior habuisset neque maior fuisset Peloponnesiorum quam Atheniensium exercitus, pro tempore quo hi Delium aggere circumdabant Peloponnesiis

---

tempus aestus caniculae. Et revera etiam nunc in posteriore Iunii parte maximus aestus incipit et inde per duos fere menses manet. Cf. Iul. Schmidtii observationes apud A. Momms. *Griech. Jahreszeiten* p. 106 sqq. Partim falsa sunt partim nihil valent quae contra Ungerum in Stud. Berol. VII 3 p. 50 sqq. disputavit Holzapfel. Quod autem Wilamowitzius in Cur. Thuc. p. 10 sqq. ex eo quod in Inscr. Att. IV n. 179 tres pensiones commemorantur quae ducibus classis II 23, 2 circa Peloponnesum missae datae sunt concludit hanc classem exeunte Maio profectam esse et, cum eodem tempore Archidamus in Acharnensium finibus fuisset (II 23, 2), hoc tempus fuisse *τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος* (II 19, 1), neque necesse est, ut ille fecit, pensiones illas omnes diversis prytaniis tribuere (cf. Inscr. Att. I n. 183) neque ea pecunia cum naves proficiscerentur, sed antea ad eas instruendas et complendas videtur soluta esse. Cf. Lipsius in Stud. Lips. VIII p. 166 et Unger in Philol. XXXXIV p. 625 sqq.

1) *Erinnerungen aus Griechenl.* p. 543.

www.libtool.com.cn
viginti quinque tantum diebus opus fuisset. Et licet Delii *περίβολος* unum stadium non excesserit, quod vix credibile est, quinquaginta dies iis suffecissent. At enim multo maior erat Peloponnesiorum exercitus, multo minor antiquae Plataeensium urbis circuitus neque huic toti agger circumdatus, sed parti tantum adstructus. Itaque Deliensis aggeris ratione habita dubium non est quin ille septuaginta dierum numerus, etiamsi Peloponnesii in opere faciendo ab adversariis obnitentibus multum impediti sint, omnem excedat modum. In promptu est suspicari *ἑβδομήκοντα* pro *ἑπτακαίδεκα* scriptum esse; sed etiam hic numerus illa ratione habita videtur nimius esse. Itaque probabilius esse putamus *ο'* pro *ϑ'* (*ἐννέα*) positum esse. Nam dici nequit hoc tempus non suffecisse Plataeensium munitionibus (II 75, 4—6. 76, 3). Neque enim novimus earum longitudinem, quae ex aggeris longitudine metienda esset, et neutra perfecta est (cf. II 76, 3. adn. 77, 1). Sed utcunque hoc est, id iam constat corrupto illo numero sententiam a nobis propositam non labefactari. Neque contra eam afferre licet V 46, 4 *τοὺς δὲ ὅρκους δεομένου Νικίου ἀνενεώσαντο*, quod haec iuramenta secundum societatis condicionem V 23, 4 a Lacedaemoniis Athenis Dionysiorum tempore praestanda fuerint, i. e. 9.—14. Elaphebolionis [1]) sive, cum annus Ol. 90, 1 (420) a 4. Iulii inciperet, 15.—20. Martii, itaque, cum antea post veris initium facta sint quae V 42, 1 — 46, 4 (cf. V 40, 1) narrantur, ver uno mense prius inceperit. Nam si ita res se haberet, Th. IV 117, 1 indutias, quae plus uno mense post hoc anni tempus factae sunt, non potuisset dicere *ἅμα ἦρι* factas esse. Sed inde quod statim post Niciae reditum (V 46, 5) societas cum Argivis iuncta est (V 47. 48) et continuo post eam Olympia commemorantur (V 49, 1, quocum cf. V 47, 11) videtur elucere non multo ante Olympia Niciam Lacedaemone redisse. Itaque propter controversias quae tum inter Lacedaemonios et Athenienses ortae erant (V 35, 2—7. 39. 42) illi iuramenta statuto tempore non renovaverant.

Neque tamen omnino aestatis initium cum veris exordio apud Th. congruit. Inveniuntur enim loci ubi illud paucis diebus prius aut posterius sit. Quod facillime sic explicatur. Cum hieme bellum quiescere aut saltem attenuari, aestate autem maiore vi geri soleret, quae causa scriptori

---

1) Cf. A. Momms. *Heortol.* p. 387 sqq.

www.libtool.com.cn



erat anni in has partes dividendi, aestatem ab eo tempore incipiebat quo circa veris initium bellum vires receperat. Itaque II 103 reditus Phormionis quanquam *ἅμα ἦρι* factus cum fine hiemis iungitur et narratio rerum insequenti aestate gestarum a Peloponnesiorum in Atticam invasione exorditur, quanquam haec *ἅμα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντι* demum exstitit (III 1, 1), perinde atque narratio rerum tertio belli anno gestarum a Peloponnesiorum contra Plataeenses expeditione incipit eodem anni tempore facta (II 71, 1. 79, 1). Eadem de causa Niciae pax, qua *τῷ πρώτῳ πολέμῳ τῷ δεκέτει* (V 26, 3) finis impositus est, in hiemis exitu collocatur V 20, 1, quanquam post aequinoctium fuit. Incipiebat enim ea pax, ut in ipso pacto (V 19, 1) constitutum erat, a 25. Elaphebolionis, i. e. 11. Aprilis[1]), procul dubio ab eo tempore quo iuramentis sancita est. Hoc enim inter indutias IV 118. 119 et hanc pacem interest quod iuramenta illic decretum praecedunt, hic sequuntur; quare in illo pacto de iuramentis nihil praescriptum est. Decretum autem de Niciae pace a Th. V 18 exscriptum cum de iuramentis praestandis praecipiat, antea factum est, id quod eo quoque cognoscitur quod tempus quo foedus factum sit speciatim atque aliter V 20, 1 verbis *ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν* definitur. Nihil igitur obstat quin statim primo post Dionysia die idque eodem quo indutiae ab Atheniensibus ratae sunt habitae, 14. Elaphebolionis sive 31. Martii[2]), pacem decretam esse sumamus. Quo etiam hoc commodum exsistit ut belli decennalis finis in exitu hiemis positus priore anni tempore fuerit quam totius belli initium, quod 4/5. Aprilis fuisse postea videbimus, ineunti aestati (II 2, 1, quorum cf. II 33, 1) attributum, ita ut V 20, 1 *καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν* (idque paucorum dierum discrimine), id quod per ipsa verba licet[3]), discrepantiam paucorum dierum significet qui decem annis non addendi, sed demendi sint, et initium aestatis quo societas inter Athenienses et Lacedaemonios inita est (V 24, 2), etiamsi totius mensis spatium intercesserit, non nimis extendatur ultra veris initium, quod sane, cum Thucydidi ver pars aestatis sit, aliquantum excedere potest; nam *τὸ θέρος ἦρχε* non magis ipsum primum diem quo aestas inibat significat quam *ἀρχομένου τοῦ ἦρος* primum veris diem, sed primum aestatis tempus

1) Boeckh. *Zur Gesch. der Mondcykl.* p. 80. 87.
2) Cf. Momms. *Heortol.* p. 388 sqq.
3) Cf. Cass. Dion. XLIII 26, 1.

... res in rerum
nollet, solis defectu
acciderat, cum terr
similis est VII 19,
coniecit τοῦ δ' ἐπι
ἀρχομένου πρώτατα
convenit et ideo
VII 20, 1 τοῦ ἦρος
www.libtool.com.cn
veris initium non c
hoc ἅμα τῆς Δεκελε
quem VII 19, 1 Pelo
que terrae devastati
hanc irruptionem,
orditur, aliquot die
Sed Peloponnesiorum
gestis ita conexa est
hac invasione circa
Itaque aestas apud T
habet et anni quos n
20, 2 σκοπείτω δέ τις
σταχοῦ ἢ ἀρχόντων ἢ
σημαινόντων τὴν ἀπ
μᾶλλον aperte demons
magistratibus annuis
tione excluduntur.[5])

---

1) Ullrich. *Beitr. zur*
2) Cum enim insequent

www.libtool.com.cn


Hac igitur re explorata iam unde hiemem inceperit Th. videndum est. Ac primum quidem certum est hiemis initium ei fuisse ante solstitium hiemale, cum post illud *τροπὰς χειμερινάς* commemoret VII 16, 2. VIII 39, 1. Ad hiemis autem exordium accuratius definiendum maximi momenti est scire utrum aestatem et hiemem pares anni partes Th. esse voluerit necne. Sed quae ad illud comprobandum afferre solent ipsius scriptoris verba V 20, 3 *κατὰ θέρη δὲ καὶ χειμῶνας ἀριθμῶν εὑρήσει, ἐξ ἡμισείας ἑκατέρου τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν δύναμιν ἔχοντος, δέκα μὲν θέρη κ. τ. λ.* si in hanc sententiam interpretamur, aperte repugnant iis quae VI 21, 2 leguntur *ἐξ ἧς μηνῶν οὐδὲ τεσσάρων τῶν χειμερινῶν ἄγγελον ῥᾴδιον ἐλθεῖν.*[1]) Excusare quidem hoc eo volunt quod posteriora verba in Niciae oratione legantur, qui aliter atque ipse Th. vulgarem hiemis terminationem sequatur (cf. Eurip. fragm. in Plut. Mor. p. 1028 f); sed in ea oratione praeter summam argumenti omnia ipsius Th. sunt (cf. adn. I 22, 1), et valde mirum esset, si nulla facta distinctione uno loco multo brevius hiemis spatium nominatim significasset quam reliquis locis omnibus sibi animo informasset. Quare ii videntur recte iudicare qui V 20, 3 *ἐξ ἡμισείας* non dimidia ex parte, sed bipartito valere putant. Nam nonnunquam *ἥμισυ* omnino altera pars rei bipartitae dicitur. Sic in Hesiodi verbis *πλέον ἥμισυ παντός* (Op. 40) *ἥμισυ* omnino ea pars est quae habetur, cui ex opposito cogitatur quae non habetur sed appetitur (cf. Plat. de Rep. 466 c), et apud Demosth. XIX 277 *ἐφ' ἡμισείᾳ χρηστὸν εἶναι* nihil aliud est quam 'partim probum, partim improbum esse' et similiter in Plat. de Rep. 601 c *ἡμίσεως ῥηθέν* legimus et apud eundem in Soph. 221 b. Polit. 282 b *ἥμισυ* ubi res non in duas aequas partes, sed in duo genera divisa est. Atque eodem modo cur hic quoque *ἐξ ἡμισείας* interpretemur etiam aliae sunt eaeque gravissimae causae. Si enim hiemes Thucydidi pares aestatibus fuisse sumimus, necesse est hiemem eum incipere voluisse ab aequinoctio autumnali (27. Sept.). Sed

---

opinionem, quam, quicquid hic oblocutus est in Philol. XXXXIII p. 584 sq., merito improbavit Schmittius l. l. p. 8 sqq.

1) Cum *οὐδέ* ad *ἄγγελον* pertinere necesse sit, ante hoc videtur transponendum esse. Sententia pessumdatur Steupii coniectura, qui Stud. II p. 78 sqq. deleto *τῶν χειμερινῶν*, quod ad tempus maris clausi significandum plane necessarium est, *ἐξ ἧς μηνῶν τεσσάρων οὐδὲ ἄγγελον ῥᾴδιον ἐλθεῖν* scribit.

ipsius Th. aetatem
qui circa decimum
incidebat [3]), exordi
tur scriptor libri F
(I p. 708) [4]): τὸν
ἅπερ μάλιστα γιγνώσ
φθινόπωρον· καὶ χει
ἰσημερίης εἰαρινῆς, ἐ
ἐπιτολῆς, θέρος δὲ ἀπο
φθινόπωρον δὲ ἀπὸ ἀ
δύσιος. Atque hanc
in hieme determinan
maxime probabile est
aequinoctium relato fe
sic autumnus quoque
100, 2 vel τὸ μετόπω
attribuitur. Nam quar
πωρον et πρὸς τὸ μετόπ
initium proxime praec
nunquam cum hieme
pro aestatis parte habui
ut auctor est Pseudo-
arcturi ortu usque ad
hiemis exordium, i. e.
decimum fere Novemb.
non eam tantum parter
aestati adnumerasse du
gnoscitur

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn


narratur, Paches Mytilenas *περὶ τὸ φϑινόπωρον ἤδη ἀρχόμενον* missus ante hiemem non solum urbem simplici muro cinxit in eoque castella nonnullis locis natura munitis exstruxit, sed etiam urbem terra marique includebat. Iter igitur per mare Aegeum et urbis circummunitionem et inclusionem quindecim ferme diebus (tot enim numerat Schmitt. Quaest. chronol. p. 47, nec plures ab autumni initio usque ad aequinoctium fuisse possunt) perfecta esse vix credibile est. Nam ad circummuniendam Pylum, qui locus multo minor erat (cf. adn. IV 3, 1) et maiore ex parte natura ita munitus ut munimento non indigeret (IV 4, 3. 5, 2), quanquam maxime festinatum est hoc opus (IV 4, 3. 8, 4), Atheniensium exercitui sex diebus opus erat (IV 5, 2). Certe haud improbabile est illas res spatio duobus mensibus non multo breviore gestas esse, praesertim cum quamdiu ante hiemis initium urbs *ἀμφοτέρωϑεν καὶ ἐκ γῆς καὶ ἐκ ϑαλάσσης εἴργετο* (III 18, 5) non dictum sit. Idem etiam magis ex III 100, 2 —103 apparet. Nam res quae hic narrantur ne unius quidem mensis spatio videntur geri potuisse.[1]) Utique earum multitudini longius temporis spatium magis videtur convenire. Sed etiam alia inveniuntur eaque etiam certiora quibus aestatem aequinoctio autumnali terminare prohibeamur. Quorum gravissimum hoc est. Nicias ante finem aestatis a. 414 nuntios cum epistula Athenas misit (VII 8), qui hieme insequenti eo pervenerunt epistulamque tradiderunt (VII 10). Qua in contione recitata Athenienses subsidia in Siciliam mittere decreverunt et Eurymedontem statim circa solstitium hibernum (26. Decemb.) cum decem navibus praemiserunt pecuniam ferentem et subsidia praenuntiaturum (VII 16). Etiamsi igitur quindecim dies in itinere nuntii fuerunt [2]) et octo dies post eorum adventum praeterierunt

1) Schmittius l. l. p. 51 sq. unum fere mensem eas explevisse contendit. Sed et ipse nobis rerum tempora nimis videtur coartare et Th. propter rerum cohaerentiam aestatis finem duabus fere hebdomadibus transgressum esse nobis parum est verisimile, cum quae talia in aestatis initio invenimus multo breviora sint et paucis diebus contineantur. Tum vero ne minimum quidem obstabat quin Th. tempori quod ille statuit convenienter III 102, 1 scriberet *ἐπειδὴ δὲ παρεσκεύαστο πάντα . . ., τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐϑὺς ἐχώρει κ. τ. λ.* et III 103, 1 *οἱ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀϑηναῖοι τοῦ αὐτοῦ χειμῶνας ἐπελϑόντες κ. τ. λ.*

2) Attamen tot diebus ne classi quidem videtur opus fuisse quae Athenis circa Peloponnesum et praeter Corcyram in Siciliam navigaret. Cf. Unger in Philol. XXXXIII p. 647 sq. Ne quis autem inscite VI 21, 2 *ἐξ ἧς μηνῶν οὐδὲ τεσσάρων τῶν χειμερινῶν*

www.libtool.com.cn
donec contio convocata est; ex illa ratione plus duo menses a contione erant usque ad Eurymedontis profectionem. Sed Athenienses in hoc rerum discrimine, cum Eurymedontem ea de causa praemitterent ut quam celerrime pecuniam suis afferret eorumque animos praenuntiatis subsidiis confirmaret, tantum temporis consumpsisse ad decem naves complendas et Th. de tanto temporis intervallo εὐθὺς περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινάς dixisse plane incredibile est. Ex nostra autem ratione hoc intervallum uno et dimidio mense minuitur. Deinde cum hiemis exordio aequinoctiali pugnare etiam ea videntur quae de exitu expeditionis in Siciliam factae et tempore proxime insecuto narrantur. Fatalis enim ille lunae defectus quo Nicias commotus est ut profectionem inhiberet (VII 50, 4) 27. Aug. exstitit.[1]) Tum secutae sunt illae calamitates quibus Athenienses a Syracusis terra se recipere coacti sunt. Quarto deinde profectionis die (cf. VII 79, 1 et adn. VII 78, 6) πρὸς μετόπωρον, i. e. versus medium Septemb., iam aestas progressa erat (VII 79, 3); sexto autem (cf. adn. VII 80, 5) Demosthenes (VII 82, 2) et octavo (cf. adn. VII 84, 1) Nicias se dedere coactus est (VII 85, 1). Hoc igitur paulo post medium Sept. factum est. Multi autem milites ex ipso certamine Catinam perfugerant (VII 85, 4), ab iisque nuntius calamitatis Athenas allatus est (VIII 1, 1). Hos putaverunt facile duobus diebus Catinam pervenire et inde octo cum plurimum diebus nuntium Athenas perferri potuisse. Quod nobis minus videtur verisimile esse. Nam cum locus pugnae a Catina 380 fere stadiis ($9^1/_2$ mil. geogr.) distaret, sane, si recta via ivissent, id fieri poterat; sed cum sine dubio in fuga dissipati per ambages, ne in hostium manus inciderent, ire cogerentur, plus temporis videtur ad eam rem opus fuisse. Deinde cum procul dubio non omnes simul et una fugerent, etiam aliquid temporis videtur praeterisse priusquam illuc convenirent. Praeterea mirum esset, si statim navem quam conscenderent Athenas proficiscentem deprehendissent. Probabile potius est eos comparavisse demum sibi navem, ad quod item temporis aliquantum opus erat, et si navi oneraria iis ad iter faciendum utendum erat,

---

ἄγγελον ῥᾴδιον ἐλθεῖν afferat, adnotamus his verbis non dici hieme plus quattuor mensibus opus fuisse nuntio ut ex Sicilia Athenas perveniret, sed toto hiemis tempore hoc iter difficile fuisse.

1) Cf. Ullr. l. l. p. 181.

www.libtool.com.cn



id quod probabile est, nisi dies noctesque continue vehebantur, circum Peloponnesum quidem octo diebus id confici vix poterat (cf. II 97, 1. VI 1, 2). Quare nobis aliquanto post aequinoctium autumnale nuntius ille Athenas videtur pervenisse. Sed faciamus id ipsius aequinoctii tempore factum esse, nihilominus quae deinde eadem aestate gesta esse dicuntur tantum temporis sibi spatium postulant ut haec ultra propter rerum conexum aestati addita esse cogitari prorsus nequeat. Primum enim Athenienses diu militibus reversis non credebant; tum vero, cum ex ira et timore se recepissent, classem parare et complere decreverunt, socios in fide retinere, res urbanas in parsimoniam temperare, magistratum seniorum virorum creare qui de praesenti rerum statu consultaret et ad populum ferret, et haec omnia non solum decreverunt, sed etiam perficiebant (VIII 1). Quae quin plus unius mensis spatium requisiverint nobis non videtur dubitari posse.[1]) Praeterea huc pertinent quae de pugna ad Delium facta commemorantur. Quinto enim die postquam Hippocrates domo profectus est, ea pugna est commissa (IV 90. 93. 96). Cum autem Demosthenes a Naupacto (IV 77) Siphas classe pervenisset, nondum ille in Boeotia, sed in itinere erat (IV 89). Ex eo igitur tempore quo Demosthenes *χειμῶνος εὐθὺς ἀρχομένου* (IV 89, 1) ancoras solvit vix decem dies praeterierant cum apud Delium pugnaretur. Brevi post hanc pugnam (*τῶν Ἀθηναίων ἐν τοῖς Βοιωτοῖς νεωστὶ πεπληγμένων*) Brasidas Amphipolim occupavit (IV 108, 1. 5), quo ante medium Decemb. non videtur profectus esse; nam *χειμὼν ἦν καὶ ὑπένειφεν* (IV 103, 2).[2]) Si igitur Th. aequinoctium autumnale pro hiemis initio habuisse sumimus, plus duo menses inter pugnam De-

---

1) Schmittius Ungero adstipulatus haec p. 65 sq. ita in decem dierum angustias coartavit ut *ἐπὶ πολύ* VIII 1, 1 contra eius locutionis sententiam paucos dies significare, decreta illa una contione facta, res decretas paucis diebus confectas esse statueret, quae omnia omni probabilitate carent. Concedimus ei verba quae de captivis in lautumias coniectis VII 87, 3 leguntur: *καὶ ἡμέρας μὲν ἑβδομήκοντά τινας οὕτω διῃτήθησαν ἁθρόοι· ἔπειτα . . . ἀπέδοντο* extra rerum seriem interposita res post aestatem factas continere; sed minus probabile est Th., cum haec *παρενθέτως* adderet, toto hoc septuaginta dierum spatio quam multo minore aestatis finem transgressum esse.

2) Nam de extraordinaria quadam nive non licet cogitare et in ipsa Attica ante exeuntem Decemb. non solet ningere. Cf. Neumann-Partsch *Physik. Geogr. von Griechenl.* p. 60.

quod reliqua aestatis
potest eum paravisse
ἔχων τοὺς ἐπὶ Θράκη
cepit (IV 102, 1). C
vallum admittere qu
sit, inter pugnam I
ut modo diximus, s
www.libtool.com.cn
coguntur quo item n
deinde efficitur ex iis
Megarenses incursione
lanta τοῦ θέρους του
cum quantum tempori
moratum sit. Afferri
30. 31. Nam quae
narratur, ea patet in
exstitit (II 28) et τὸ
Cum autem circa huiu
Megaridem fecisset, faci
redeuntes ei auxilio ve
ex rebus tertia aestat
potest aequinoctium e
omittamus, neque satis
poris sibi postulent res
peditionis in Acarnaniam

1) Diod. XII 69 pugn
occupationem narrat.

www.libtool.com.cn


neque quantum inter priorem Phormionis victoriam navalem (II 83. 84) et ξυμβούλων ad Cnemum ablegationem (II 85, 1) intercesserit aut quamdiu navium subsidiis comparandis (II 85, 3. 4) Lacedaemonii et Athenienses occupati fuerint. Neque magis conclusionem facere licet ex Carnei mensis, quem Attico Metagitnioni respondere Plut. Nic. 28 testis est, mentione V 54, 3 facta et rebus quae deinde narrantur, cum quantum temporis intervallum vocabulo *ὕστερον* V 55, 2 significetur non constet; certe Th. breve spatium interfuisse non significavit. Gravissimum autem adversariorum argumentum sumptum est ex V 76, 1 *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος ἀρχομένου εὐθὺς οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐπειδὴ τὰ Κάρνεια ἤγαγον, ἐξεστράτευσαν*; nam si praegresso anno Lacedaemonii mensem intercalarem addidisse putentur, hoc anno (Ol. 90, 3 = 418/17) Carneum convenire cum Boëdromione a 9. Sept. incipiente[1]), et cum Carnea medio mense finita sint[2]), hiemem ab aequinoctio incepisse. Sed cum eodem anno etiam Athenienses, si quidem Boeckhii rationes sequimur, mensem intercalaverint, necesse est insequenti anno Carneum cum eodem mense Attico atque priore congruisse.[3]) Cum autem a. 418 ultimus dies Metagitnionis fuerit 8. Sept., Carnea autem medio mense desierint, eorum exitus plus uno mense ante aequinoctium erat. Quare verba *ἐπειδὴ τὰ Κάρνεια ἤγαγον* ne cum eorum quidem opinione satis concinunt qui ab aequinoctio hiemem Th. incohasse putant. Accedit quod ad tempus significandum post *τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου* non solum prorsus supervacanea sunt, sed etiam propter temporum discrimen parum convenientia. Quod vero causam iis contineri existimant cur Lacedaemoniis initio hiemis ad bellum proficisci licuerit, Carnea non obstitisse quin etiam aestate expeditionem illi facerent ex V 55, 3 apparet, ubi superiore anno post ea (V 54, 2) atque aestatis tempore (V 53, 1) Caryas profecti esse dicuntur. Quare haec verba

---

1) Cf. Boeckh. *Mondcykl.* p. 27.

2) Cf. Athen. p. 141 f et Plut. Quaest. conv. VIII 1, 2, 2, ubi *ἑβδόμην* alium diem esse posse atque *ἑβδόμην ἱσταμένου* frustra hariolatur Unger in Phil. XXXXIII p. 637. Cf. Momms. *Chronol.* p. 90.

3) Aliter ita demum res se haberet, si cum Ungero ab Ol. 89, 4 = 421/20 aliam intercalandi rationem inciperemus. Sed id ne ipse quidem Schmittius, qui in hoc loco expediendo Ungerum (*Zeitr. des Th.* p. 59 sq.) sequitur, probat. Postea tamen ipse quoque Unger a. 418 Carneum cum Metagitnione convenisse putavit Phil. l. l. p. 639 sq.

www.libtool.com.cn
a rerum contextu plane aliena sunt et suo iure Krueger ea pro insiticiis habuit.

His expositis iam satis demonstratum videtur esse Th. hiemem non aliter atque communis sententia ferebat a matutino Pleiadum occasu, qui circa 10. Nov. incidebat, incepisse atque impares esse voluisse anni partes aestatem et hiemem. Quod autem VI 21, 2, ubi tempus maris clausi significatur, *μηνῶν τεσσάρων τῶν χειμερινῶν* mentionem facit, non certos quosdam civiles menses dicit (nam horum initia et fines variabant), sed nihil nisi temporis spatium denotat perinde atque VII 87, 2 in verbis *ἐδίδοσαν γὰρ αὐτῶν ἑκάστῳ ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας κοτύλην ὕδατος καὶ δύο κοτύλας σίτου.* Accurate sane hiems Thucydidea quattuor menses et dimidium habet, sed Th. ut numerum summatim in brevius comprehenderet eo adductus est quod revera navigatio non plus quattuor menses quiescebat. Nam Atheniensium classiariis in octo menses merces dabatur[1]) et, ut Veget. IV 39 dicit, ex die tertio idus Novembres usque in diem sextum idus Martias maria claudebantur.

## 2. De belli Peloponnesiaci initio.[2])

Thebanorum in Plataeensium urbem incursio, unde Th. bellum exorsum esse voluit, cum Ol. 87, 1 = 432/31 *ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ* (II 2, 1), i. e. circa aequinoctium, facta sit, idque paucis diebus ante novam lunam (II 4, 2), quae, cum prope aequinoctium esset, eo anno 6/7. Aprilis incidit[3]), ante eum diem Thebanos invasisse efficitur. Falsum igitur est quod II 2, 1 in libris manuscriptis traditum invenitur, rem evenisse *Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις*, si quidem certum est initium anni Attici eo tempore mensem Hecatombaeonem fuisse et cum hoc archontes munus inisse.[4]) Nam inter Aprilem ineuntem

---

1) Cf. Plut. Pericl. 11 *ἔπλεον ὀκτὼ μῆνας ἔμμισθοι.*

2) Wilamowitzii de hac re opinionem et quas inde duxit de Th. opere suspiciones (Cur. Thuc. p. 8 sqq. Herm. XX p. 477 sqq.) satis superque refutavit Lipsius in Stud. Lipsiens. VIII p. 161 sqq. Annal. phil. a. 1885 p. 675 sqq. Etiam Unger in Philol. XXXXIV p. 622 sqq. etsi non omnia at pleraque recte contra eum disputavit. Itaque hoc loco ea exponere sufficiebat quibus numerorum emendationes a nobis II 2, 1 receptae comprobantur.

3) Cf. Boeckh. *Mondcykl.* p. 78. Momms. *Chronol.* p. 367 sq. 370.

4) Qui, ut numerum in libris mss. traditum defenderet, hoc novissimo tempore negare conatus est, Kubickius, statuere coactus est apud Diod. XII 36, 1 et Ptolem. Almag. III 2 (vol. I p. 162 sq. ed. Halmanae), quorum testimonia plane inter se consentiunt, falso

www.libtool.com.cn



et primum diem Augusti, a quo a. 431 Hecatombaeon incipiebat, non duo, sed quattuor menses sunt. Idem ex V 20, 1 *αὗται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι, ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν, αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν ἢ ὡς τὸ πρῶτον [ἡ ἐσβολὴ ἡ ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ]*[1]) *ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου τοῦδε ἐγένετο* cognoscitur. Nam si Niciae pax, ut supra vidimus, iurata est 25. Elaphebolionis = 11. Aprilis, decreta 14. Elaph. = 31. Martii, ut decem anni intercedant, non potest bellum duobus mensibus civilibus ante primum diem Hecatombaeonis, i. e. 2. Iunii, exarsisse, sed circa Aprilis initium, i. e. quattuor mensibus ante Hecatombaeonem. Necesse autem est ab ipso Th. tempus quo bellum exortum est non summatim comprehensum, sed accurate significatum esse; nam aliter paucorum dierum differentia quae V 20, 1 commemoratur computando dignosci nequit. Itaque ipsi quattuor menses Pythodoro ad gerendum magistratum supererant et bellum exortum est ultimo die Anthesterionis, i. e. 4/5. Aprilis, duobus diebus ante novam lunam (II 4, 2). Ita si est, quattuor dies desunt quominus inter belli exordium et decretam pacem decennium intersit. Deinde melius ita etiam ea quadrant quae

---

Apseudem archontem pro Pythodoro nominatum esse et Antiphonti orationem *περὶ τοῦ χορευτοῦ*, ubi § 44 diserte indicatur archontes ineunte Hecatombaeone magistratum adisse, temere abiudicare. Accedit autem his testimoniis ipsius Th. indicium, qui VI 30, 1 Atheniensium classem in Siciliam profectam esse dicit *θέρους μεσοῦντος ἤδη*. Quod tempus cum Scirophorione, qui a. 415 ab 11. Iunii incipiebat, prius esse vix possit (nam secundum Pseudo-Hippocr. l. l. medio demum Maio ver finiebatur, qua de re cf. Boeckh. *Sonnenkr*. p. 95, et *θέρους μεσοῦντος* idem fere esse videtur atque *τοῦ θέρους ἀκμάζοντος* II 19, 1, de quo diximus), Arimnestus, quo a. 416/15 archonte classem profectam esse Isaeus VI 14 testatur, mense Scirophorione etiam munere fungebatur. Porro si, ut stare possit *δύο μῆνας*, tunc annum duobus mensibus ante Hecatombaeonem incepisse sumitur, subsidia VI 94, 4 commemorata non vere, sed hieme in Siciliam advenissent, qua de re cf. quae supra exposita sunt p. 237 sq.

1) Verba inclusa ab ipso Th., qui incursionem in Atticam octoginta diebus post Thebanorum in Plataeas impetum factum esse II 19, 1 dicit, scripta esse non posse manifestum est neque quicquam profectum est interpretandi artificiis aut vanis suspicionibus quibus intolerabilem hanc atque prorsus absurdam repugnantiam excusare studuerunt. Adscripta sunt ab interprete aliquo qui verborum quae I 125, 2 leguntur recordatus non Thebanorum impetum, sed Peloponnesiorum incursionem pro belli initio habuit. Sed I 125, 2 de bello inter ipsos Lacedaemonios et Athenienses aperte exorto sermo est, cui initium belli antecessit (II 7, 1) a Thebanorum invasione exorsum.

www.libtool.com.cn
de totius belli tempore V 26, 1. 3 leguntur, ubi id viginti septem annos permansisse dicitur *καὶ ἡμέρας οὐ πολλὰς παρενεγκούσας*. Cum enim Athenae 16. Munichionis a. 404 = 25/26. Aprilis captae sint[1]), illi annorum numero unus et viginti dies accedunt; contra si II 2, 1 *δύο μῆνας* verum esset, ad eundem annorum numerum duodequadraginta dies deessent, cum quo dierum numero *οὐ πολλάς* minus convenit. Pro tot autem annorum spatio unus et viginti dies non adeo multi sunt et dierum discrepantiam hic aliquanto maiorem esse quam quae in decem annis belli Archidamici exsistit etiam significationum *ὀλίγων* et *οὐ πολλάς* diversitate exprimitur. Quae cum ita sint, dubitari nequit quin II 2, 1 vera sit Kruegeri emendatio *τέσσαρας μῆνας.*[2])

Sed praeter *δύο μῆνας* etiam in proximis *μετὰ τὴν ἐν Ποτειδαίᾳ μάχην μηνὶ ἕκτῳ* numerum depravatum esse ex tempore pugnae ad Potidaeam commissae certissime efficitur. Quando autem hic pugnatum sit ex alterius pugnae ad Sybota factae tempore cognoscitur, quam ex Inscr. Att. I n. 179 (Dittenb. Syll. n. 25) archonte Apseude a. 433/32 medio fere mense Metagitnione fuisse apparet. Ibi enim legimus pecuniam datam esse eo archonte primum ducibus decem navium quas Athenienses Corcyraeis auxilio misisse Th. I 45 narrat *⟨ἐπὶ τῆς Αἰαν⟩τίδος πρυτανείας πρώτης πρυ⟨τανευούσης τ⟩ρεῖς καὶ δέκα ἡμέραι ἐσεληλυ⟨θυίας*, deinde ducibus viginti navium quae paulo post subsidio missae sunt (I 50, 5. 51, 4) *ἐπὶ τῆς⟩ Αἰαντίδος πρυτανείας ⟨πρώτης*[3]) *πρυτανευούση⟩ς τῇ τελευ⟨ταίᾳ ἡμέρᾳ*, eamque pecuniam datam esse utrisque proficiscentibus (*ἐκπλέουσι*). Statim post hanc pugnam discidium inter Athenienses et Potidaeatas exstitit (I 56. 57, 1). Secutae sunt insidiae quas Perdiccas Atheniensibus struebat Lace-

---

1) Cf. Plut. Lys. 15 et Boeckh. *Mondcykl.* p. 80 sqq.

2) De numeris in Th. libris mss. crebro corruptis cf. Cueppers de octavo Th. l. non perpolito p. 35 sq.

3) Eadem prytania utraque auxilia missa esse inde evidens est quod statim vel saltem brevi post priorum adventum pugna commissa est (I 47. 48. 49, 1) et eius exitui posteriora supervenerunt (I 50, 5), idemque confirmat Plut. Pericl. 29, licet dubiae sint fidei quae ibi de Periclis in Lacedaemonium, Cimonis filium, invidia ab Atheniensibus vituperata leguntur. Si vero, quod praeterea fieri posse putaverunt, priore loco *⟨ἐπὶ τῆς Λεων⟩τίδος* legeremus et altero *τρίτης* pro *πρώτης* suppleremus, tres fere menses intercederent. Multo minus igitur, quod alii opinati sunt, *ὀγδόης* vel *ἐνάτης* hic supplere licet. Profecta est igitur altera classis brevi post quintum diem Metagitnionis.

www.libtool.com.cn


daemonios ad bellum, Potidaeatas autem et civitates Chalcidensium ad defectionem incitans, quibus insidiis commoti Athenienses triginta navium classem contra eum et ad socias urbes in fide retinendas miserunt (I 57, 4—6). Eodem autem tempore quo haec classis in itinere erat Potidaeatarum legati cum diutius (ἐκ πολλοῦ) frustra cum Atheniensibus egissent, ut dura eorum mandata averterent, et Lacedaemoniorum magistratus iis auxilia polliciti essent, cum Chalcidensibus et Bottiaeis coniurati simul defecerunt (I 58, 1). Quadragesimo autem die post eorum defectionem Aristeus cum exercitu a Corinthiis auxilio iis missus advenit (I 60, 3). Post eius adventum Atheniensium exercitus, qui contra Perdiccam bellum gerebat, cum eo pacem et societatem fecit et Macedonia relicta adversus Potidaeam profectus est (I 61, 1—4). In quo itinere cum Strepsa frustra oppugnata apud Gigonum castra posuisset (I 61, 5), brevi post pugna ad Potidaeam commissa est (I 62). Si autem sexto mense ante Thebanorum incursionem, i. e. ultimum diem Anthesterionis a. 431, apud Potidaeam pugnatum esset, cum a. 432/31 intercalaris fuerit eiusque Posideon bis numerandus sit, in Pyanopsionem a. 432 ea pugna incideret. Atheniensium autem de pace actioni et ex Macedonia itineri si quam plurimum licet temporis, viginti fere dies, tribuimus, cum quadraginta diebus qui a Potidaeae defectione usque ad Aristei adventum praeterierunt duo menses efficiuntur. Defecisset igitur Potidaea Metagitnione 432 et totus fere annus insidiis Perdiccae relinqueretur. Tantum autem spatii ea explere quae paucis verbis Th. I 57, 4. 5 absolvit nemo credit. Sed disertum praeterea exstat ipsius Th. testimonium quo idem efficiatur. Cum enim sociorum conventus Lacedaemone bellum decrevisset, quae res longiore temporis spatio post pugnam ad Potidaeam factam evenit, ἐνιαυτὸς μὲν οὐ praeterisse I 125, 2 dicitur, ἔλασσον δέ (i. e. tempus anno non multo brevius), πρὶν (τοὺς Λακεδαιμονίους) ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ τὸν πόλεμον ἄρασθαι φανερῶς. Cum autem octogesimo fere die post Thebanorum invasionem haec incursio facta sit (II 19, 1), novem fere mensibus ante illam, i. e., cum a. 432/31 intercalaris fuerit, circa initium Hecatombaeonis a. 432, Peloponnesii bellum decreverunt. Tanto autem plus temporis inter Thebanorum in Plataeenses impetum et pugnam Potidaeaticam intererat quanto haec sociorum illud decretum praecessit. Iam vero compertum habemus, cum Socrates dum Potidaea obsidetur ibi in

www.libtool.com.cn
castris esset, hiemem fuisse; frigus enim vehementissimum atque gelu erat (Plat. Conviv. 220 a. b). Haec autem tempestas primo obsidionis tempore videtur fuisse, antequam Phormio adveniret (I 64, 2)[1]), et non ita multo post pugnam, in qua Socrates Alcibiadi vitam servavit (Plat. l. l. d. e. Plut. Alc. 7). Sed utcunque hoc est, id apparet Potidaeam hieme obsessam et antea pugnam ibi commissam esse. Fuit haec hiems ante Peloponnesiorum decretum a. 433/32. Tanto igitur fere intervallo Thebanorum invasio a pugna Potidaeatica distabat quantum evadit, si novem illis mensibus id tempus addimus quod inter hiemem a. 433/32 et Hecatombaeonem a. 432 intererat. His autem rerum temporibus optime videtur convenire quod II 2, 1 Lipsius in Stud. Lips. VIII p. 164 scribendum proposuit ἕκτῳ ⟨καὶ δεκάτῳ⟩. Tum, quoniam a. 432/31 intercalaris fuit, ad Potidaeam pugnatum est Posideone sive Decembri 433[2]) et ex iis quae supra statuimus defecit Potidaea Pyanopsione 433 et insidiis Perdiccae (I 57, 4—6) duo menses relinquuntur. Quod vero ad res attinet quae a pugna usque ad decretum Peloponnesiorum gestae sunt, facile plus dimidium annum expleverunt. Nam primum Athenienses ab isthmo Potidaeam intercluserunt ibique custodiam agebant (I 64, 1), quibus rebus unum fere mensem adscribere licet. Deinde cum Athenis comperissent Potidaeam non undique clausam esse, exercitum mille sexcentorum militum gravis armaturae paraverunt eoque duce Phormione miserunt, qui cum in Pallenam venisset, paulatim progrediens simulque terram devastans exercitum urbi admovit et, cum nemo ad pugnandum exiret, ab hac quoque parte urbem muro interclusit (I 64, 2. 3). Vix erramus, si haec tempore uno mense longiore et duobus non multo breviore gesta esse sumimus. Ita si est, Potidaeae interclusio perfecta est Elaphebolione a. 432. Postea (nam tempus praeteriit donec nuntius perlatus est) cum Potidaea undique ab Atheniensibus obsideretur, Corinthii socios Lacedaemonem advocabant et ipsi eodem profecti de Atheniensium iniuriis graviter questi sunt. Tum, etiam Aeginetis clam maxime bellum suadenti-

1) Etiam insequenti aestate Socratem ibidem in castris fuisse in Plat. Conv. deinde c. d narratur. Videtur igitur a Platone fictum esse quod in Charm. 153 a. b Socrates se brevi post pugnam Athenas redisse dicit.

2) Eodem fere anni tempore, ut supra vidimus, etiam Brasidas contra Amphipolim profectus est.

www.libtool.com.cn


bus, accitis sociis ipsorum Lacedaemoniorum habita est contio, in qua de sociorum querelis actum et postremo decretum est Athenienses foedus rupisse. Quod decretum cum Lacedaemonii cum sociis qui aderant communicassent simulque praedixissent se omnium sociorum conventum convocaturos esse, ut de bello cum Atheniensibus gerendo communiter decernerent, illi domum abierunt (I 67. 87). Quae res quin unum duntaxat mensem sibi postulent cum non dubium esse videatur, Munichione socii domum reverterunt. Priusquam autem Lacedaemonii socios convocarent, Apollinem Delphicum consuluerunt num bellum gerere melius esset et Corinthii privatim ad singulas sociorum civitates legatos miserunt, ut eas ad bellum decernendum sollicitarent (I 118, 3. 119). Tum demum socii Lacedaemonem convenerunt. Ad eas res et sociorum consultationes (I 125) facile potest cogitari tantum temporis opus fuisse ut Scirophorion exierit et circa initium Hecatombaeonis (13. Iulii) a. 432 bellum a sociis decretum sit. Circummunita autem Potidaea Phormio aestate a. 432 cum exercitu suo fines Chalcidensium et Bottiaeorum devastabat et nonnulla eorum oppida cepit (I 65, 3). Eadem aestate Pythodoro archonte secunda prytania (mense igitur Metagitnione) pecuniam Eucrati et collegis, Macedonici exercitus ducibus, traditam esse ex Inscr. Att. IV n. 179 a comperimus, quem Eucratem Calliae, qui ad Potidaeam cecidit, exercitui (I 61, 1. 63, 3) praefuisse consentaneum est. Capta autem cum sit Potidaea hieme 430/29 (II 70), ex nostra sententia tres fere annos obsidebatur. Cui non repugnant duo milia talentum in eam obsidionem consumpta (II 70, 2). Nam computavisse Th. mercedem militibus eo tempore solutam quo urbem obsessam tenebant et praeter tria milia eorum qui per totum tempus obsidioni intererant Phormionis tantum milites mille et sexcentos numerasse ex III 17, 2 satis elucet. Neque igitur in rationem induxit Hagnonis expeditionem (II 58) non ad obsidendam, sed ad expugnandam urbem factam neque id tempus quo obsidioni non intererat Phormio (I 65, 3), sed id solum quo *ἀπετείχισε τὸ ἐκ τῆς Παλλήνης τεῖχος* (I 64, 3), ad quod perficiendum vix plus dimidio mense opus erat. Comsumpta igitur sunt, cum singulis militibus binae drachmae darentur (III 17, 2), ad mercedem tribus milibus per tres annos solvendam 1095 tal., Phormionis autem mille et sexcenti milites, si dimidium mensem in obsidione erant, 8 tal. acceperunt. Restabant igitur prope

καὶ ἐκ θαλάσσης ναυσὶν
ναυσὶν ἅμα ἐφορμούσαις.
XV 113 duo milia tal.
huius verba non obsta
transvehendis et Hagnoı
disse putemus.

www.libtool.com.cn

Ad sd. II 5

Verba *οὐκ ἔχοντες*
sunt ut ea a Procopio
infitias eas. Sed etiam
exemplis in edit. mai. I
ed. 2) putamus demons
nondum prolata ad rem
ex duobus primis libris
*νημα.* Procop. p. 123 (
*νημα.* Thuc. II 65 *ὅσο*
Procop. p. 167 (II p. 1
*τείας προύστη.* Item
*ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αι*
*ἐξηγεῖτο καὶ Λιβύην ἀο*
II 65 *ἐπὶ πλέον ἔτι ἐ*
p. 185 (II p. 66) *Θευδε*
Thuc. II 71 *οὐ δίκαια*
Procop. p. 76 (II p. 3
et p. 241 (II p. 229) *ο*
partis. Thuc. II 76 (

www.libtool.com.cn


ἔργου. Procop. p. 232 (II p. 204) *οὐ φέροντος αὐτοῖς αἰσχύνην τοῦ ἔργου.* Thuc. I 80 *πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι.* Procop. p. 256 (II p. 274) *πολλῶν ... εἶναι πολέμων ἐμπείρους*, quibus similia identidem habet. Thuc. I 130 *κατέχειν τὴν διάνοιαν.* it. Procop. p. 237 (II p. 218) et alibi. Thuc. I 90 *ἀπὸ ἐχυροῦ ὁρμᾶσθαι.* Procop. p. 268 (II p. 309) *ἔκ τε ἐχυροῦ ὁρμώμενοι.* Thuc. I 138 *ἐπιτελέσαι βασιλεῖ ἃ ὑπέσχετο.* Procop. p. 175 (II p. 36) *τὶ ἐπιτελεῖν ὧν βασιλεῖ ὑπέσχετο.* Thuc. I 40 *ἐκποδὼν στῆναι ἀμφοτέροις.* Procop. p. 307 (II p. 425) *ἐκποδὼν ἀμφοτέροις στῆναι.* Cf. adn. I 25. II 63. Apparuit quidem ex nonnullis horum exemplorum Procopium non dubitare leves quasdam mutationes Thucydideorum facere. Cf. etiam adn. I 25. II 70 extr. Quare quod Thuc. II 84 legitur *δόκησιν παρέχοντες αὐτίκα ἐμβαλεῖν*, apud Procop. p. 208 (II p. 131) *δόκησιν παρέχοντες τοῦ αὐτίκα προσβάλλειν*, ex eo noli suspicari apud Thucydidem articulum addendum esse. Et II 65 in aoristo *διεφύλαξεν* post *ἐξηγεῖτο* ita potuit offendere ut imperfectum collocandum existimaret. Sed *γένωνται* si non scriptum repperisset, eum II 52 pro *γένοιντο* fuisse restituturum non est credibile, cum in usu modorum soleat esse neglegentissimus. Neque I 24 apud *ἐσπλεῖν* si praepositionem invenisset, insolentius eam ter aut saepius omisisset.

## III.

### Ad II 102, 3. 4.

*Τῶν ἐκβολῶν οὐδὲν ἀπέχουσαι.* „Geographus eam insulam quae proxime ab illis ostiis abesset V tantum, quae autem longissime XV stadia inde distare prodit. Quae intervalla si cum rebus quae nunc [in] ea regione conspiciuntur compares, praeter scopulos nonnullos qui ne parvae quidem insulae nominari possunt et praeter Oxiam insulam quae vocatur nullam aliam in illa vicinitate invenies quam duo illi scriptores designare ulla ratione videantur. Cf. Leak. Graec. sept. III p. 30 sq. 571. 577, ubi Oxiam istam II fere mill. ab Acheloi ore quod nunc est distare docemur, quod paulo plus XV stadiorum intervallo est. Quod si [existimamus] hanc proximam omnium quae nunc supersunt Echinadum Straboni obversatam esse, [necesse est reliquas interea cum continente iunctas esse; nam] ubi sunt reliquae istae Acheloo etiam propiores?“ Becker de Aetol. fin. II p. 12. Idem p. 13 et alibi, quanquam hodie Acheloi [*τοῦ Ἀσπροποτάμου*] ostium unum sit, Thu-

www.libtool.com.cn